## Informazioni su questo libro

Si tratta della copia digitale di un libro che per generazioni è stato conservata negli scaffali di una biblioteca prima di essere digitalizzato da Google nell'ambito del progetto volto a rendere disponibili online i libri di tutto il mondo.

Ha sopravvissuto abbastanza per non essere più protetto dai diritti di copyright e diventare di pubblico dominio. Un libro di pubblico dominio è un libro che non è mai stato protetto dal copyright o i cui termini legali di copyright sono scaduti. La classificazione di un libro come di pubblico dominio può variare da paese a paese. I libri di pubblico dominio sono l'anello di congiunzione con il passato, rappresentano un patrimonio storico, culturale e di conoscenza spesso difficile da scoprire.

Commenti, note e altre annotazioni a margine presenti nel volume originale compariranno in questo file, come testimonianza del lungo viaggio percorso dal libro, dall'editore originale alla biblioteca, per giungere fino a te.

## Linee guide per l'utilizzo

Google è orgoglioso di essere il partner delle biblioteche per digitalizzare i materiali di pubblico dominio e renderli universalmente disponibili. I libri di pubblico dominio appartengono al pubblico e noi ne siamo solamente i custodi. Tuttavia questo lavoro è oneroso, pertanto, per poter continuare ad offrire questo servizio abbiamo preso alcune iniziative per impedire l'utilizzo illecito da parte di soggetti commerciali, compresa l'imposizione di restrizioni sull'invio di query automatizzate.

Inoltre ti chiediamo di:

+ *Non fare un uso commerciale di questi file* Abbiamo concepito Google Ricerca Libri per l'uso da parte dei singoli utenti privati e ti chiediamo di utilizzare questi file per uso personale e non a fini commerciali.
+ *Non inviare query automatizzate* Non inviare a Google query automatizzate di alcun tipo. Se stai effettuando delle ricerche nel campo della traduzione automatica, del riconoscimento ottico dei caratteri (OCR) o in altri campi dove necessiti di utilizzare grandi quantità di testo, ti invitiamo a contattarci. Incoraggiamo l'uso dei materiali di pubblico dominio per questi scopi e potremmo esserti di aiuto.
+ *Conserva la filigrana* La "filigrana" (watermark) di Google che compare in ciascun file è essenziale per informare gli utenti su questo progetto e aiutarli a trovare materiali aggiuntivi tramite Google Ricerca Libri. Non rimuoverla.
+ *Fanne un uso legale* Indipendentemente dall'utilizzo che ne farai, ricordati che è tua responsabilità accertati di farne un uso legale. Non dare per scontato che, poiché un libro è di pubblico dominio per gli utenti degli Stati Uniti, sia di pubblico dominio anche per gli utenti di altri paesi. I criteri che stabiliscono se un libro è protetto da copyright variano da Paese a Paese e non possiamo offrire indicazioni se un determinato uso del libro è consentito. Non dare per scontato che poiché un libro compare in Google Ricerca Libri ciò significhi che può essere utilizzato in qualsiasi modo e in qualsiasi Paese del mondo. Le sanzioni per le violazioni del copyright possono essere molto severe.

## Informazioni su Google Ricerca Libri

La missione di Google è organizzare le informazioni a livello mondiale e renderle universalmente accessibili e fruibili. Google Ricerca Libri aiuta i lettori a scoprire i libri di tutto il mondo e consente ad autori ed editori di raggiungere un pubblico più ampio. Puoi effettuare una ricerca sul Web nell'intero testo di questo libro da `http://books.google.com`

# OPVS IN EXPOSITIONE PSALMI, DOMINE QVIS HABITABIT, TOTI CHRISTIANE REIPVBLICAE MAXIME VTILE.

BIBLIOTECA NAZ. ROMA VITT. EMANUELE

Cum Gratia & Priuilegio in decennium.

Digitized by Google

Digitized by Google

CAEſar Bacconus. I. V. D. prothonotarius Apoſtolicus eccliæ ſancti Bartholomei de Riuoalto perpetuus, & Reuerẽdiſſimi dñi Patriarchæ Venetiarũ generalis Vicarius, & ipſius abſentis locũtenens. Reuerẽdo patri fratri Iacobo panicocto Melſictenſi, ordinis minorum de obſeruantia ſalutem. Hos duos libellos proxima fœtura, à te editos pater reuerende, vnum, videlicet de articulis fidei. Alterum in pſalmũ Dñe quis habitabit in tabernaculo tuo, vidi & relegi diligẽter, & quãuis ſtudia noſtra tuis ſtudijs cõtigua ſint, cohæreant, et implicẽtur adinuicẽ, niſi tamen theologus ſit, iſtæc tua penetrare nõ poteſt, & de eis iudiciũ facere, ſicuti aiunt de pictore, de ſculptore, de fictore niſi ſit artifex. Sed vt mihi datum eſt in eis cernere, ſic eminent cuncta, & elucẽt, ac ſinceritatẽ chriſtianam præ ſe ferunt, vt mediocriter quoq; docti, id ipſum iudicium faciant, diſputas ſubtiliter, grauiter, & ornate, ac frequẽter cũcta examinas, vt ſublimitatẽ in cauſa conſequaris, ſermo tuus in illis eſt copioſus, & varius, & dulcis imprimis. Et qui repugnantes quoq; ducat, & impellat, Poteram amore in te meo fortaſſe decipi, adhibui mecum multos viros probos, & in primis huius doctrinæ peritiſſimos, inter quos Reuerẽ. patrem Paulum Cianum Minoritam, hoc tempore huius inclyte ciuitatis, hereticæ prauitatis inquiſitorem diligentiſſimum, huic ego libros hoſce legendos tradidi, & penitus introſpiciendos, ipſe idem retulit, cuius etiam frætus admonitione ad viros clariſſimos & excellentiſſimos Capita Excellentiſſimi

Cõſilij.X. (q hiſce tẽporibus ſinceræ fidei aſſertores iſtæc maxime curant) fidẽ feci illos optime digeſtos, & authoritatibus vtriuſq; teſtamẽti et ſacrorum cano num refertos eſſe, & in lucem prodire oportere, q lau dabili more ſuo approbauerunt, et imprimi voluerũt, cures igitur hos tuos labores omnibus proficuos fa- cere, vt q̃primũ homines videãt, legant, & ex eis ſua- uem guſtum eliciant, vt par eſt, piaculum eſſet, ſi ſup- primerent, & inuideri huic ſæculo noſtro cenſendum foret ſi in aperto non prodirent, impellit me, & chari- tas in te mea, (ſumus.n. conterranei) & cõmunis om- nium profectus. Nullum itaq; tempus in hoc teratur, ſed q̃primũ facias, vt & ego, & ambo, immo omnes lætemur, qui chriſtianam religionem profitemur.

Vale fœliciſſime.

Digitized by Google

## Auguſtinus Moſtardus Reatinus, ad Mortales.

Quo regat hanc orbis molem deus ordine, & altas
Cœlicolum ſedes, tandẽ quæ meta laborum,
Quæ requies generi humano poſt fata, Iacobus
Edocet hic miro ingenio, cauſasq; latentes
Oſtentat, potuit quas nullus, Numine Regis
Credo equidem diuum factum, cum ſanctior alter
Non ſtruat his animas terris ad lumen ituras
AEthereum, accipite hæc animis, aduertite mentes,
Mortales omnes, quibus eſt cœleſtis origo,
Excelſa, vnde eſtis, læti viuatis in arce,
Qua pater omnipotens cunctos celebrat in annos.

## Eiuſdem ad lectorem.

Huc huc, quid pauitans dubia iam mente moraris?
    Vera nihil dubij debet habere fides,
Hæc ſunt illa tui fratris ſacra ſcripta Iacobi
    Qui tibi cœleſtes monſtrat adire lares,
His poteris ſolio, quo nunc priuatus, in alto
    Siſtere, & æterno proximus eſſe Deo,
Diſce igitur, fugias ditis fera tecta tyranni,
    Cum neq; poſt mortem pœnituiſſe iuuet.

Digitized by Google

Frater Iacobus Panis cocti Melfictēſis, Ordinis Mi-
norū Regularis obſeruātiæ, Ferdinādo Gonza
gho, Principi Melfictano Illuſtriſſimo,
ſuo Domino colendiſſimo. Salutē
& fœlicitatem. P. D.

CErtum eſt Deū æternū ſua diuina & pro-
uidētia & ſapiētia creaturā rationalē inter
cætera creata, in æterna arte & in inſtāti i-
diuiſibili ſuæ æternitatis ꝓduxiſſe, & ſua im
menſa & ſuprema bonitate, ad clarā & apertā diuinæ
eſſentiæ viſionē ꝑdiſtinaſſe atq; fruitionē, hinc effectū
eſt vt nullo tp̄e deſiſteret oportunū remediū ad noſtrā
ſalutē dare, vt merito Ph̄us prīo cœli & tertio de aīa,
Natura non deficit in neceſſarijs, etenī in ſtatu innocē
tiæ in quo creatura rōnalis gratia multiſq; priuilegijs
ab ipſo ſummo Opifice erat decorata, Voluit in illius
intellectū legē infundere q̄ ſufficiens erat hominē in
deū ſemetipſum, & ꝓximū dirigere & regulare, Verū-
tñ in naturæ lapſæ ſtatu cū rationalis creatura ab illo
gratiaꝝ culmine ſuā ob ingratitudinē cecidiſſet. Qñ
lumen intellectus in ea fuit obſcuratum & carnis pon
dere oppreſſa, videbatur ſua bonitate ineffabili Moy
ſi ſeruo ſuo in monte Sinay in tabulis lapideis ſcriptā
legem donauit, quæ perfectiori modo hominem diri
gebat & ad Deum & proximū inſtruebat, in ea enim
lege explicite aperiebantur magis ac diſucide enoda
bantur quæ in lege naturæ fuerāt clauſa, vt facilius ad
vltimum finē poſſet peruenire, poſt bonum Moyſen
non ceſſauit ab opere vt Patriarchas mitteret & Pro
phetas, qui futura veluti ptæterita nunciabant, vt ad
finem perduceret illam, modo minis, modo flagellis,

Digitized by Google

& cœleſtibus donis,& diuinis,oraculis alliciebant quibus diuina mãdata adhuc magis clara fiebant & manifeſta,interea venit plenitudo temporis in quo miſit Deus filium ſuum in mundum carne humana indutũ, factum ex muliere,factũ ſub lege, vt eos qui ſub lege erant redimeret & in adoptionem filiorum reciperet, vtq; creaturam ab æterno productam & ad immenſum gaudium ordinatã ſuis ſanctiſſimis meritis ad patriam perduceret ſempiternam, Nam licet per merita paſſiõis Chriſti præuiſæ beati patres antiqui à peccato originali atq; actuali eſſent liberati,nemo tamen poterat quacunq; virtute fœliciſſimam patriam ingredi,niſi per merita paſſionis Chriſti exhibitæ,itaq; vt rationalem creaturam ad campos illos Eliſios introduceret,voluit filius Dei ex ſua incomprehenſibili charitate ab alta cœlorum arce deſcendere,multis ieiunijs, vigilijs,et orationibus ſe affligere, p varias mũdi ptes peregrinari,vt doctrina & exemplo euangelicam legem ſanctiſſimã & omni amore plenam manifeſtãs, animas quas diabolus abſtulerat ab illius poteſtate,& deniq; ſuo ſanctiſſimo ſanguine in ligno Crucis duriſſimo iam effuſo redimeret,nos igitur qui dulciſſimi Magiſtri noſtri mellifluam doctrinam ſequimur, animaduertentes vniuerſum fere orbem omnibus vitijs & peccatis plenum,multosq; hoĩes cupiditatibus humanis p̃peditos, nec veteris nec noui teſtamenti dogmata aut præcepta poſſe perſcrutari,& illarum ſalutẽ in vnico Dauid Prophetæ Spiritu Sãcto afflati pſalmo & intelligentia & doctrina conſiſtere,placuit breuiſſime & omni qua potui breuitate qua moderni nimium gaudent exponere pſalmum Dñe quis habita-

Digitized by Google

bit in tabernaculo tuo. Cuius expoſitionem ad mo-
dum Dialogi editam fecimus, in quo quidem mira, & Inexquiſita Spiritus ſancti afflatu myſteria ad noſtrã ſalutem immediate pertinentia ſatis copioſe declarantur. Opus quidem concionatoribus, & ijs qui audiunt eos perutile & neceſſariũ, quod duce Deo perfectũ, cui magis poteram & melius offerre q̃ tuæ claritudini Princeps Sereniſſime, quem vtriusq; naturæ bonis præditum, quis eſt qui non cognoſcat, obſeruet, & veneretur, quem ingenio pollentem, corporis dignitatẽ ornatum, prudentia ſatis locupletẽ, iuſtitia æquiſſimũ, rei militaris peritiſſimũ, tẽporalium rerum dñum ꝑpotentem, Cæſari inuicto Carolo inter primos gratũ videmus & acceptũ, cuius virtutũ clypeus noſtrum põt ꝓtegere opus, tibi & tuæ claritudini dicatũ, & ab hoſtiũ telis tutũ reddere, quãobrẽ accipe sereniſſime Princeps opus hoc multis lucubrationibꝰ editũ et vigilijs, primã noſtri ĩgenij fœturã, noſtroꝝ laboꝝ primitias, quod ſi hilari vultu & ſerena fronte (qua ſoles) accipere non dedigneris, facilius intelligã ad tantã altitudinẽ ꝑuenire, & hoĩum ac chriſtianæ veritatis vtilitatem vt nihil ſit ꝓterea nobis requirendũ, nec mireris paruulũ eſſe, & tanta claritudine indignũ, nãq; nõ minus eſt regiũ pauca libẽti aĩo accipere q̃ multa elargiri, ẽ tñ in paruulo opere q̃d boni ꝓſequendũ, quid mali fugiẽdũ, q̃dq; ſalutẽ pariat & fœlicitatẽ, ſtilo tñ q̃ facillimo & more theologico, q̃d cũ fuerit tuæ illuſtriſſimæ dñationi cognitũ, cognoſces Fratrẽ Iacobũ Deo optĩo maxĩoq; & tuæ claritati digniſſimæ eſſe deditiſſimũ, vale ac ſalue Prĩceps illuſtriſſime ſub cuius vmbra q̄eſcat oĩs mens noſtra. Datũ Bari idibus martijs. 1535.

Ferdinandus Gonzagha Melfictenſis Princeps, fra-
tri Iacobo Pani cocto Melfitenſi ordinis Mi-
norum regularis obſeruantiæ, ſacræ theo
logiæ profeſſori, ſuo venerando
ac dilectiſſimo. S. P.

NON Inficiabimur Pater venerãde
ex oĩbus q̃s nobis natura tribuit cõ-
modis in noſtro præſertim principa
tu, multoſq; ex multis collegiſſe fruct⁹
& dulces, & amænos, varios tñ qua-
les ſubditoꝝ noſtroꝝ ſunt artes, diſciplinæ, atq; ope-
rationes, licet tñ nobis (vt decet) vera fateri, hactenus
non perguſtaſſe vel ſuauiores fructus vel ſalubriores
ijs quoꝝ primitias tua nobis benigne obtulit veneran
da paternitas, credo equidem illoꝝ ſurculos aut ramu
los non aliunde quã diuinitus excærptos delitiarum
(vt aiunt) pomarijs, aut arbuſculis, quas alij fortunatas
inſulas vocitant, aut terrenã paradiſum, ſapiunt eteñ,
plane lignũ quod vitæ dicunt, & claritudinẽ eoꝝ quæ
vel lege naturæ, vel ſcripturæ, vel prophetico inuolu
cro abſcondita fuerant, & ſola humanati verbi dulce-
dine qñq; aſperſa, nũc demũ ita amænæ, ita claræ, ſua-
uiter dilucidata, atq; ſciẽter diuinitus, vt ab illo vitæ li-
gno collecta videantur, quæ ſi diuinitus magis q̃ hu-
manitus habita & nobis oblata tanto grata magis, p̃-
cioſa, & p̃ter cætera ſunt nobis plurimi facienda, Dij
immortales, & quis non excitaretur ac maxime gau-
deret hoc breuiſſimo & præcioſiſſimo tuarũ primitia
rum munere? ſi vnius pſalmuli diuina interpretatione

non tm̃ & ciuilia & pontificia iura ad chriſtianæ fidei & totius vitæ complementum haberentur, vnum etiã quicquid ab homine crucis charactere ſignato ad lumen vitæ obtinendum haberi poſſit, vt hoc habito nihil præterea nobis ſit deſyderandum, hæ ſunt illæ primitiæ frugũ tuarum quarum neq; ſimiles vidimus neq; pares, hæ ſunt ſane quibus dulciores non perguſtauimus neq; ſuauiores, ijs ornanda eſt omnis mẽſa & apparatus regius, quibus ſane ita ſum repletus, vt merito poſſim meo Melſictẽſi fratri Iacobo Pani cocto gratias agere, tantas, quantas teneor, qñ referre nullo modo valerem, namq; in principatu noſtro in pomariolo minus credito, hæc merui obtinere, quæ cunctis, vt humanum eſt, & religioſum, vt ſaluberrima impertiri vehementer gaudeo, quapropter hoc tantũ petimus quæ nobis peculiariter impertiri dignatus es, alijs & noſtro & tuo ſimul nomine elargiari benigne digneris, nõ enim minor nobis ex re militari, & bellica ſpes eſt triumphi, quam ex huius interpretationis largitione totius chriſtianæ religionis emonumenti & vtilitatis deſyderium, hortamur tñ & obteſtamur reuerentiã tuam, hãc arborem ſic velis colere, vt rariores & præcioſiores fructus valeamus quandoq; oſtentare, vale ac ſalue nobis ſemper dilectiſſime ac veneranda, Melficti quinto Calendas Iunias. 1535.

Digitized by Google

# INDEX CAPITVM.

Annotationes per capita eorum omniũ quæ in hoc opere complectuntur, vt captu faciliora ſint cũcta.

IN primis in introductione tria dubia ſiue quæſita cõtinentur cum ſuis reſponſionibus, videlicet.
Primum qualis ſit huius mũdi qualitas & conditio. car.2.
Scđm bñ operãtiũ qualis & vbi ſit retributio. car.6.
Tertium quis dignus erit ad illam fœliciſſimã patriã peruenire & ibi requieſcere & habitare. car.8.

Primæ partis. ſ. qui ingreditur ſine macula. Capita.

QVid ſit macula peccati origĩalis. c.1.
Quid antiq̃ & maiores noſtri patres de Meſſiæ ſaluatoris matræ ſenſere, quid cæteræ nationes. caput.2.
Maumethani confitent̃ & tenent virginẽ p̃ſeruatã fuiſſe à peccato originali. caput.3.
Dauid matrem Meſſiæ abſq̃ omni macula peccati originalis conceptam fuiſſe ſentire videt̃. cap.4.
Opinio quæ tenet virginem in originali conceptam fuiſſe. caput.5.
Opinio quæ tenet matrem Meſſiæ ab originali præſeruatam fuiſſe. caput.6.
Quid ſit macula peccati actualis mortalis. cap.7.
Quid ſit macula peccati venialis. caput.8.
Quomodo poteſt cognoſci qñ vnum peccatum eſt veniale & quando mortale, & quæ differentia eſt in-



Digitized by Google

ter illa. caput.9.

Quæritur quomodo vnum peccatum eſt grauius alſtero,ſiue loquamur de peccatis eiuſdem ſpeciei , ſiue alterius. caput.10.

Queritur quid eſt illud quod remanet in anima noſtra poſt peccatum cõmiſſum ceſſante actu interiori,& exteriori à quo homo ſiue anima noſtra dicatur peccatrix. caput.11.

Secundæ partis.ſ.& operatur iuſtitiam. Capita.

QVid ſit lex ſiue iuſtitia diuina. c.1.

An aliæ leges & iuſtitiæ à lege & iuſtitia diuina dependeant in ſua rectitudine & æquitate.caput.2.

An lex diuina fuit ab æterno , an vero ex tempore. caput.3.

An antiqui philoſophi & gentiles qui fuerũt tempore legis naturæ,& etiam tẽpore legis noſtræ hebraicæ,qui non erant de noſtra gente potuerũt ſalui fieri,an non. caput.4.

De neceſſitate legis diuinæ. caput.5.

De contingentia vel neceſſitate legis diuinæ. cap.6.

De immutabilitate legis diuinæ. cap.7.

De cauſa immutabilitatis legis diuinæ. cap.8.

De prædeſtinatione. cap.9.

An bona & mala eueniant de neceſſitate. cap.10.

An mala poſſint euitari ne contingant. cap.11.

De diuinæ prouidentiæ impugnatione. cap.12.

De præcognitione omnium creaturarũ. cap.13.

Digitized by Google

Qũo à Deo omnia ſunt ordinata & diſpoſita.ca.14.
De prouiſione neceſſariorum. cap.15.
De productione creaturarum. cap.16.
De conſeruatione creaturarum. cap.17.
Quid facit ſiue ordinat lex diuina. cap.18.
Quomodo lex diuina poteſt diuidi cum ſit vnicus actus. cap.19.
Quomodo velle & nolle poſſunt eſſe in voluntate diuina, cũ velle idem ſit quod amare, & nolle idem ſit quod odire, odium autem dicit imperfectionem, quomodo ergo poteſt eſſe in Deo. cap.20.
Quid ſit lex naturalis. cap.21.
Quare lex dicitur naturalis nunqd à natura eſt.ca.22.
In quibus conſiſtit lex naturalis. cap.23.
Omnia præcepta legis fundantur ſuper vnico præcepto legis naturæ. cap.24.
Si lex naturalis fuit ſufficiens, ad quid lex moſaica & euangelica data eſt? cap.25.
Si lex moſaica & euangelica fundantur ſupra legem naturalem, ergo lex naturalis eſſet perfectior vtraque lege. cap.26.
Quæ dependent à lege naturali. cap.27.
Ad quid data eſt lex humana, cum moſaica & euãgelica eſſet ſufficiens ad ſalutem. cap.28.
Quare tãta humanarũ legũ multitudo repit. cap.29.
Quales eſſe debent legiſlatores. cap.30.
Quales debent eſſe leges vt ligent. cap.31.

Tertiæ partis.ſ.qui loquitur veritatem in corde ſuo. Capita.



Digitized by Google

# INDEX

QVomodo in cogitatione poſſit eſſe peccatum cum tm̃ cõſiſtat in volũtate. cap.1.
Quomodo actus ĩtellectus poteſt ſubeſſe imperio voluntatis. cap.2.
Quotuplex eſt iudiciũ qđ fieri põt circa ꝓximũ. c.3.
Quot modis cõmittitur iudicium temerarium contra proximum. cap.4.
Vnde pronitas ad maledicendũ procedit. cap.5.
An poſſit aliquis iudicare ſine peccato ex aliquibus indicijs. cap.6.
An iudicare male de ꝓxĩo ſit peccatũ mortale. c.7.

Quartæ partis. ſ. q nõ egit dolũ in lingua ſua. capita.

QVomodo ſermo eſt in poteſtate voluntatis, & quõ in illo poſſit eſſe pctm̃. cap.1.
Q ũo proximo fama detrahitur. cap.2.
Q ũo detrahere ſit venenare. cap.3.
Q uare non licet reuelare peccatum occultũ. cap.4.
Tripliciter põt ꝓximus in genere diffamari. cap.6.
Q ũo detractor teneatur ad reſtitutionẽ. cap.7.
An homo teneatur magis diffamare ſeipſum, q̃ꝫ non reſtituere famam diffamati. cap.8.
An referẽtes mala ꝓximi teneãtur ad reſtõnẽ. cap.9.
Ad quam reſtitutionem tenetur verum crimen tñ occultum in publico præponendo. cap.10.
An cũ reſtõ fuerit dãnoſa ĩfamato fieri debeat. ca.11.
An negans crimen ſibi impoſitũ tamẽ verum licet in publico teneatur ad reſtitutionem. cap.12.
An negans crimen ſibi impoſitum licet ſecretũ in publico

blico peccet mortaliter. cap.13.
An negans verum crimen ſibi impoſitũ peccet. c.14.
An accuſatus coram iudice de crimīe occulto poſſit cõpelli vt ſimpliciter neget, aut affirmet. cap.15.
An teneatur pœnitere negando crimen ſibi impoſitũ non exprimendo illá verba vt præponuntur. ca.16.
An peccatum detractionis ſit maius alijs. cap.17.
Q ũo poteſt homo peccatum detractiõis euitare, ne tantum malum committat. cap.18.
Q ui ſunt qui audiendo detractores peccant. cap.19.

Q uintæ partis. ſ. nec fecit ꝓximo ſuo malum. capita.

QVomodo & quot modis proximus poteſt offendi. cap.1.
Quid facere tenetur ledens proximum vt ſaluetur. cap.2.
Q uid ſtatutum eſt de vltimo dãno illato, ſcilicet morte apud alias nationes. cap.3.
Q uare aliæ nationes non obligantur ad legem moſaicam. cap.4.
Si lex nõ eſſet ſtatuta pro morte illata quid homo facere debet. cap.5.
Quis dicat & ſit iuſtus occiſor. cap.6.
Q ũo poteſt cognoſci qñ lex ſit iuſta. cap.7.
An fuit aliquando licitum occidere hoīem pro ſimplici furto. cap.8.
An homicida inuoluntarius teneatur ad tantam reſtitutionem ſicut voluntarius. cap.9.
Q uid ſi ex negligẽtia medici patiẽs moriať ſiue mu-

Digitized by Google

tiletur ad quid tenetur. cap.10
Ad quid mutilãs tenet̃ vt à petõ liberare poſſit. c.11.
An lex talionis de mutilatione membri in omni gente oſſeruetur. cap.12.
Cur chriſtiani nõ tenent̃ ad legẽ moſaicam. cap.13.
De vulnere curabili. cap.14.
Quomodo & quot modis proximus offendi poteſt quo ad animam. cap.15.
Ad quid teneatur lædens proximũ in bonis ſpiritualibus vt ſaluetur. cap.16.
Ad quid male conſulentes teneãtur vt à peccato ſint immunes. cap.17.
Ad quid teneantur defloratores. cap.18.
Quomodo & quot modis offendi poteſt proximus quo ad bona ſpiritualia. cap.19.
Quomodo & quot modis offendatur proximus in bonis temporalibus. cap.20.
Quid ſit furtum ſiue furari. cap.21.
Ad qd obligant̃ q bona pximi furant̃ & detinẽt.c.22
Quid ſit iuſtum bellum. cap.23.
Ad quid teneantur iniuſtũ bellũ exercentes. cap.24.
Quid ſit crimẽ concuſſionis & qũo cõmittit̃.cap.25.
Quid facient concuſſores vt ſaluentur. cap.26.
Quid ſit vſura quæ morſus dicitur. cap.27.
Ad quid ſimoniaci teneantur. cap.28.
Quid ſit ſacrilegium & quomodo & quot modis cõmittitur. cap.29.
Ad qd teneant̃ ſacrilegi vt à tali macula liberẽt̃.c.30.
Qũo & quot modis cõmittit̃ damni cauſatio.ca.31.
An dãnificãtes teneant̃ in æq̃li gradu ad reſtõnẽ.c.32.

Digitized by Google

# CAPITVM.

Sextæ partis.ſ.& opprobrium non accepit aduerſus proximos ſuos. Capita.

OPus eſt nos præcauere ne mala ꝓximi audiamus. caput.1.
Quomodo & quot modis tale peccatū cōtra ꝓximū cōmittit᷑. cap.2.
An ſit ſemꝑ peccatū mortale intelligere malum dictum contra proximum. cap.3.
An poſſumus intelligere male loquos ſine pctō. c.4.

Septimæ ꝑtis.ſ.& vilis reputat᷑ in oculis ſuis. capita.

QVæ hominem ad ſuperbiam inducere videntur. caput.1.
Quæ ſunt quæ hominem ad humilitatem inducunt. cap.2.
Quo homo in vtero matris nutritur. cap.3.
Quomodo homo ingreditur in hūc mundū. cap.4.
Vbi eſt homo. cap.5.
Quomodo homo poſſit odio habere ſeipſum. ca.6.

Octauæ partis.ſ.timētes aūt dn̄m glorificat. Capita.

QVot & quibus timentes Deum ſunt honorandi. caput.1.
De multiplici adoratione. cap.2.
Quot & quibus modis timentes Deū ſunt venerandi. cap.3.
An dilectio Dei ſtet cū odio ꝓximi, & ecōtra. cap.4.

Digitized by Google

Quid per proximũ intelligatur. cap.5.
Quæ ſunt cauſæ quæ ad honorandum Deum timentes nos inducunt. cap.6.
Ad quid ſacerdotis dignitas ſe extendat. cap.7.
De claui ſacerdotali. cap.8.

Nonæ partis. ſ. qui iurat proximo ſuo & non decipit, ſiue qui iurat male, & non pœnitet. capita.

Quid ſit iuramentum. Cap.1.
De iuramenti diſtinctione. cap.2.
De iuramenti modalitate. cap.3.
De periurio. cap.4.
De excuſatione peccati. cap.5.
De iuramento dubio ſiue de iurante in dubio. cap.6.
De frequentatione iurandi an ſit mortale. cap.7.
An liceat per creaturas iurare ſine peccato. cap.8.
An idem peccatum poſſit eſſe cõtra præceptum primæ & ſecundæ tabulæ. cap.9.
An quolibet iuramentum ſit ſeruandum. cap.10.

Decimæ partis. ſ. qui pecuniam ſuam non dedit ad vſuram. capita.

Quæritur vnde rerum dominia ſint diſtincta vt ſupra. cap.1.
Si dominia rerum ab aliquo fuerunt diſtincta, quõ iuſte talia dominia poſſunt transferri. ca.2.
Quæritur quomodo res proximi iniuſte aufertur & detinetur ꝑ vſuram contra voluntatem dñi. cap.3.

Digitized by Google

Quæritur quare iſte qui donat non liberaliter donat, ex quo tanta mala ſequuntur. cap.4.
Quæritur quare iſta donatio non eſt liberalis. cap.5.
Quæritur qui ſunt iſti contractus per actum voluntatis ſecundum quid liberalem, in quibus dominia trāſferuntur. cap.6.
Quō contractus iuſti vel iniuſti fieri poſſunt. cap.7.
Non ſolum in pecunia, ſed in omni re æſtimabili vſura cōmitti poteſt. cap.8.
An liceat alicui dare ad vſuram. cap.9.
Quid per ſpeciem ſcđm legiſtas ītelligatur. cap.10.
An per aliā perſonam liceat fœnerari. cap.11.
Quare teneantur ad reſtitutionē vſurarum. cap.12.
Quibus rationibus nitūtur vſurarij probare vſuram licere. cap.13.
Quæritur quid requiritur ad hoc vt contractus venditionis ſit iuſtus. cap.14.
Quæritur an cōtractus qui excedit latitudinem iuſti precij ſit nullus, & reſcindat in oī foro an nō. ca.15.
Quæritur quare venalia habent taxatam exiſtimationem, cū ab oībus cōiter aſſeratur, ꝙ res tanti valet quanti vendi poteſt. cap.16.
Quæritur quid requiritur ad hoc vt contractus emptionis iuſte fiat. cap.17.
Quæritur cum ſit ꝙ ſunt multi, qui vēdunt rem ſuam & non ſtatim recipiunt ꝑcium rei vendite, & ſimiliter mutuantes, ſed expectāt tp̄s, quid iuris de iſtis cō tractibus, de q̄bus hodie plenus eſt mūdus. cap.18.
In quibus caſibus licet vltra ſortem accipere. cap.19.

Digitized by Google

De iuſtitia & iniuſtitia cōtractus ſocietatis. cap.20.
An ĩ cōtractu ſocietatis liceat recipe vltra ſortẽ. c.21.
Quot modis fieri pōt contractus ſocietatis. cap.22.
Cum permittatur à iure imperiali quare non licet fœnerari. cap.23.
Quot leges vſuram damnant. cap.24.
Peccatum vſuræ eſt mortale an veniale. cap.25.

Vndecimæ partis .ſ. & munera ſuper innocentem non accepit. Capita.

DE laude præſidentiũ & dñorum. ca.1.
Quomodo & quot modis notarij cō tra ĩnocẽtes munera accipiũt. cap.2.
Quomodo & quot modis notarij falſa inſtrumenta conficiunt. cap.3.
Aduocati omni laude videntur digni. cap.4.
Quid faciunt aduocati in patrocinijs. cap.5.
Conſules videntur laude digni. cap.6.
Quare conſiliarij potius demereri q̃ mereri dicantur. cap.7.
De iudicum laudibus & dignitate. cap.8.
De iudicum cauillationibus. cap.9.

Finis Tabulæ capitum Vndecim partiũ Fratris Iacobi, de perplexis ſeu dubijs inextricabilibus.

Digitized by Google

# FRATRIS IACO BI PANIS COCTI DE MELFICTO

prouinciæ ſancti Nicolai regularis obſeruãtiæ Minoritæ, ſacræ paginæ profeſſoris opus in expoſitione Pſalmi Domine quis habitabit, Dialogo editum, in quo mira, & inexquiſita ſpiritus. s. afflatu myſteria manifeſtãtur, tam prædicatoribus, quam fidelibus quibuſcunq; perutilia, & neceſſaria.

## DIALOGI INTRODVCTIO.

CVM cœlorum ambitus, æthereamq; regionem tanto illuſtratam ſplẽdore, necnon elemẽtorum ſitus, & quæ in eis ſunt diſpoſitiones, à ſummo rerum omniũ opifice recto ordine diſtributas, & ab illius nutu nullatenus diſcrepantes, attentiſſime conſyderarẽ, tum poſtea mente atq; animo circũuectus, ad mortalium naturam ſimul & mores affectusq; hominum conſiderandos, deſcẽderem, videremq; humanæ vitæ inconſtantiam, fallacias, deceptiones, laqueos, atq; praua & penè ĩnumerabilia facinora, quæ vllis verbis conſequi nemo poſſet, ſtatui, vtpotè ſtupore magno perterritus, quoad poſſem, inueſtigare, & perquirere, quis nam huius vitæ mortalium finis eſſet, & quæ vltima retributio, ſitibunda



Digitized by Google

itaq; (vt ceruus ad fontem aquarum) anima mea, ad multiplices ſapientiæ autores percurrẽs, ſimulq; memoria, & ſtudio repetẽs, quos priſca maiorum ſæcula ꝓgenuere (vt vera loquar) illorum verbis aut ſententijs qeſcere non poterat. Ecce viſus adeſſe interea mihi obuiam vir quidem ſapiẽtiſſimus, diuina humanaq; ſapientia clariſſimus, & regia proles, Salomon, cuius doctrĩa & ſapientia benignoq; vultu allectus, ac miro in eum amore accenſus non potui, non ſatis gaudere atque lætari, vbi ergo adeſſe mihi viſus eſt. Ecce inquam veluti deſyderatus gentibus, mihi adeſſe videris, ſis fœlix noſtrumq; leues optate laborẽ. Iam pridẽ eſt ꝙ cupio vir ſapientiſſime, cuius nominis celebritate repleta eſt omnis terra, ea petere abs te, quæ ab adoleſcentia multis laboribus, multisq; vigilijs defatigatus intelligere non potui, vt qeſcerẽ, & perturbata in iis anima, me ſemper male habet. Obſecro igitur & peto, liceat mihi in tuo ſapientiæ fonte hæc arida ora lauare, liceat ſitim qua diu crucior, extinguere atq; ſedare, velis tuo ſeruo opem adferre, ne incaſſum tandiu laboraſſe, & omni auxilio deſtitutus videar. Tunc ille ſublatis in me oculis & vultu hilari, quo cœlum facilius ſerenare poſſet, inquit. Qui abſcondit frumentum, id eſt, doctrinam (vt ſcriptum eſt) maledicetur in populo. Itaq; cũ digna uideatur adiuuari hæc cupiditas tua, ſi quid fuerit in quo valeã tibi tuoq; deſyderio ſuppetiari q̃; libentiſſimæ efficiam. Tunc ego, ſuperioribus & multis ante annis, modo ſcientiæ, modo experientiæ viribus, quibus ab iis qui ſapientes appellantur, fui inſtructus, q̃; diligentiſſime,

Digitized by Google

accuratiſſimeq́; ſum pſcrutatus. Quis nã huius mun-
di finis eſſet, ac vltima retributio, & demum nihil bo-
ni nihilq́; ſolidi, in quo ſtulta hominũ appetitio con-
quieſceret inueſtigare valui, niſi perpetuũ ſuppliciũ,
& omniũ rerum quas videmus interitum, vbi ærũnis
plena eſt omnis vita, & finis eius in dolore, in qua ma
lis bona, bonis mala retribuũtur. & ne multis morer,
omnibus malis referta eſt humana & mortaliũ vita.
Sed quando Deus optimus maximusq́; in æterni-
tate ſua iuſtiſſimus ſit, & de neceſſitate & ex bonitate
ſua ac lege præfixa premiũ vnicuiq; iuxta opera de-
bet retribuere, in mũdo vero præmiũ intuemur penè
nullum, verũ indeſinẽtibus agitamur procellis, quod
cuiq; vel ineptiſſimo latiſſime patet. Ex iis collegiſſe
videor alibi parata eſſe mortalibus præmia, & alibi
bona. Verũtamẽ cum altitudinem conſydero cœlo-
rum & illorũ ſydera, in quorũ vel ſplẽdore uel deco-
re deficit omnis noſtra admiratio & intuitus, longe
clariorem & magis admirandam exiſtimo patriam
quam dicimus æternã, ex quo fit vt hæc humana ab-
iectio & corruptela tanta celſitudine ac beatitate di-
gna minime videatur, deficit ſpiritus meus, nec conie
ctari queo, an ſuperna & perquã beata patria illa ſit
quiſquam dignus, qui per exigua merita eam valeat
adtingere, quamobrem vir ſapientiſſime tria q̃ brę-
uiſſima ex fonte tuæ ſapientiæ exhaurire vehemẽter
optarẽ. Primum, qualis ſit huius mũdi qualitas, aut
conditio. Secundũ, bene operantium qualis, & vbi
ſit retributio. Tertium, quis ad illam fœliciſſimã pa
triã dignus ſit puenire, & ibi inhabitare. Hæc ſunt q̃



Digitized by Google

me male hn̄t, quæq; diu neſciens nouiſſe deſyderaui. Ad hæc ſic ille mihi reſpondit. Magna petis fili, & quæ non viribus iſtis conuenire videbantur, non eſt mortale quod optas, Sancta enim ſunt hæc myſteria non omnibus cognita, ſed ne abſcondam frumentū, & in populo maledicar,(vt dixiſſe memini) dicam q̃q; libētiſſime quæ ſentio, Tu vero ſi quid inter dicendū ambigas,interpellare non verearis, Cum igitur ſcire deſyderas huius mundi qualitatem atque (vt dicunt) conditionem, hæc habeas quæ ſatis (vt reor) poterunt rei addubitatæ caliginem omnem, ac nebulam propellere, & mentem tuam reddere claram.

Nota qualis ſit huius mū-di qualitas & conditio.

Ego Salomon Rex Iſrael in Hieruſalē, propoſui in corde meo quærere & inueſtigare ſapienter de omnibus quæ ſub ſole fiunt,hanc occupationem peſſimam dedit deus hominibus, vt occuparentur in ea, vidi cuncta quæ fiūt ſub ſole,& ecce vniuerſa vanitas & afflictio ſpiritus,& ideo fili optime vanitas vanitatum & omnia vanitas. Ego enim propoſui in corde meo dicens,ex quo magnus effectus ſum, & præceſſi omnes ſapientia, qui fuerunt ante me in Hieruſalem, & mens mea contemplata eſt multa ſapienter, & didici & dedi cor meum vt ſcirem prudētiam, atq; doctrinam, erroresq́;, & ſtultitiam. Et agnoui, ꝙ in iis quoq; eſſet labor & afflictio ſpūs,eo ꝙ ī multa ſapiētia ſit indignatio,& ꝗ addit ſciētiā addit & laborem. Cum igitur in doctrine adꝗſitione eſſet labor & afflictio ſpiritus,verti me ad alia, & dixi in corde meo,vadam & affluam delicijs,& fruar bonis,& vidi ꝙ in iis quoq; vanitas eſſet. Magnificaui opa mea,ædificaui

Digitized by Google

domos,& plãtaui vineas, feci hortos, & pomeria,& conſeui ea cunctis arborũ generibus, & exſtruxi mihi piſcinas aquarum, vt irrigarem ſyluam lignorũ germinãtium,poſſedi ſeruos & ancillas, multamq; familiam habui,armenta quoq; & magnas ouium greges vltra omnes qui fuerunt ante me in Hieruſalem, coaceruaui mihi argentum & aurum & ſubſtantias regũ & prouinciarũ,feci mihi cantores & cantatrices, & delitias filiorum hominũ,ſcyphos, & vrceolos ad vina fundenda, Et ſupergreſſus ſum operibus ſuper omnes qui fuerunt ante me in Hieruſalem, Sapientia quoq; perſeuerauit mecum,& oĩa quæ deſyderauerũt oculi mei,non negaui eis,nec prohibui cor meũ quin omni voluptate frueretur. Cũq; vertiſſem me ad vniuerſa opera mea, quæ fecerant manus meæ, & ad labores quibus fruſtra ſudaueram, vidi in omnibus vanitatem & afflictionem animi & non permanere ſub ſole. Rurſum deteſtatus ſum omnem induſtriã meam qua ſub ſole ſtudioſiſſime laboraui,habiturus hæredẽ poſt me,quem ignoro,vtrũ ſapiens aut ſtultus futurus ſit,& dominabitur in laboribus meis, qbus deſudaui & ſollicitus fui,& eſt quicq̃ tam vanum,vnde ceſſaui, renunciauitq; cor meum vltra laborare ſub ſole. Nã alius laboret in ſcientia & doctrina & ſollicitudine homini ocioſo quæſita dimittit. Et hoc quoq; vanitas & magnum malum. Verti me ad alia, & vidi calũnias quæ ſub ſole geruntur & lachrymas innocentiũ, & neminem conſolatorem,nec poſſe reſiſtere eorum violentiæ,cunctorũ auxilio deſtitutos,& laudaui magis mortuos q̃ viuentes, & feliciorẽ vtroq; iudicaui

Digitized by Google

qui nec dũ natus eſt, nec vidit mala quæ fiũt ſub ſole. Rurſus contemplatus ſum omnes labores hominum & induſtrias animaduerti patere inuidiæ proximi, & in hoc quoq; vanitas eſt, & cura ſuperflua. Conſyde= rans reperi & vanitatem aliam ſub ſole virum qui & filium non habet, non fratrem, & tamen laborare non ceſſat, nec ſaciãtur oculi eius diuitijs, nec recogi tat dicens, cui laboro? & fraudo animam meam bo= nis? & in hoc quoq; vanitas eſt & afflictio peſſima. Verti me ad alia, & vidi aliud malũ quod fit ſub ſole, & quotidie frequens apud hoíes, vir cui dedit Deus diuitias, & ſubſtãtiam, & honoré, & non deeſt animæ ſuæ ex omnibus quæ deſyderat, nec tribuit ei poteſta tẽ Deus vt comedat ex eo, ſed homo extraneus uo= rabit illud, hoc vanitas & magna miſeria é. Verti me ad aliud, & vidi aliud malũ ĩ die vanitatis meæ, iuſtus peribit in iuſticia ſua, & impius multo viuit tempore in iniuſtitia ſua. Noli eſſe iuſtus multum, neq; plus ſa= pias q̃; neceſſe eſt, ne obſtupeſcas. Verti me ad alia, & vidi, exiſtunt iuſti q̃bus mala proueniunt, quaſi opera egerint ĩpiorum, & ſunt impij q̃ ita ſecuri ſunt, quaſi iuſtorũ facta habeãt, & hoc quoq; vaniſſimũ iudico. Verti me ad aliam partem, & vidi aliud malũ, & va= nitatem ſub ſole, poſitum ſtultum in dignitate ſubli= mi, & diuites ſedere deorſum, vidi ſeruos in equis, & prĩcipes ambulantes ſuper terrã quaſi ſeruos, & hoc quoq; vanitas & magnum malum. Audiſti ergo be= nedicte fili qualis ſit vel qualitas vel huius mundi cõ= ditio, quãdo nihil ſub ſole extat permanens, & tandẽ vanitas vanitatũ & omnia vanitas. Propterea aufer

Digitized by Google

iram à corde tuo,& amoue malitiam à carne tua,adu leſcentia enim & voluptas vana. Meméto creatoris tui in diebus iuuentutis tuæ,anteq̄ꝫ veniat tempus afflictionis tuæ, & appropinquent anni de q̄bus dicas. Non mihi placēt anteq̄ꝫ tenebreſcant ſol & lumen et ſtellæ & luna, quando commouebūtur cuſtodes domus,& nutabunt viri fortiſſimi, & otioſi erunt molētes in minuto numero, & tenebreſcent videntes p̄ foramina,& claudēt hoſtia in platea, in humilitate vocis molentis,& cōſurgent ad vocem volucris, & obſurdeſcent omnes filiæ carminis, excelſa quoqꝫ timebunt,& formidabunt in via, florebit amigdalus, impinguabitur locuſta,& diſſipabitur capparis, quādo ibit homo in domum æternitatis ſuæ, & circuibūt in platea plangentes. Antequam rūpatur funiculus argenteus, & recurrat vita aurea, & conteratur hydria ſuper fontem,& cōfringatur rota ſuper ciſternam, & reuertatur puluis in terram ſuam,vnde erat,& ſpiritus redeat ad Deum qui dedit illum, his amplius fili non requiras,& huius locutionis finem audiamus,Deum time,& mādata eius ſerua,hoc eſt,oīs homo, cūcta q̄ fiūt,adducet Deus in iudiciū, pro oī errato ſiue bonū ſiue malum ſit.His ego auditis,ruſus ſic ad eum dixi. Perquam iocunda fuit mihi oratio tua ſapientiſſime domine,qua mundi vanitas, & illius qualitas innoteſcere potuit vel cuiq̄ꝫ imperito,ita plene cuncta fuere ac ſigillatim expoſita, vt præterea nihil videretur requirēdum. Et hoc ad ratiocinium illud vſqꝫ quod in totius orationis peroratione addideras,in quo dicebas.Aufer iram à corde tuo,id ( vt tibi verum fatear)

Nota quādo debet homo recordari dei factoris ſui.

Vita futura, uita aurea uocatur.

intelligere nequeo,ſed quando data eſt à te ipſo mihi facultas meo arbitratu interrogandi, cum ſuperiora omnia ſatis bene fuerint percepta,Ne ſit tibi moleſtum illud ipſum nobis aliqua ratione aperire, vt ſummatim ſaltem colligere valeam. Tunc ille, Attende igitur & ſi non ad viuum reſecare ſtatui, poteris tamen per capita rerum,(vt reor) optata conſeq. Aufer iram à corde tuo,de alijs non conquerendo,& amoue malitiam à carne tua.i. luxuriā. Adulescentia enim querens vindictam, & voluptas exercens luxuriam vanæ ſunt,nāq; cito tranſeunt, & ad finē malum perducunt. Memento creatoris tui, qui te de nihilo fecit,& ad ſuam imaginem,ꝑpter quod ad eius ſeruitutē totus es obligatus.In diebus iuuentutis tuæ,tunc etenim ei melius poteris ſeruire.Anteq̄; veniat tēpus afflictionis,id eſt ſenectutis, & appropinquent anni tuæ mortis de q̄bus dicas nō mihi placent. Antequā tenebreſcant ſol & luna & ſtelle, dicuntur ſol & luna & ſtellæ ſeni obtenebreſcere, & maxime ad mortem adhærenti.Deficit enim virtus eius viſiua, vnde fit,vt claritatem eorum nec in die nec in nocte videre poteſt,& reuertantur nubes,hoc eſt tribulatio mortis,ſuper ſenectutis tribulationem.Quando cōmouebuntur cuſtodes domus corporis,ſcilicet quod eſt aīæ domicilium,huius autem cuſtodes ſunt corporis ſenſus, q à noxijs ſolent corpori præcauere,& dicuntur cōmoueri quando deficere incipiūt & hebetari. Et nutabunt viri fortiſſimi hoc eſt crura & tibie quæ à virtute viri dicuntur, ſi pōdus corporis ſubſtinere vidētur,attamen ī ſenectute nutant, & tremunt,& uacillāt

dum

dum deficit virtus & natura. Et ocioſi erunt molētes, id eſt dentes quibus molitur in ore cibus, quod aduētante morte facere nequeunt. In minuto numero, numerus ꝓfecto dentium ex frequenti naturæ curſu minuitur, & tenebreſcunt videntes per foramina, oculi ſane intra capitis foramina ſunt conſtituti. Et claudētur hoſtia, labia ſunt in plano faciei ſita, quæ clauduntur dum loqui non poſſunt. In humilitate hoc eſt exilitate vocis morte adhærente. Et cōſurgēt ad vocem volucris, id eſt galli, ſenes nāq; obdormire minus poſſunt, & in galli cantu facillime excitantur, quæ excitatio ſurrectio dicitur. Et obſurdeſcent omnes filiæ carminum, aures dicuntur carminum filiæ, quæ vel carminibus, vel melode oblectātur. Excelſa quoq; timebūt, animæ videlicet pars ſuperior, & cum illa corporis pars vna patiens mortem aduenientem. Et formidabunt in via, nam viam p̄ſentis vitæ timent exire. Florebit amigdalus, caput caneſcet. Impinguabitur locuſta, vēter humoribus incoctis bene intumeſcet. Et diſſipabitur capparis, id eſt carnis cupiditas quæ capparis nuncupatur, qua luxuria prouocatur. Quoniam ibit per mortem homo in domum æternitatis ſuæ, cum inde nunq̄ in vitam reuertatur. Et circuibunt in platea, hoc eſt hominem iam defunctum. Antequam rumpatur funiculus, id eſt armonia, qua elemēta in viuente corpore colliguntur in mortuo diſſoluuntur. Et recurret vita aurea, hæc eſt plane vita futura, quæ iuſtis melior eſt p̄ſenti vita, veluti aurum, re vera, melius eſt argento. Et conteratur hydria ſuper fontem, Sane corpus eſt fons, à quo vitales ſpiritus ꝓcedunt



Digitized by Google

omnes veluti à fontibus aquæ. Hydria vero qua hau riri ſolet aqua, cōpago eſt membrorum omniū à cor pore vitam recipiens. Et confringatur rota ſuper ciſternam, rota eſt caput hoc, quod ad figuram rotundam adpropinquat, vel ſimile fictum extat. Ciſterna vero ipſum cor, à quo vita ipſa adſumitur, tunc ſanè rota ſuper ciſterna confringitur, cum ſenſus omnes qui in capite vigent, à corde iam moriente deficiunt. Et reuertatur puluis in terram ſuam, id eſt humanum corpus quod maiorem ex terra continet, quam accepit partem. Et ſpiritus redeat ad Deum, vt eius merita erunt & demerita ab æterno rerum domino iudicāda. Finem loquendi pariter audiamus. Deum time, vt filij parentes timere ſolent, &(vt dicunt) filiali amore, per quem à malo receditur. Et mandata eius ſerua, in bono te exercendo, hoc eſt omnis homo totus, ſcilicet & perfectus homo. Nam totum hic & perfectū idem exiſtunt. Cūcta quæ fiunt ſub ſole, hoc eſt ab hominibus qui liberum propter arbitrium & mereri poſſunt & demereri, adducet Deus in iudicium generale, pro omni errato ſiue abſcōdito quod ibi omnino manifeſtabitur, & ſi fuerit bonum, bonorum capiat vt retributionem. Si vero malum, malorum meritam ſuſtineat caſtigationem. Hæc fuerant quæ dixiſſe volui, queque abs te prius intellecta fuiſſe credidi. Quid eſt igitur quod te vlterius p̄mat, & mētem reddat inquietam? Ad quem ego nihil eſt in quo dubitem vir ſapientiſſime, ſatis clare, ſatisq; diſtincte de huius mundi qualitate fuit & dictum, & memorie à me traditum, nunc ad alia (ſi placet) conuertamur,

Digitized by Google

Quando ſub ſole vltima beatitudo nulla datur, ſed omnium vanitas, vt ſapientiſſime & ſatis vere fuit diſcuſſum, velis quæſo nobis oſtendere, qualis ac vbi erit bonorum remuneratio. Cum æternus Deus ſua ex bonitate æternaq́; iuſtitia præmium bene operantibus negare minime poteſt. At ille recte inquam, hoc enim erat, ſecundo loco quæſitum, ſed longe (vt late patet) primo difficilius. Quis enim audebit in illa deſcendere, quæ nec oculus vidit, nec auris audiuit, nec in cor hominis aſcendunt, & quæ dominus ſe diligentibus præparauit. Nec videatur mirum, nam ſi quæ in terris habentur vix humano ab intellectu conſyderari poſſunt vel cognoſci, quid dicendum videtur? de iis quæ cœleſtia ſunt, & ſupra mortalium naturam conſtare videmus? quæq; mortalis vita attingere nequit? tandem quæ ſentio, ne vel tua cauſa noluiſſe, vel laborem aufugiſſe iudicer, breui ſic habeto. Reor enim aliud eſſe quod potiſſimum intelligere, tuus exardeſcit animus. Non te lateat igitur vltimam hominis retributionem, vltimaq́; munera, præmia, & dona, a ſummo optimoq́; Deo conſtituta & certa, & bene operantium beatitudinē eſſe, & fore claram apertam & manifeſtā ſummæ Deitatis viſionem, illiusq́; fruitionem. Tunc etenim anima humana erit omnifariā quieta in ſumma illius plenitudine, qn̄ per intellectum diuina cum eſſentia, & per apertam viſionem coniuncta, per voluntatem & fruitionē pfectiſſimā atq; amorē vnita, & (vt ita dixerim) cōglutinata, veluti ſuo dilectiſſimo ſponſa, tunc ſane videbit & pguſtabit, quàm amœnus, ſuauis, ac dulcis eſt dominus

*In quo cōſiſtit perfectio hominis.*

iis qui diligunt illum. Attende itaq; fili dilecte, attende benignum dominum ſic clamantem & dicentem. Ego merces tua magna nimis, non argentum, non aurum, non gēmas, non precioſa tēporalium rerum bona, aut iocalia bene operantibus pollicetur dominus, ſed ſeipſum. Cuius tanta eſt celſitudo, quantā angeli admirantur, cœli obſtupeſcunt, & creature omnes laudare non ſufficiunt. Et qd mirum quando pelagus eſt infinitæ ſubſtātiæ, ò primum finitiuum, ò primum cauſatiuum, ò primum independens, ò primum incauſatū, ò veritas infinita, à quo omnia, in quo omnia, & per quem omnia, in quo omne bonum, mali nihil. Quàm ſuprema eſt benignitas tua, q̃; excelſa bonitas tua, qui poſtq̃; ingratiſſimā hanc creaturam ſuper opera manuum tuarum conſtituiſti, ducem & dominam earum rerum quæ creatæ fuerant feciſti, vt in nullo deficeret tua benignitas, teipſum in p̄mium donare voluiſti. Quamobrem noſti (vt reor) ex iis qualis ſit bene operantium retributio atq; beatitas, ſi dicta bene ꝑpendere volueris. verumtñ ſiquis adhuc ſupeſſet ſcrupulus, qui te male haberet, non verearis quæ dubitas efflagitare, nā tui cauſa facta eſt huiuſce rei mētio. Ego igitur ſic ad eum. Non inficiabor vir apprime ſapiens, ſatis plene intellexiſſe tuis & amœniſſimis, & clarioribus verbis, ac ſentētijs, qualis bene operātium retributio & beatitas exiſtat. Rogo nunc oro etiam atq; etiam exoro ac obſecro, quādo datur locus & ocium, ne ſit tibi moleſtum aſſerere, vbi eiuſmodi præmiū erit ac beatitudo, hoc ſane erat (ſi recte memini) cum ſecundo cōiunctū. Ad hoc Salomon,

Digitized by Google

Nec te fugiat dilecte fili, ꝙ licet Deus omnipotens ꝑ eſſentiam, potentiam, & præſentiam ſit vbique. Nam infinitus eſt, & ſuo eſſe (vt ita dixerim) potentia atque præſentia totum repleat, & cœlorum, & terrarum orbem, ex quo efficitur vt ſeipſum oſtendere poſſit, & clare beato cuilibet manifeſtare, ex quo eiuſmodi beatitas ac præmium volente Deo poſſet vbiq; eſſe, qñ nulla ex parte Dei exoriatur cõtradictio, neq; ex nobis in recipiendo præmio. Verũtamen maieſtas illa infinita reſidet ꝑcipue regia in aula illa, & patria fœliciſſima, cœleſti Hieroſolyma in empyrio cœlo, vbi omnes ſunt ſpiritus bene dominum collaudantes, de quo q̃; ſapientiſſime pater meus Dauid. Qui habitãt in domo tua domine in ſæcula ſæculorum laudabũt te. Et iterum melior vna dies in atriis tuis ſuper milia. Iam noſti quale bene operãtium erit præmium, Deitatis ſũmæ & illius omnipotentiæ viſio ſcilicet clara, (ſi de eſſentiali beatitate loquamur.) Et vbi, nã in patria cœleſti ac ſuperna. Et ego eſt inquam vir beniğniſſime quod (dum altiora peteres) mentem meam excitauit, & quietam eſſe nequaquã ſinit, liceat igitur addubitare. Nam dixit ſi bene recolo ipſe Deus, non videbit me homo & viuet. Itemq; poſteriora mea videbis, faciem autem meã non videbis, ex iis fit vt beatitas in mortalium vita eſſe non poſſit. Itemq; mortalitas beatitudini repugnare videtur, beatitudo enim perpetua, at mortalitas ſecum perpetuitatem eſſe nõ patitur. Quapropter velis hæc ipſa mihi clariora (ſi libeat) reddere. Tunc ſapiens, faciam inquit quod petis libentius, Attende tamẽ, Deum poſſe cauſare bea-

Nota qualis et ubi bñ operantiũ erit remuneratio.

Nota quare deus ẽ ubiq;.

Obiectio prima.

Obiectio ſecunda.

Digitized by Google

Nota quomodo beatitudo pôt eſſe in uita pſenti.

titudinem in anima in præſenti vita, poteſt intelligi bifariam, vel ex ordinata potentia, vel abſoluta, ſi ordinata, dicendum eſt Deum non poſſe aliquem beatificare vel beatum facere, in ſtatu vitæ huius. Et hoc erat quod veritas ipſa Deus aſſerit prima in autoritate ſupius recitata. Si vero abſoluta potentia, ſic dicimus Deũ poſſe aliquẽ beatũ facere, aut beatificare, in hac vita, hoc eſt quod diximus in rñſione, & id ſane nullã cõtinet cõtradictionem Deũ poſſe hoc facere.

Nota quomodo corpus ſit beatificabile.

Cum vero dicitur ꝙ mortalitas beatitudini repugnare videatur, ſic ſentio, ꝙ licet corpus beatificabile nõ ſit, ſi ꝓprie de beatitudine loquamur. Illa etenim in clara viſione, ac deitatis fruitione cõſiſtit, & illa ad animã pertinet. Eſt tñ beatificabile ſecundum qd, continebit enim dotes ſuas ſibi cõpetentes, atq; cõueniẽtes, Agilitatẽ, Subtilitatẽ, Luciditatẽ, Impaſſibilitatẽ, ſiue talis beatitudo ĩmediate ſit à deo, ſiue ſit ex animæ beatæ redundãtia. Eſt tamen talis ordo, ꝙ in anima beatitas

Aĩa pfectiſſima beatitudine beata eſſe non pôt ſine corporis beatitudine.

perfecta eſſe non poteſt ſine corporis beatitudine. Quapropter qñ corporis beatitudo cũ vita mortali ſtare non poteſt, repugnat effectui beatitatis pfectæ eſſe in vita mortali, neq; ſine miraculo. Et non ſolum in hoc ꝙ beatitas ipſa detur eſt miraculum, verũetiã ꝙ res naturalis impediatur ab effectu ſuo naturaliter

Duplex ẽ repugnãtia formalis & uirtualis.

cõſequente. Nõ ꝓpterea implicat, vt iam diximus, qñ tantũ virtualis eſt repugnantia, non autẽ formalis, ſic (vt reor) ſolutum eſt quod ſecundo erat loco quæſitum. Intellexiſſe videor inquam tuæ ſapientiæ lumine interpoſito, tum diſtincte, tum ſatis clare, qualis ſit huius vitæ qualitas, et bene opantium retributio, quæ

Digitized by Google

munera, quæ ſupna deitatis dona. Age dic obſecro qđ vltimo fuerat loco præpoſitũ, quodq;(vt vera lo-quar) meũ animũ mentẽ deniq; omnem ac me totũ, exagitare videtur. Quis merebitur? quis dignus? quis aptus? aut idoneus erit in aula illa ſanctiſſima, & in tali tabernaculo, tãta deitatis viſione, decoratiſſimo & amœniſſimo habitare atq; reqeſcere? Quando(vt dixi) tam præclara, tam decora, tam excellẽs eſt illa celſitudo habitationis illius? Quo ꝑpoſito & quæſito, viſus eſt ſeueriori quodã vultu & à priori vocis ſuauitate, & ſermonis amœnitate ſemotus, & demum veluti cogitabundus in hæc ſapiẽtiſſima verba prorupit. Et quis eſt qui quod petis poſſit eſoluere? Nunqd putas me vocem domini dei mei exhaurire? & illius conſiliarium eſſe? Quis nouit eius conſilia, ſenſum, & archana, cuius iudicia ſunt incomprehenſibilia. Quis deniq; ſcire poterit quid gratũ fuerit ſemper corã eo? Quis propterea habitare valeat in ſuo tabernaculo? Sed oportune fortaſſis facta eſt abs te huius rei mentio. Ecce videre videor Dauid patrẽ meũ, ipſe eſt, hũc ipſum orabo, ipſi ſupplicabo, qui fortaſſe vtriuſq; noſtrum mentẽ efficiet quietam, ipſe etenim gratiã inuenit, vel non paruam coram domino, à quo hæc quæ quærimus cõſequi facilius poterit. Tu vero ĩterea ſis præſto, & maxime diligẽs illiusq́; verba colligens, vt nobiſcũ ad optata ꝑuenias. Cum igitur regius vates vbi eramus, factus eſſet ꝑſens, ſuſceptusq́; à filio maxima cum veneratione, longis ſapientiſſimisq́; ſermonibus vltro citroq́; relatis, ſic me aſtante verbaq́; oĩa patulis admittẽte auribus, adinuicem ſunt collocuti.

# PRIMA PARS.

## Sequitur Dialogus in præfati Pſalmi declaratione.

## INTERLOCVTORES.

## SALOMON ET, DAVID.

SALOMON, eſto fœlix optiſme pater. DAVID. Salue & tu fili mi benedicte, & quid eſt, ꝙ te mihi offers vultu ſeuero, qui lætus adeſſe ſoles? ſapiens non iraſcitur, eundem ſemper habet vultum & æquam frontem. SALOMON, Abſit obſeruande pater, vel iracundiæ, vel alicuius effectus macula. Hoc tamē more hominum euenit, vt mens dubia ad ſe quādoq; exteriores ſenſus trahat. Eramus enim in dubio quod eqdem ſupra viſres noſtras & altius euolare videbatur, in quo ad te confugere reputauerā, & ecce boni dator Deus opſtimus, ad nos direxit greſſus tuos. Noui equidem te apud Deum maximum optimumq́;, tantum gratiæ inueuiſſe, qui dicentem illum audire meruiſti, Inueni hominem ſecundum cor meum, Cui Deus æternus tanta myſteria reuelauit & archana. Dic rogo pater & obſecro, quod me fugere videtur, nec probe intelſligere queo. Quis erit dignus habitare in ſupna paſtria illa, aulaq; regia, in illo monte ſancto, de quo te dixiſſe memini, Mons Dei, Mons pinguis, Mons in quo beneplacitum eſt Deo habitare in eo, etenim doſminus habitabit in finē. DAVID, Quid eſt quod petis ò fili? Cōſydera illud tua ſapientia, & credas, nō concedi meis auribus omnia reuelari. Nunqd in poſ

teſtate

teſtate mea ſit Dei archana ſcire, aut cogere vt nobis cũcta reuelet? Quid ſum ego, niſi cinis & vmbra effugiés, aut vermis viliſſimus? Nec à me vlterius quæras quæ Dei ſunt, ne irritetur dñs, & à me auferat omne bonũ. Potero fili, ne in hoc tibi defeciſſe videar, enarrare atq; exponere ea q̃ ĩ humilitate poſitus memini olim à dño audiuiſſe, poſt hæc verba. Pater miſericordiarũ & infinita bonitas, pelagus infinitæ ſubſtantiæ ac ſciæ, veritas infallibilis, & pater pientiſſime q nũq̃ in te ſperantib⁹ deſinis ſubuenire exaudi p̃ces ſerui tui humiliter dep̃cantis, & noſtrã petitioñe ne deſpicias.

## Pars prima de triplici macula. ſ. peccati originalis, actualis mortalis, & venialis.

יְהוָה מִי־יָגוּר בְּאָהֳלֶךָ מִי־יִשְׁכֹּן בְּהַר קָדְשֶׁךָ

DOmine quis habitabit in tabernaculo tuo, in militãti eccleſia per gratiã, aut quis requieſcet in monte ſancto tuo? q̄s erit dignus req̄eſcere & habitare in excelſo mõte tuo & ſuperno, in patria illa cœleſti, in eccleſia triumphãti, in æterna atq; infinita gloria & beatitudine.

הוֹלֵךְ תָּמִים DAVID, Ecce inſonuit tũc vox auribus meis dilecte fili. Vox dulcis, Vox amœna, Vox ſancta, & totius ſciæ plena, quæ oẽm animã ſitientem & egenam explet, atq; ſatiat, q̃ ſola totius tuæ difficultatis nebulã p̄fugare poterit, claramq; & infallibilẽ obtinere veritatẽ. Dicit enim. Qui ingreditur ſine macula, hoc eſt ille dignus erit triũphantem adire patriã, qui procedit ad illã, & ingreditur ſine macula pecca-



Digitized by Google

ti originalis,actualis mortalis,& venialis. SALOMON, Et ſi videor intellexiſſe(neq; enim ſum immemor)rerũ ad ſalutem ſpectantiũ,hãc peccatorum varietatem & genera. Vellem à te ipſo percontari & ſcire benigne pater, qui hæc à datore luminũ exhaurire dignus fuiſti. DAVID. Percontare tuo arbitratu. Nam propter te facta eſt huius rei mentio. SALOMON, Oro dicas qd ſit macula peccati originalis,qd actualis mortalis,qd deniq; peccati venialis.

## De macula peccati originalis. Cap.1.

Quid ſit macula peccati originalis.

DAVID, Macula peccati originalis eſt carentia ſiue priuatio iuſtitiæ originalis debitæ,ĩ altero acceptæ, & actu alterius admiſſæ. SALOMON, Videntur ſuboſcura hæc quidẽ & altius dicta. Reddas ſi libet,clariora, vt ſenſibus omniũ innoteſcere poſſit. DAVID, Reddã & libentiſſime. Et ad huius rei euidentiam ſciendum eſt, ꝙ æternus Deus ſua ex infinita bonitate, poſtq̃ creauit patrem noſtrum Adam,dedit ei vice omnium filiorũ ab ipſo deſcendentium,ſecundum corporeã ſubſtantiam,per carnalem copulam ( & hoc de cõmuni lege loquendo)iuſtitiam originalem,ſiue gratiam ſuam,perquam perfectiſſime quidem erat cum Deo cõiunctus,& maiori delectatione q̃ modo dum ſumus per charitatẽ cõiuncti. Quãuis originalis iuſtitia, & charitas ſe habeant ſicut excedens,& exceſſum reſpectu diuerſorũ, hac tamen conditione, vt.ſ.ſeruaret legem ipſius, & mãdata ſua cuſtodiret. Cum igitur Adam ſuam pro-

Digitized by Google

pter ingratitudinem Deum offendiſſet, ꝑpter pecca-
tum & ſuum demeritum gratiam amiſit, ſiue origina-
lem iuſtitiã, & hoc propter ipſius actuale peccatum,
vnde in eo nõ fuit originale peccatum. Filij vero ip-
ſius illa originali iuſtitia fuere priuati, & vocatur pec-
catũ originale, eo ꝙ ex quo ſumus (vt ita loquar) ori-
ginati, vt ipſo facto quo originati ſumus & Adam fi-
lij appellati, ſumus & priuati iuſtitia originali. Quã-
obrem innotuit vt arbitror tibi qd ſit originalis pec-
cati macula. Cum non ſit aliud niſi priuatio iuſtitiæ,
aut gratiæ originalis debite, quã tenebamur cuſtodi-
re ex pacto diuino, in altero acceptæ. Nam parens
primus noſter Adam, vice omniũ noſtrũ accepit, &
alterius actu amiſſæ, qa ꝑꝑ actuale peccatũ qđ Adã
cõmiſit contra Deum, iuſtitiam illã originalé amiſi
mus, veluti cum pacto à Deo nobis datam. SALO-
MON, Satis percepiſſe reor quid ſit originalis pec
cati labes aut macula. Nequeo tamen nõ ſatis mirari,
cum filij Adæ non fuerint cauſa ſui peccati, qñ adhuc
nullus fuerat genitus, & tamen deus innocentes filios
punit & caſtigat. Scriptum eſt enim, filius non por-
tabit iniquitaté patris. Deus ergo propter patris pec
catum & ſcelus filium punire non debet. Nam crude
litatis eſt potius eum in quo nihil eſt delicti punire,
neq; ad diuinam, vel iuſtitiam, vel pietatem ſpectare
videtur, cum Deus ſemper præmiat vltra condignũ
& citra cõdignum punit, cuius rei oppoſitum in hoc
manifeſte apparet. DAVID, Magni ferè ponderis
fuere quæ inter dubitandum addita fuere verba, ſimul
& obiectio præpoſita & dubitata, breui tamé me ex-

Quare uoca-
tur peccatum
originale, &
qñ contrahi-
tur.

Clara et di-
ſticta peccati
originalis de
claratio.

Obiectiõ pri
ma de pecca-
to originali.



Digitized by Google

Filii Adæ nō puniūtur pp peccatū prīs.

pediam & tua exoluam. Aduerte igitur ꝙ Adæ filij non ſunt à Deo puniti ꝓpter parentis peccatum, ſed tm̄ carent dono illo ſupernaturali iuſtitia.ſ.originali, quā libere voluntarie,& abſq; aliquo merito Deus fi- lijs repromiſit,ſi pater iuſtitiā illā ſeruaſſet. Sed qn̄ illa donatio fuit cōditionata, & cōditionalis nihil ponit in eſſe,niſi ſtante circūſtantia, ꝓpea filij puniti eſſe nō dicūtur pp Adæ peccatū, ſed tantūmodo iuſtitiā ori- ginalē & donū ſupnaturale,qđ Deus ſub conditione repromiſerat nō hn̄t. SALOMON, Dic quæſo pa ter,quomodo eiuſmodi peccatū nō eſt illis graue, qn̄ pp illud, filij eius efficiūtur Dei inimici,& qd amplius dici poſſit, q̄ȝ demum viſione diuina priuari, q̄ vlti- ma eſt noſtra beatitudo. Et qd maius dici poſſit cum ſit vltimum ſuppliciū, & naturæ humanæ pœna,pri- uari gratia & diuīa viſiōe. DAVID, Licet filij Adæ pp parētis pctm̄ priuētur gratia & viſione diuīa, hoc ſcias talē priuationē non eſſe illis pœnā,cognoſcunt etenim nō priuari vel gratia vel viſione diuina pp ip- ſorum pctm̄,tum qa cognoſcunt hanc eſſe volunta- tē diuinam,& in ea maxīe conqeſcunt,tum qa tribuit deus maiorē et cōſolationē et lætitiam ac doctrinam illis paruulis cum tali peccato recedētib⁹, q̄ȝ vnq̄ȝ ha buere philoſophi in hac vita. Et ſicut beati in cœleſti patria licet ſint capaces maioris beatitudīs, tn̄ qlibet pfectiſſime qetatur,ēt in minimo gradu, ſicut paruuli q cū baptiſmo decedunt,et in noſtra lege cum circū- ciſione,eo ꝙ determinate ſciunt voluntatē diuinā ſic voluiſſe. SALOMON, Nōdum in tam claris rn̄ſis qeſcit mens noſtra, qn̄ aliqd dicendum ſupeſſe adhuc videtur.

Nota qūo iuſtitia origina lis primis pa rentibus fuit donata.

Obiectio ſecūda de peccato origīali.

Priuatio uiſionis diuīæ non eſt filiis Adæ pœna.

Digitized by Google

videtur. Certum enim eſt, paruulos ipſo cum origina li decedẽtes, & cognoſcere & ſcire ſe ad vltimum fi- nem ordinatos claram ſcilicet viſionẽ, & deitatis frui tionem. Sciuntq́; ſpeculatiue ſaltem quanta ſit bea- torum gloria, & ipſi ad beatitudinem naturaliter ſunt inclinati. Et parte ex altera tanto bono inæſtimabi- li ſe vident priuatos. Cur igitur nõ vel maxime triſten tur, ſi tanta eſt alicuius boni dilectio, quanta eſt illius priuationis afflictio? Nam (vt reor) equaliter mẽſuran tur. Itaq; cum magnopere beatitudinem appetant, & ſe illa priuari videant, fit omnino maxime vt triſten- tur & doleant. Si ſic, triſtitia dolor & afflictio eadem, ſine maxima pœna eſſe nõ poteſt in anima ſeparata. Ergo repetentes à capite ad pedẽ, quod paſſim dici tur à primo ad vltimum, dicendũ videtur & bene de- ducitur, ꝙ propter primi parentis peccatum mirum in modum innocẽtes filij puniuntur. DAVID, Nõ ſine ſapientia eſt à te dubitatũ & quæſitum. Ad id dici mus negari nõ poſſe paruulos decedentes cum ori- ginali peccato cognoſcere ſe ad vltimum finem ordi natos, viſionẽ ſcilicet dei clarã & apertam beatorũq́; fœlicitatẽ, ſaltem ſpeculatiue, ſeſeq; eadem beatitudi- ne priuatos & caſſos. Verumtñ beatitudinis illius ca- rentia & amiſſione nõ dolent, neq; triſtãtur. Quumq; aſſeris ꝙ naturaliter ſciant & beatitudinem velint, & eadem priuentur. Ergo illius amiſſione magnopere triſtantur, propter æqualitatem triſtitiæ rei perdite, & dilectionis eiuſdem. Dicimusq́; triſtitia bene cauſa- tur & exoritur (vt ita dicam) ex nolitione alicuius ob iecti, & adprehenſione eiuſdem obiecti noliti. Dicã

Obiectio tertia de peccato originali.

Paruuli non triſtantur de priuatione uiſionis diuiæ.

Vnde cauſatur triſtitia in aia noſtra.



Digitized by Google

clarius quanta res dici poſſit. Pater nollet mortem filij ſui, accidit vt moriatur, ex illa nolitione p̄exiſtente, & adprehenſione & cognitione eiuſdem obiecti ſcilicet mortis. In anima patris exoritur triſtitia, tñ dimiſſa et poſtpoſita nolitione eadem, et ſtãte volitione oppoſiti hoc eſt mortis filij. Non ſequitur triſtitia, ſed potius delectatio & gaudiũ, vt apertiſſime patere videtur in patre filij ſui mortẽ deſyderãte, vt pergat ad vitam æternam. Sic igitur (vt videat ſermo vnde habuit principiũ) non triſtantur paruuli ꝑꝑ beatitudinis priuationẽ. Nam illa beatitudo non eſt nolita (vt ſic liceat dicere) ſed volita, volunt enim priuari beatitudine illa, & hoc quia nouerũt voluntatem Dei ſic velle, & pariter voluntas ipſorum conformis eſt diuinæ voluntati. At ſi dixeris illam inclinationem ad fœlicitatem eſſe naturalẽ, & ꝗ nõ eſt ſub eius volũtate velle vel nolle beatitudinem. Et ꝑpea non eſt ſub eius imperio nolle non triſtari. Dico benedicte fili illam inclinationẽ naturalem non eſſe aliquam operationem, ſed tantum inclinationem naturæ, in qua aliqua triſtitia ineſſe non poteſt. Nam triſtitia proprie loquendo eſt paſſio ſiue effectus ſequens actũ voluntatis elicitum ſiue ꝓductum, vt dixi, talis non eſt inclinatio naturalis, cum ſit tantum relatio ſiue tendentia ad obiectum. Ex quibus non ĩmerito dicimus filios non puniri à Deo propter primi parentis peccatum.

*Quare paruuli non triſtantur de diuiæ eſſentiæ priuatione.*

*Nõta qd ſit inclinatio naturalis.*

## Quid antiqui, & maiores noſtri patres de Meſſiæ ſaluatoris matre ſenſere, quid cæteræ nationes. Cap. 2.

Digitized by Google

SALOMON, Satis dilucide (vt recte exiſtimare videor,) ſoluta eſt qō, & fugata eſt oīs caligo dubiæ mentis meæ de macula filiorum Adæ in origine peccati, & quid ſit, & qua ratione ad filios primi parentis deuenire potuit. Verūtñ dum hæc referres non ab re incidi in ea quæ multorū mentem animūq; mouerūt, & temporibus, & varijs idiomatibus aut ſectis, quorū qa varia eſt opinio. Placeat tibi cui clara ſunt hæc oīa nutu Dei, vt iam vidimus aliqd laboris ſumere atq; exponere. Nā cū beata virgo et Saluatoris mater vna ſit ex filijs Adæ. Nunqd & ipſa maculam originis cōtraxerit, an fuerit p̄ſeruata et ſine macula concepta? In quo multos video delirare, multos aberrare, & à rectitudine iudicij pp ignorantiā & autorū impitiā recedere. Tu igitur cui non tm̄ p̄terita atq; p̄ſentia iam nota ſunt, verum etiā futura nō pauca ſupno tñ & peculiari dono tibi conceſſa, vt p tua veritatis plena rñſa cognoſcere valeamus iudicio tuo, qd antiqui & maiores noſtri patres de Meſſiæ Saluatoris Matre ſenſere. Quid cæteræ nationes, vt tuis veridicis valeat mens noſtra qeſcere. DAVID, Age fili diuinorū ſecretorū indagator ſubtilis, ſic tibi perſuade nullum me laborem effugiturum (vt patris obſeqa dummodo poſſit) agnoſcas promptiſſima, quid.n. filio, in quo eſt oīs amor et plenus poſſit abnegari? ea p̄ſertim quæ tuam mentem nunc affligunt. Difficultas eſt non parua, vires, niſi dator boni Deus adfuerit, videntur pondus hoc ſuſtinere non poſſe, propterea q̄ potero dicam. Si quid in-



Digitized by Google

terea addubitaueris interpella. Et primo quid noſtri maiores & antiqui patres de hac re ſenſere. An conœpta fuerit Meſſiæ mater ſine peccati originalis macula, vt chriſtiani fatentur, & firmitas tenet. Reſpondemus quorundam veterum hebræorum fuiſſe opinionem Meſſiæ matrem, non ſolum in mente Dei ab initio & ante ſæcula creatam fuiſſe, verumetiam & materiam eius in Adæ materia fuiſſe productam, ipſamq; glorioſam Meſſiæ matrem principalem (vt ſic dicam) extitiſſe. Nam cum Deus Adam plaſmaret fecit quaſi materiam ex cuius nobiliori parte Matris intemeratæ materiam accepit, ex reſiduo vero & ſuperfluo Adam formauit. Ex materia tamen intemeratæ matris facta eſt virtus, quæ quidem in nobiliori loco & parte corporis Adæ fuit conſeruata, quæ poſtea emanauit ad Seht, deinde ad Enos, ſubinde ſucceſſionis ordine ad reliquos, vſque ad patrem eius. Et denique ex hac virtute mater Meſſiæ beatiſſima fuit formata. Ex qua quidem opinione aperte colligitur glorioſæ matris carnem non fuiſſe aliqua originalis peccati macula infectam, ſed puriſſimam, & à diuina prouidentia præſeruatam. Et propterea nec anima eius huiuſmodi peccatum in conceptione erat contractura. Ad huius rei confirmationem accedit propheta dicens. Pſalmus. Et Abacum quam plantauit dextera tua. Super quibus interrogatus Rabbenus haccados, hoc eſt magiſter noſter ſanctus, ſic in lingua noſtra interpretatus eſt ab Antonio Conſule Romano, qui ſanctitatem ſuam propter, & maximam doctri-

Pres ueteris teſtamenti dicunt uirginē ſine peccato originali fuiſſe conceptā.

Rabbenus haccados.

nam in illius curia erat gratiſſimus. Dixitque ei Antonius cur mater Meſſiæ abaco comparatur, aut cur ad dexteram Dei dicitur plantata? Reſpondit vt habetur in libro Galerazeya, id eſt reuelatorum archanorum interpretatur ad ſeptimam huius Antonij petitionem. Similis facta eſt abaco mater Dei, quandoquidem veluti abacus eſt armarium, quod principes conficiunt ad collocanda auri & argenti vaſcula, vt ſuam gloriam, ſuaſque opes omnibus oſtendant, ita Meſſiæ regis Mater erit armarium, quod Deus conſtruxit, vt in eo ſedeat ipſe Meſſias ad oſtendendam ſuæ maieſtatis gloriam mortalibus, & quidem omnibus. In eo autem quod ait ad dexteram Dei plantatam, oſtendit eam eſſe primam creaturam Dei in humano genere, ſicut dictum eſt Micheæ quinto capi. Et egreſſus eius ab æternitate, & à diebus ſæculi. Dicit egreſſus multitudinis numero. Namque duo ſunt Meſſiæ egreſſus, vnus diuinitatis, quæ æterna eſt, ideoq; dicit ab æternitate. Alter humanitatis, quæ in ſuæ matris extat ſubſtãtia, quæ ab hora creationis mundi eſt creata, hæc ille quẽ magiſtrum noſtrum ſanctum vocant. Et propterea Zacharias capite quarto prophetiæ ſuæ. Petram primariam appellauit. Ex qua (vt iudæorũ multi antiqui expoſuerũt) excidendus erat Meſſias. Quid mirũ fili dilecte ſi Deus æternus voluerit animã matris Meſſiæ à peccato ꝑſeruare. Cũ ob eius amorem & ſui dilecti filij mundũ creare voluerit. Aliter ipm nõ creaſſet. Iõ Rabbenus haccados.i. magiſter noſter ſanctus ĩ lib. Galerazeya, quẽ reuelatorum archanorũ nũcupauit.

Nota quare mr Dei abaco cõparatur

Beata Maria petra primaria appellatur

Digitized by Google

Ob amorem Ieſu & mr̄is eius creatus ē mundus.

Rn̄dens ad ſextam Antonij vrbis Rome Cōſulis petitionem, hæc inter cætera dixit. Q m̄ ante mūdi creationem Deus ſanctus & benedictus, pſpexerat Adam peccaturū, mandatumq; ſuum tranſgreſſurū, & ob id vniuerſum orbem cōdemnaturū, ppterea deus ipſe dicebat ſe nolle mūdū creare, verbum aūt eius inſtabat mundum eſſe creandum, videns Deus ſanctus & benedictus ex Iſrael excidendam eſſe petram ſine manibus. Et hæc eſt petra primaria, ex qua Meſſias futurus eſt, qui miſericordiam ſuam extenderet ſuper orbem vniuerſum. Et ob hoc vocatus eſt Iſrael pater totius orbis, & populus peculiaris huius petræ dilectione. Et Meſſiæ filij Dauid regis eorum, creauit Deus ſanctus & benedictus hunc mundum, ob quod quidem myſterium dictum eſt apud Hieremiam triceſimo ſecundo capite. Niſi pactum meum ſupple eſſet, diem ac noctem leges cœlo & terræ non poſuiſſem. Hæc Rabbenus ille haccados. Ad cuius intellectum & declarationem eſt notandum, q̄ hæc nomina hebraica. ישו ומרים id eſt Ieſus, & Maria ratione arithmetica aſcendunt ad numerum . ברית Berith, quod idem eſt q̄ pactum. Nam . ישו ומרים id eſt Ieſus & Maria apud hebreos ſexcentos & duodecim ratione arithmetica continét. י Ioth enim continet decem. ש ſin tercentum. ו vau ſex. Et ſic . ישו id eſt Ieſus continet tercentos & ſexdecim. Iterum ו vau continet ſex. ם mem quadraginta. ר res ducentos, י Ioth decē. מ mem q̄draginta. Et ſic. ומרים id eſt Et Maria ducētos nonagita ſex cōtinet. Quare ישו ומרים id eſt Ieſus & Maria apud hebræos con-

Rabbenus haccados.

tinent ſexcentos & duodecim. Hunc eundem etiam numerum continet apud eos. ברית Berith, id eſt pactum. Nam ב bet cõtinet duo. ר res ducentos. י Ioth decem. ת tau quadringentos, ex quo patet ꝙ Ieſus & Maria apud hebræos ratione arithmetica aſcendunt ad numerum berith, id eſt pactum, hoc eſt ad numerum ſexcentorũ & duodecim, cuius quidem numeri mentio fit non vulgaris in cabala, quæ quotieſcunque huiuſmodi numeros inuenire poteſt pluris facit, eisqꝫ non mediocrem adhibet fidem. Quã obrem Hieremie verba ita interpretantur. Niſi pactũ meum eſſet, hoc eſt niſi amore mei Ieſu & Marie, diẽ ac noctem, leges, cœlo, & terre nõ poſuiſſem, hoc eſt mundum non creaſſem. Poteris ergo fili benedicte bene animaduertere, ꝙ clariſſime maiores noſtri & doctores matrem Meſſiæ quam futuram expectabãt concipiendam eſſe ſine peccati originalis macula. Et idem confiteri & affirmare videntur. Nam ex quo corpus eius erat formandum ex illa maſſa mundiſſima diuina ſapientia præſeruata, quemadmodum ipſius Adæ anima nullum contraxit peccatum originale, propterea ꝙ fuit formatum ex illa materia vel maſſa prima ſine macula, pariter à fortiori nec Meſſiæ mater quando corpus eiuſdem fabricatum eſt, & formatum ex eadem materia diuinæ ſapientiæ præſeruata, hæc fili (licet multa dici poſſint) ſatis habeantur, quo ad maiorum & antiquorum opiniones, ne longius vagari videar præter rei neceſſitatem.

Quid Hieremia per pactum intelligit.

Digitized by Google

## Maumethani confitentur, & tenent virginem præſeruatam fuiſſe à peccato originali. Cap. 3.

NVnc ne longius te morer ad nationes, aut ſectas, ſiue reges quæ ſentiãt pedetentim peruenire debemus. Et exquiſitis omnibus tres tantum fuiſſe vel eſſe cognouimus, Hebræorum, Gentilium, vel (vt dicunt) Maumethanorum, & Chriſtianorum. De prima dictum eſt ad plenum. De ſecunda vero quæ gentilium eſt, et quam gentilitas ipſa tenet. Dicimus illos à noſtra poſitione non deuiare, aut abeſſe. Immo hoc idem expreſſe & confitentur & affirmant, Mariam ſcilicet Meſſiæ matrem ab omni macula peccati originalis ab illa ſumma diuina ſapientia fuiſſe præſeruatam, vt in autenticis ſaracenorum libris legitur, quorum vnus Albokari, Al ter vero Mezlim vocatur, in illis enim ſic ad verbũ dicitur. Dixit Ebiorayra ſocius. ſ. Maumeth ꝙ audiuit nuncium Dei, id eſt Maumethum dicentem. Nul lus naſcitur de filijs Adam quem non tangat Sathan quando naſcitur. Et ideo plorat vociferans ex tactu Sathanæ, præter Mariã & filium eius. Clamor enim infantis quum cadit de ventre matris ꝑꝑ ꝑcuſſionẽ ſa thanæ contingit. Itẽ dixit Ebumece ꝓpheta. i. Maumet dixiſſe. Multi perfecti fuerunt ex viris, nulla ꝑfecta fuit ex mulieribus vnquam, niſi Maria mater Ieſu. Conſtat igitur quid Saraceni aut Gentiles ſentiant de matre

Maumethani.

de matre ipſius Meſſiæ, quã indubitanter aſſeuerant ſine macula cõceptã nullam hñtẽ originis læſionem ex peculiari aut ſpeciali ſupernæ gratiæ dono & munere, quid vlterius eſt tibi reliquum in quod deſcendere poſſit pater tuus, vt te ad altiora ducat?

## Dauid matrẽ Meſſiæ abſq; omni macula peccati originalis conceptam fuiſſe ſentire videtur. Cap. 4.

SALOMON, Merito ſemꝑ te maximi feci pater, neq; ſine dei optimi maximiq; voluntate obuius mihi factus fuiſti. Nã ab eo omnia, & in eo oĩa, ſolus es quem Deus dilexit in humanis. Nunc quando lumine ſupernaturali & diuino ſpiritu clarificatus eſt animus tuus, & ita illuſtratus vt alios poſſis reddere claros, & ſæpius clarificas. Cui tandem magis aut melius poteris impetrari q̃ꝫ filio tuo Salomoni ſemper & vbique ſcientiæ & ſapientiæ auido. Aperias igitur pater, detegas, & pandas, tuæ mentis ſnĩam, poſt hebræam & gentilium opinionem, q̃d ſentias de intemeratæ Meſſiæ matris conceptione. Illa enim tantum, crede mihi certiſſima putabo, quæ à tuæ mentis profunditate dicta & reſponſa cognouero. DAVID, Dico quæ vera ſentio, matrem Meſſiæ Ieſu Chriſti immaculatã & omni virtute ab ipſo ſummo opifice, & gratia fuiſſe fulcitam, plenã, & decoratã ex peculiari gratiæ dono, nõ ſolũ quo ad animã, verũ ẽt & quo ad corpus, & carnẽ ſuã ſanctiſſimam ab oĩ fomite & primorum parẽtum

Nota q̃d Dauid de conceptiõe Mariæ ſentiat.

macula fuiſſe præſeruatam, quinimmo Deum æternũ in ſuo ſanctiſſimo tabernaculo ab instanti ſuæ cōceptionis immobiliter & ſemper habuiſſe incolatum. Et deniq; à ſuæ cōceptionis inſtanti ab omni peccato mortali actuali, & macula originalis peccati fuiſſe præſeruatam, adeo ꝙ in illo inſtanti in quo anima illa fuit creata & corpori infuſa, ſimul fuit ſanctificata & gratia præuenta. Et ꝑpterea nunq̃; in peccato originali concepta. Iccirco ſpiritus ſanctus per os meũ dixit. Fluminis impetus lætificat ciuitatem Dei, quantum ad animã. Nam ipſe deus altiſſimus lætificauit, irrigauit, & ornauit animam virginis matris Meſſiæ flumine copioſiſſimo, & gratiarum & donorum ſpiritus ſancti abundantiſſimo, ꝑ hoc quod ait. Fluminis impetus lætificat ciuitatem Dei, quia virgo ipſa glorioſa prima fuit ciuis ſupnæ ciuitatis poſt animã ſanctiſſimam filij ſui, ipſa enim prima fuit aĩa prædeſtinata poſt filium ſuum ad æternam vitam, vt eſſet mater ſui filij dilecti. Propterea Zacharias primariam petrã appellauit, ex qua Meſſias erat excidendus, illa profecto prima fuit in genere humano, & ordine & dignitate poſt filiũ. Merito igitur creaturas ſuper omnes ſingulari gratia fuiſſe repletam, et ſuper illas exaltatã. Idem dicimus quo ad carnem & corpus ab omni fomite peccati præſeruatam. Ex hoc enim ſpiritus ſanctus ſubiunxit, ſanctificauit tabernaculum ſuum altiſſimus, filius enim Dei altiſſimi non tantum animã copioſiſſimo gratiarũ flumine lætificauit, atq; irrigauit, vt in ea per gratiam habitaret, ſed etiam corpus totũ eius & animam ſanctificauit, vt in ea habitaret ꝑ car-

Digitized by Google

nem, & ex illa carnem adſumeret. Sanctificauit igitur tabernaculum ſuum altiſſimus. SALOMON, Nōdum ſatis plene colligere potui, quod ſpiritus ſanctus per os tuū dixerat, quomodo mater Meſſiæ ſit, & fuit tabernaculū eius. Dic oro nec te pigeat clarius, adeſt nāq; mihi comes à noſtri ſermonis exordio (vt bene noſti) cui magis q̄ mihi ipſi cupio ſatiſfieri. DAVID, Faciā q̄ libentiſſime. Quadruplex eſt Dei tabernaculum, ſiue tabernaculū quadrifariā accipi poteſt, Perſonale, Myſticale, Maternale, & Materiale, ſiue pro tabernaculo perſonali, materno, myſtico, & materiali. Tabernaculū perſonale ipſa eſt humanitas Chriſti, in qua Dei verbum habitat & habitauit perſonaliter in vnitate ſuppoſiti, & hoc tabernaculum altiſſimus ſanctificauit in ſuæ incarnationis inſtāti, q̄a fuit anima illa ſanctiſſima repleta ſūma gratia, adeo q̄ eſt impoſſibile deum æternum etiam de potentia abſoluta poſſe creare maiorem. Et hoc congruum fuit. Namq; anima illa ſanctiſſima erat vnita cum diuinitate in vnitate ſuppoſiti ſiue perſone. Et hoc eſt quod tu fili ꝓphetico ore intonuiſti dicens. Et repleuit eum dn̄s ſpiritu ſapientiæ & intellectus. Secūdum tabernaculum maternum fuit ipſa beata mater & virgo de qua carnem Meſſias adſumpſit, in qua nouem menſes habitauit. In cuius anima ab inſtanti creationis per gratiam habitauerat. Tertiū tabernaculū myſticum eſt eccleſia, ſiue fidelium congregatio, in qua deus habitat per fidē, quam deus ipſe per circūciſionē in noſtra lege ſanctificauit in ſeipſo. Et in lege noua Meſſias eius filius ſanctificauit per baptiſmū (vt chri-

Nota de quadruplici tabernaculo.

Tabernaculū perſonale dr̄ hūanitas xp̄i.

Tabernaculū maternale dr̄ beata maria.

Tabernaculū myſticum dr̄ eccleſia.

Digitized by Google

ſtiani affirmāt & firmiter credunt.) Vnde ipſe ait, ego ſanctificabo me ipſum in eis. Quartum tabernaculū eſt materiale, & quælibet eccleſia ad cultum Dei et miniſterium eorum quæ in ea fiunt ſacrificiorum ædificata, & dedicata. Et ꝓpterea dicendum eſt, ꝙ tabernaculum & dei ciuitas prius dicitur de humanitate Chriſti, poſterius vero de virgine matre Meſſiæ. Deinde de eccleſia ſiue fidelium cōgregatione. Vltimo loco & quarto de qualibet materiali eccleſia. Itaq; ſpiritus ſanctus in verbis præ enarratis intelligit virginē glorioſam quo ad corpus & animam, vtrumq; enim fuit ſanctificatum, & gratia repletum, vt diuinitatis eſſet, & dignum & perfectum habitaculum. Namq; ſicut illa teſtamenti archa in qua legis tabulæ erant, & virga Aaron, & vrna mannæ figurabant Chriſti humanitatem, quia eius humanitas archa eſt diuinitatis. Ita tabernaculum Moyſi figurabat matrem Meſſiæ. Et veluti archa teſtamenti repoſita fuit in tabernaculo illo (vt in noſtra lege habetur.) Sic totus Meſſias fuit repoſitus, vt chriſtiani tenent. Et merito in virginali vtero veluti in tabernaculo materno, hoc itaq; tabernaculum dicit ſpiritus ſanctus altiſſimum ſanctificauiſſe. Et hanc ciuitatem copioſiſſimo gratiarum ſpiritus ſancti flumine lætificaſſe, quam & irrigauit, vallauit, & muniuit, & ſuis manibus ſanctificando fabricauit, vt ex ea carnem adſumeret. Ad tertium de confirmatione gratiæ, ſpiritus ſanctus dixit, Deus in medio eius non cōmouebitur, quando enim altiſſimus ſuam matrem ſanctificauit, in eodem inſtanti per gratiā in ea habitauit, & in eadem gratia confirmauit. Et ideo

Nota quomodo mater dei fuit tabernaculum.

Quid archa figurabat.

dixit

Digitized by Google

dixit Deus in medio eius, hoc eſt virginis non commouebitur, quia poſtq̃ Deus habitauit in medio illius ſanctificati tabernaculi, nunq̃ ab eo receſſit per gratiam, qn ſemper fuit & perſeuerauit in illa, nec mater ipſa mota fuit à ſua & mentis & corporis virginitate. Ad quartum & vltimum, in quo adſeruimus fuiſſe abſq; omni macula peccati conceptam. Spiritus ſanctus ait. Adiuuabit eam Deus mane diluculo, hoc eſt altiſſimus Deus ſanctificauit, & lætificauit, & gratiarum fulmine ornauit virginem matrem ſuã in primo inſtãti ſui eſſe, & creationis animæ, & infuſionis. Ex quo fit vt ſanctiſſima anima ſimul fuit ſanctificata, & in illud ſanctiſſimum corpus infuſa, & corpus ſimul cum anima ſanctificatum. Et ideo ſubdit, adiuuabit eam Deus mane diluculo, hoc eſt in matutino ortu, ac ſi dicat illam ſanctificationem in ortu matutino factam, & in ipſius virginis aurora. Et per conſequẽs in primo inſtanti ſui eſſe, & ſue creationis. Fuit enim virgo Maria diluculum, & totius eccleſiæ aurora. Satis patere arbitror Meſſiæ matrem ſine omni macula originalis conceptã, & ab omni macula actuali præſeruatam. SALOMON, Dic obſecro quomodo ſpiritus ſanctus eam vocauit diluculum & auroram ſimul. DAVID, Dicam fili, Tu attende, tota eccleſia habet noctem, & diem, & diluculum, ſiue auroram, & mane. Nox eccleſiæ ab Adam ad Chriſtum vſq;. Dies autem à primo Chriſti aduentu ad iudiciũ. Mane vero huius diei fuit ab inſtanti incarnationis Chriſti, quia Sol iuſtitiæ lux eſt in mundo. Aurora tamen huius mane, vel matutini temporis virgo fuit

Beata Maria fuit diluculũ, & aurora.



Digitized by Google

Maria. Nam queadmodū Sol anteq̃ oriatur ſup ori zontē clauſus eſt in aurora, diluceſcere ĩcipit infra au rorā. Sic Chriſtus anteq̃ naſceretur iam incipiebat diluceſcere infra virgineum vterum, quia in vtero exi ſtens materno ſanctificauit Ioannem Baptiſtam. Ex quo liquet Meſſiæ matrem vere diluculum & aurorā totius eccleſiæ fuiſſe, in qua Chriſtus ante ſuam nati- uitatem latuit per carnem, & ante incarnationem la- tuit per gratiam. Et ex hoc bene intelligitur cum ab eccleſia dicitur, & de tota q̃ altiſſimus ſanctificauit, & adiuuit eam mane diluculo, & in ortu matutino. Id to tum de Virgine dicitur & Meſſiæ matre, quæ fuit to- tius eccleſiæ aurora, hoc eſt, ſanctificauit eam Deus ante diem, & ortum, & conceptum Chriſti. Addam quæ addenda videntur, q̃ quemadmodum in tota ci- uitate & myſtico Dei tabernaculo quæ eccleſia dici- tur & eſt, contigit adſignare noctem, diem, mane, & auroram (vt dixiſſe memini,) pariter in Dei taberna- culo, & materna ciuitate, eſt adſignare noctem, auro- ram, & mane. Itaq; nox virginis extitit totum tēpus ab eius cōceptione carnis, vſq; ad animationem. Au- rora eius ſiue diluculum primum fuit inſtans ſui eſſe & creationis, in quo eius anima creata fuit, & corpo- ri infuſa. Mane autem eius ſua fuit natiuitas. Et dies ſuæ vitæ curriculum, quibus ex omnibus diligenter examinatis, beneq; trutinatis, & perpenſis, ſatis con- ſtare videtur, Meſſiæ matrem ſanctificatam fuiſſe ma- ne diluculo. Igitur in inſtanti primo ſui eſſe & crea- tionis animæ, in quo viuere incepit in hoc mundo. Igitur anima illa benedicta fili ſimul fuit creata, & ſan

Nota q̃ fuit nox uirginis aurora, ma- ne, & dilucu lum.

Digitized by Google

ctificata, & gratificata, & ſine omni macula originali concepta. SALOMON, Clara data eſt nobis intelligētiæ via qua vel mediocriter inſtructus facilius poteſt ad credendum duci, & indubitabiliter Chriſti matrem abſq; macula originali conceptam, (vt ſatis plene dictum eſt.) Si quæ fuerit maiorum patrū opinio, quæq; cætere nationes. Et demū ſpiritus ſanctus ſignificauerit, adtenderint, & diligenter conſyderauerint, nec ſurdula aure dicta tua cōceperint, quibus & obligati ſumus & quieuimus. Sed quando multi multa, & nos cum illis mouere ſolemus. Sintq; rationes, obiectionesq; ſolutione dignæ pater obſeruāde, ſi maiora & longe plura mei quo duceris amore non es grauatus exponere, aut aperire, nec te tedeat quæſo q̄ breuiſſime præponenda exoluere, vt vndequaq; mens mea & alterius tuo lumine illuſtrata, vbique de Mariæ virginis conceptione poſſit & ſentire & loqui intrepide, itaque ad præponenda liceat tua benignitate accedere. Cum in quolibet filio Adæ de lege naturali cōmuni ſiue ordinata. Iuſtitia originalis & eius priuatio ſint īmediate oppoſita, oppoſita enim circa ſubiectū aptum natū ſunt īmediata. Si ergo ita eſt, aut in primo inſtanti in quo mater Meſſiæ fuit naturalis filia Adæ habuit iuſtitiam originalē, aut priuationē, non primū, quia iuſtitia vel eius æquiualēs non erat de ratione illius perſonæ, ergo habuit oppoſitū, ſcilicet priuationem originalis iuſtitiæ, & ſequitur ex hoc (vt videtur) fuiſſe conceptam cum originali peccato. Nam priuatio illius iuſtitiæ peccatum eſt originale. DAVID, Continet hæc ratio non nihil proui

dentiæ ſeu apparentiæ, exiſtentiæ tamen aut veritatis nihil. Ideo dicimus virginem matrem in primo inſtāti filiam naturalem Adæ fuiſſe. Sed in illo primo inſtanti nec includebat de ratione ſui originalem iuſtitiam, nec eius priuationem, quia erat tantum perſona humana, ſubiectum enim reſpectu cuiuſque accidentis & priuationis eiuſdem eſt prius ſaltem prioritate naturæ. SALOMON, Immo videtur oppoſitum, quia priuatio reſpectu formæ prius ineſt materiæ quàm forma. Ergo priuatio origīalis iuſtitiæ prius inerat perſonæ virginis quàm gratia. Itaque virgo in aliquo primo inſtāti fuit in peccato, poſtea in gratia. DAVID, Dico, & hoc aduertas, quod duplex eſt priuatio, poſitiua & priuatiua. Exemplum primi in homine eſt animal & rationale, tamen prioritate naturæ & poſitiuæ prius eſt animal, quàm rationale, quia animal præſupponitur à rationali, ſicut perfectibile præſupponitur ſuæ perfectioni. Exemplum ſecundi materia in ſua ratione nec includit formam, nec priuationem, quia ſi includeret alterum ipſorum in ratione ſua, determinaretur ad illud quod non poſſet eſſe ſub alio, quod falſum eſt, ſed quantum in ſe eſt prius prioritate naturæ eſſet ſub priuatione, quàm ſub forma. Sed quando ab agente extrinſeco non permittitur eſſe ſub priuatione, immo ſemper eſt ſub aliqua forma. Ideo dicitur quod materia eſt ſub priuatione prius prioritate naturæ, quàm ſub forma, priuatiue tamen, ideſt quantum eſt ex ſe. Sic igitur ad propoſitum, licet quantum eſt ex ſe prius debuiſſet eſſe virgo ſub priuatione originalis iuſtitiæ, quàm ſub gratia, tamen

Beata Maria in primo inſtāti non includebat iuſtitiam originalē, nec eius priuationē.

Duplex ē priuatio, poſitiua & priuatiua.

tamen non fuit permiſſum ab agente extrinſeco filio ſuo. Sed quando debuiſſet ineſſe priuatio, tunc fuit gratia æquiualens originali iuſtitiæ. Sic patet reſponſio quam de Immaculatæ Virginis conceptione ſentio.

## Opinio quæ tenet Virginem in originali conceptam fuiſſe. Cap. 5.

SALOMON, Diximus multos ſentire multa. Nollem tamē tibi impedimento eſſe, & moleſtiæ, propterea duas varias & omnino diuerſas opiniones. Vnam quidem inuenio noſtræ & modo expoſitæ conſonam & conformem. Alteram vero penitus diuerſam, atque alienam, dicentem omnino Meſſiæ matrem fuiſſe in vtero ſanctificatam, quam tamen ſanctificationem poſt per temporis morulam, poſt animationem fuiſſe factam. Et propterea dicūt morulam illam totam ſiue ſpatium fuiſſe in peccato, & ex conſequenti ſine dubio in peccato originali fuiſſe conceptam, id ſi ita fuiſſet, vana fuiſſent quæ modo recitauimus ex maiorum ſententijs, ex prophetarum verbis, & ſancto ſpiritu modo à te expoſito, & ne voluntarie quidem dicta videatur hæc opinio nobis oppoſita. Nititur ſape & rationibus & autoritatibus multis quas recitare & tibi præponere deſydero. Ex diuino decreto ſancitum eſt, vt omnes ab Adam naturaliter propagati deberent habere iuſtitiam originalem. Sed virgo na

Prima ratio.

turaliter fuit filia Adæ, ergo debuit, ſed non habuit illam, ergo originale peccatum contraxit. Patet conſequentia, quia peccatum originale non eſt niſi originalis iuſtitiæ carentia.

Secunda rō. Nam ſi virgo fuiſſet concepta ſine originali, derogaſſet conceptioni Chriſti, quia non fuiſſet differentia inter Chriſti & Virginis conceptionem, quod tamen valde eſt abſurdum.

Tertia ratio. Quia cum peccatum originale fuerit cauſa mortis. vt habetur Geneſ. ſecundo capi. quacunq; hora cōmederis morte morieris, & Virgo fuit mortua, igitur peccatum originale contraxit.

Quarta ratio Etenim tota cauſa qua paradiſi ianua fuit clauſa eſt originale peccatum. Si igitur virgo non fuit concepta in originali, ergo ſequitur, ſi fuiſſet mortua, ſtatim euolaſſet in paradiſum, ſi deceſſiſſet ante mortem Chriſti, cum non haberet peccatum retardans ab ingreſſu paradiſi, ſed hoc erat impoſſibile ex determinatione omniũ, cum paradiſi ianua ſit ſanguis Chriſti, tenet hoc fuiſſe conceptam in peccato originali.

Quinta ratio Si virgo fuit præſeruata ab originali, fuit ergo priuata priuilegio redemptionis, igitur non fuit redempta, quod eſt contra eccleſiam canẽtem. Chriſte redemptor omnium.

Sexta ratio. Nam ſi Virgo fuiſſet concepta ſine originali macula, caruiſſet filiali excellentia, quia ad hoc quod aliquis ſit Dei filius adoptiuus, oportet ꝙ in aliquo inſtanti ſit ipſi adoptanti extraneus. Sed ſi non contraxit originale, Virgo non fuit extranea, patet, quia nunquam fuit ſine gratia, ergo nunquam fuit adoptata filia.

Septima rō. Quia fuit propagata communi lege, igitur corpus eius propagatum fuit & formatum ex infecto ſemi-

Digitized by Google

ne. Et ita eadẽ ratio infectionis in corpore eius quæ erat in corpore alterius ſic propagato. Et cum ex corpore infecto inficiatur anima, eadem ratio infe-ctionis erit in anima eius, quæ & in animabus alio-rum cõmuniter propagatorum. Quoniam habuit pœnas cõmunes humanæ naturæ, ſitim, famem, & hu iuſmodi, quæ nobis infligũtur propter originale pec catum, & illæ non erant voluntarie adſumptæ. Nam non erat redemptrix ſiue reparatrix noſtra, quia tunc filius eius non fuiſſet redemptor omnium generali-ter, igitur erant inflictæ ſibi à Deo, & nõ iniuſte, pro-pter ergo peccatum, non actuale, quia non habuit, ergo originale. Nam ſi virgo Maria à peccato ori-ginali fuiſſet præſeruata, Deus peruertiſſet ordinem naturæ quem ipſe inſtituit, cum propter peccatum Adæ omnes homines naturali propagatione deſcen dentes cum originali peccato concipi decreuerit, quibus patere videtur manifeſte, ac dicendum eſſe in-temeratam virginem ab originalis peccati labe mi-nime fuiſſe præſeruatam. Multa alia breuitati inſer-uiens dimitto pater, ut rationibus poſitis ad autorita-tes illorum & ſacræ ſcripturæ valeamus peruenire, il-lam in peccato originali conceptam aſſerentes. Et primo ſpiritus ſancti autoritate Pſalmo tertiodeci-mo. Omnes filij Adam ſiue filij hominum corrupti & abhominabiles facti ſunt. Non eſt qui faciat bo-num, non eſt vſque ad vnum, id eſt præter Chriſtum, vt communiter exponitur. Item Apoſtoli autoritate apud Romanos, capi. tertio. Omnes in Adam pec-cauerũt, & egent gratia Dei, ſcilicet Chriſti. Item ad

Octaua ratio

Nona ratio.



Digitized by Google

Corinthios capi. decimoquinto. Sicut in Adam moriuntur omnes, ita in Chriſto omnes viuificabuntur. Ex quibus autoritatibus colligit Auguſtinus, & concludit ſecũdo de baptiſmo paruulorũ, & libro de natura & gratia, neminem fuiſſe liberum à peccato præter Chriſtum. Item libro de fide ad Petrum format illam vulgatam regulã dicens. Firmiſſime tene, & nullatenus dubites, omnẽ hominem qui per cõcubitum mulieris & viri cõcipitur, in originali peccato naſci, impietate ſubditum, mortiq; ſubiectum, & ab hoc naſci iræ filium, de qua dicit Apoſtolus eramus aliquando natura iræ filij, ſicut & cæteri de qua nullus liberatus extitit, niſi per gratiam & fidem Dei & hominis Ieſu Chriſti. Ex quibus & è pluribus eiuſmodi autoritatibus quas breuitati ſtudens omitto, tenet hæc opinio christianorum, & ſecta, virginem in peccato originali fuiſſe conceptam.

## Opinio quæ tenet matrem Meſſiæ ab originali præſeruatam fuiſſe. Cap. 6.

NOſti pater quid hæc opinio contineat & claudat. DAVID, quid niſi oppoſitam concluſionem, quæ omnino tenet cũ macula originalis cõceptam Meſſiæ matrem, quod longe ſecius noſtra fuerit ſentẽtia quam ſatis te collegiſſe opinor. SALOMON, Id propterea peto, & rogo, vt veritas locum habeat. Dicas nec me dimittas,

Digitized by Google

aut abire ſinas abſque illorum qui illa ſentiunt reſolu tione, vellem tamen prius ad vberiorem ſententiæ no ſtre declarationem in qua declaratum eſt quid ſit ori= ginale peccatum intelligere, in quo conſiſtebat illa iuſtitia originalis in Adam, vt veritatem percipere valeamus, & diſtincte. DAVID, Dico fili quod iu= ſtitia originalis in primo parente nihil aliud eſt, niſi adæquatio & voluntatis Adæ conformitas cum diui na voluntate. Namque iuſtitia dicitur à iuſta, vt ſen= tentia eſt ſapientis. Ille igitur actus dicitur iuſtus à particulari iuſtitia et morali qui fit iuxta mediū ꝑ pro portionem arithmeticam, aut geometricam, & actus ille dicitur iuſtus ſecundum iuſtitiam moralem ſeu le= galem, qui fit ſecundum voluntatem legiſlatoris, & ſimiliter de iuſtitia theologica. Et breui ſic habeas, quod eo modo actus ſiue operatio humana eſt iuſta, quo conformatur ſuæ iuſtitiæ. Si moraliter eſt iuſtus moraliter. Si theologice, iuſtus erit theologice. Sic itaque primi noſtri parentes vſque adeo iuſti fuerunt quo conformes extiterunt diuinæ voluntati eius præ cepta ſeruantes, verumtamen cum nemo poſſit meri= torie iuſtificari niſi per charitatem & gratiam, ideo ſicut charitas vel eſt gratia vel radicatur in ipſa, pari modo illa iuſtitia & conformitas vel erat ipſa cha= ritas ordinata, vel conformabatur aut radicabatur in charitate. Ex quo patet quod illa iuſtitia claude= bat in ſe charitatem & gratiam gratum facientem, per quam merebatur in ſua operatione, quæ quidem iuſtitia dicebatur originalis, eo quod Adam tra= xit eam, quia fuit creatus cum ea. Et ſic Adam per-

In quo con= ſiſtit iuſtitia originalis.

BIBLIOTECA NAZ. ROMA VITTORIO EMANUELE

Digitized by Google

Quæ dona meruit Adã per iuſtitiam originalem.

talem iuſtitiam conformabatur cum diuina volunta-te & ordinate diligebat Deum in ſe,& propter ſe, & proximum propter Deum, & per talem gratiam ſe-ptem p̃mia merebatur inter cætera. SALOMON, Quæ iſta fuerunt præmia ſeptem, quæ Adam habuit prius q̃ peccaſſet. DAVID. Primi noſtri parentes propter iuſtitiam originalem & diuini præcepti ob-ſeruationem poſſidebant fœlicem illam terreſtrẽ pa-triam paradiſum, in qua in preſenti fœlicitabantur. Deinde promittebatur eis futura & æterna in cœlo fœlicitas per diuinæ eſſentiæ fruitionem, quia abſque morte fuiſſent in meliorem vitam tranſlati. Tertio ha bebant ſpeculatiuam ſcientiam habitualem rerũ om-nium naturalium,& multarum ſupernaturalium p fa-miliare colloquium angelorum. Quarto aĩa habe-bat liberam facultatẽ ſupra totum corpus,& volũtas ſupra appetitum ſenſitiuũ. Nam ſicut ipſius Adæ vo-luntas erat conformis & diuinæ voluntati obediens, ita ſenſualitas rationi. Quinto nullum habebãt impu gnatorem intrinſecũ,vel extrinſecũ. Sexto liberi erãt à morte & omni miſeria. Nam poterãt non mori edens lignum vitæ. Septimo ſuper omnia mineralia, plantas,& animalia liberum habebãt imperium. Au-diſti hæc omnia, hæc tñ meruiſſent noſtri parentes p originalem iuſtitiam,& diuini p̃cepti obſeruantiam. Iſta igitur (vt plene patet) non erant formaliter illa iu ſtitia originalis, ſed illius iuſtitiæ p̃mia. Conſiſtebãt ergo iuſtitia tota originalis in conformitate diuinæ volũtatis. Cum igitur Adam ab Eua ſeductus,& illa à ſerpente, fructum comederunt, tunc à diuina volun-

tate recedentes non fuerunt illi conformes, ſicq; diui-
nam illam iuſtitiam qua conformes erant amiſerunt,
& gratiã, qua bonitati diuinæ fuerãt ſimiles, & priuati
iuſtitia & gratia, facti ſunt iniuſti & Deo odioſi. Ex
quo factũ eſt vt ſeptẽ enarratis pmijs, & gratiã & iuſti
tiã ſequẽtibus fuere priuati, & quod deterius fuit ſentẽ
tiam mortis incurrerunt eis ſignificatã, malaq; ſeptẽ
pmijs ſeptẽ oppoſita. Exules enim facti ſunt, terrena
& fœlici paradiſo propter quod in neceſſitatem mo-
riendi inciderunt, & omnes corporales erumnas, &
actuales paſſiones ĩmediatæ profecto in ſitus fuit fo-
mitis & libidinis morbus & cõcupiſcentiæ in carne,
tũc caro inſurrexit aduerſus ſpiritũ, & anima perdidit
quod tenebat ſupra totum corpus liberum imperiũ,
ſenſualitas à carne ſuperata eſt. Et vt diximus, ſuper
oĩa mala in iram & odium Dei peruenerunt, factiq;
ſunt debitores diuinæ ſententiæ, perdiderunt futuram
fœlicitatem, & temporalem pœnam continuam in
corpore perferendam, condemnati ſunt, & ad ipſius
animæ pœnam æternam. Intellexiſti quid per gra-
tiam in principio meruerunt, quidq; per amiſſionem
originalis iuſtitiæ perdiderunt. Redeat igitur ſermo
vnde habuit originem. Ponunt hanc concluſionem
Deus potuit facere, & de facto fecit ipſam virginem
nunquam fuiſſe in peccato originali. Nam bene di-
cunt gratiam æquiualere iuſtitiæ originali, quantum
ad acceptationem diuinam, vt propter eam habenti
non inſit animæ originale peccatum, potuit enim
Deus in primo illius animæ inſtanti infundere gra-

Quid p pec-
catum primi
parentes de-
meruerunt.

Quibus mo
dis potuit uir
go concipi.

Digitized by Google

tiæ tantum quantum animæ in circuncisione in lege noſtra, vel in baptiſmo inter chriſtianos, in quo ſane inſtanti peccatum illud nō habuiſſet, ac ſi poſtea fuiſſet baptizata, ſicut ſi infectio carnis fuerit ibi in primo inſtanti, non fuit tamen neceſſaria cauſa infectionis animæ, velut nec poſt baptiſmum, quando manet ſecundum multos, & infectio animæ non manet, aut potuit caro mūdari ante infuſionem animæ, vt in illo inſtanti non eſſet infecta. SALOMON, Rogo pater breui ſi dici poſſit vt ſummatim poſſit & appræhēdi. DAVID, Breuius dicam tu attende, ſicut anima poſt circuncisionem, aut baptiſmum per gratiæ infuſionem non continet peccatum originale, quādo habet æquiualentem gratiam, immo excedentē, quo ad diuinam acceptationem, pari ratione Deus æternus potuit, ac de facto iam in primo creationis inſtanti illius ſanctiſſimæ animæ infudit gratiam. Ex hoc fit vt bene dicant nunquā in peccato originali cōceptam fuiſſe. SALOMON, Quomodo ꝓbant ipſam matrem de facto ſine originali peccato fuiſſe conceptā, quia de poſſibili omnes admitterent, cum non videatur includere cōtradictionem, & per cōſequens Deo poſſibile. DAVID, Multiplici ratione mouentur ad probandam virginem ſine peccati originalis macu-

Prima ratio. la conceptam. Ratione perfectionis filij, & hoc multipliciter. Primo quia redēptor. Secundo, quia creditor reſpectu naturæ humanæ. Tertio, cū ſit oīpotens. Quarto, qñ eſt dominus abſolute. Secūda principaliter ratione ꝑdeſtinationis. Tertia rōne congruētiæ.

Prima

Prima igitur ratio qua inuigilant oſtendere conce=ptionem illam ſine peccato originali, eſt reſpectu fi=lij, inquantum eſt redemptor, reconciliator, & media=tor, qui ſic arguunt. Perfectiſſimus mediator perfectiſ ſimum habet gradum mediãdi pro illo pro quo me=diat. Sed Chriſtus fuit perfectiſſimus mediator. Patet, igitur habuit perfectiſſimum gradum mediandi poſſi bilẽ reſpectu alicuius creaturæ, cuius erat mediator. Sed reſpectu nullius perſonæ excellentiorẽ gradũ ha buit q̃ reſpectu matris, ergo &c. Sed hoc non eſſet niſi meruiſſet p̃ſeruare eam à peccato originali, hoc probant multipliciter. Et pro huius rei intelligentia eſt aduertendum. Quod ſex ſunt gradus, ſiue modi redemptionis. Primus eſt, cum quis à mortali actua li peccato redimitur, poſtquam cecidit in illud. Et hoc modo peccatores qui in mortale peccatum ce=ciderunt per pœnitentiæ ſacramentum redimuntur. Secundus cum ab ipſo peccato mortali p̃ſeruatur. Sic Apoſtoli fuerunt redempti, qui accæpto ſpiritu ſancto nunq̃ in mortale peccatum inciderunt. Ter tius eſt, quũ à veniali peccato cõmiſſo aliqs redimi=tur, veluti ſolent redimi qui iuſti appellantur, quique illud omnino euitare nequeunt. Meminiſti profe=cto fili (ſic reor) verbi tui. Septies in die cadit iuſtus, & reſurgit, hoc vt mihi perſuadeo intellexiſti, & alijs oſtendere voluiſti. Quartus quando ab ipſo veniali peccato præſeruatur, quo equidem modo Baptiſta Ioannes eſt redemptus. Expers (vt multi ſentiunt) peccati venialis. Cum eccleſia cantet.
Ne leui ſaltem maculare poſſet famine vitam.

Sex ſunt gra=dus redẽptio nis.

Digitized by Google

Quintus dum ab originali contracto redimitur, vt paruuli, per baptiſmi ſacramentum, quo fiunt redempti. Sextus quum quis ab originali peccato illæſus præſeruatur. Arguunt ergo ſic. Si pro quia Chriſtus redemptor fuit perfectiſſimus & mediator, ergo habuit perfectiſſimum gradum, & de facto præſeruauit virginem à peccato originali. Patet hoc. Nam perfectiſſimus gradus redimendi ſiue mediandi eſt præſeruare ab originali peccato. Nam ſi oppoſitum tenueris ac dixeris, non præſeruauit à peccato originali, tunc ego, non fuit igitur perfectiſſimus redemptor, reconciliator, & mediator. Arguunt ad eandem probationem, hoc modo, Chriſtus fuit mediator perfectiſſimus, ergo meruit præſeruare matrem à peccato originali, patet conſequentia, quia perfectiſſimus mediator meretur amotionem omnis pœnæ ab eo quē reconciliat, aliter non eſſet mediator perfectus. Igitur & à pœna peccati originalis, cum ſit maior pœna q̃ carentia viſionis diuinæ. Patet quia peccatum eſt maxima pœna naturæ intellectualis, inter omnes pœnas eius. Confirmatur hoc exemplo, quia ſi filio Adæ eſſet maxima pœna regem contra eum offendi nullus eum perfectiſſime reconciliaret, niſi auferret ab eo non tantum exhæredationem, ſed etiam eſſe inimicum regis &c. Præterea meruit Chriſtus p̃ſeruare matrem ab omni peccato actuali, igitur ab originali, antecedens conceditur ab omnibus. Et ideo nō eſt in eo perſiſtendum. Conſequentia etiam patet per illos, nam Chriſtus videtur fuiſſe reparator, & reconciliator immediatius à peccato originali q̃ actuali.

Perfectiſſimus gradus & modus redimēdi eſt p̃ſeruare à peccato origīali.

Peccatū originale eſt maior pena quā carētia uiſionis diuinæ.

Propterea ꝙ neceſſitas incarnationis & paſſionis aſ-ſignatur ab illis ex peccato originali. Addunt etiam, ſi Chriſtus fuit ſummus & perfectiſſimus mediator, ergo aliqua pſona ſummæ tenebitur & debebit Chriſto, hoc autem non eſſet niſi illa perſona ſummũ bonum habuiſſet ab illo, ex quo fit, vt pſeruari à peccato originali ſit illud, cum talis innocentia poſſibilis ſit haberi à Deo. Et cum multæ animæ ſint Chriſto debitrices vt mediatori pro gratia & gloria quam illis meruit. Quare nulla anima ei debitrix pro innocentia. Et quare omnes Angeli beati ſunt innocentes, & nulla anima erit innocés niſi anima Chriſti in patria. Et ideo illa prima ratio aduerſariorum qua probant virginem contraxiſſe peccatum originale, propter perfectionem filij ſui in quantum redemptor, mediator, & reconciliator concludit oppoſitum. Nam ſi non pſeruaſſet matrem à peccato originali, de facto non fuiſſet perfectiſſimus redemptor, reconciliator, & mediator. Secundo aſſeritur virginem pſeruatam fuiſſe cũ ſit creditor reſpectu naturæ humanæ, & hoc ſic aſſeuerant. Creditor abſqꝫ pıudicio iuris ſui poteſt debitum remittere cuicunqꝫ debitori, in omni ſtatu, & tempore, & ætate. Sed Deus eſt creditor reſpectu totius humanæ naturæ, quia Adam debitor remanſit poſt peccatum, in tota natura humana. Ergo Deus ipſe poteſt à iugo ſeruitutis & obligationis abſoluere & libertati donare quamlibet perſonam naturæ humanæ in omni ſtatu, tempore, & ætate. Et poſt natiuitatem, ſicut dimiſit per baptiſmum, & ante natiuitatem ſicut Hieremiæ, & Ioãni Baptiſtæ, quos in vtero

Digitized by Google

matrum ſanctificauit. Ita & in primo inſtanti conce-ptionis & animationis. Et ſic virgo Maria in primo inſtanti conceptionis & animationis ſuæ fuit ab omni peccato originali pſeruata, ſtāte obligatione humanæ naturæ per peccatum Adæ. Fuit & pſeruata ab originis macula ratione perfectionis filij ſui, cum ſit Deus omnipotens. Nam ſicut Deus ſua omnipotentia infinita, & non ſine miraculo ſanctificauit Hieremiam, & Ioānem Baptiſtam in vtero matris, gratiam illis donans, ita in primo inſtanti conceptionis matris ſuæ gratiā ſua omnipotētia infundens, potuit ab omni macula peccati originalis pſeruare. Et non ſolum animam in creatione ſua, ſed etiam carnem virginis ante animationem ſanctificare, & ab omni fomite purgare, & ſic illa caro non potuit animā illam inficere. Et ſi obijciatur ꝙ caro illa ſanctificari nō potuit, quia capax gratiæ non erat. Dicitur, licet non eſſet capax gratiæ gratum facientis, fuit tamen per virtutem ſancti ſpiritus mundantem, purgantem, & purificātem carnem illam, extinguentem fomitem in ea ſicut ſanctificantur cætera inanimata, vt altaria & ſimilia. Dicunt & quarto loco virginem pſeruatam ab originali, cum filius ſuus abſolute ſit dominus. Et ſic probare nituntur dominus abſq; ſui iuris & dominij piudicio poteſt liberalitate ſua donare quemlibet ſeruum, & captiuum ſuum quolibet in tempore, & illius ſerui ætate, vt iam videmus apertiſſime aliquē dominum temporalem liberare ſeruum, aut ſerui filium, non ſolū in ætate adulta, ſed adhuc in puerili, & quandoq; in vētre matris, & forte in die cōceptionis eius,

Quomodo caro Mariæ fuit & potuit ſanctificari.

immo

immo ante conceptionem. Igitur à fortiori potuit fa
cere hoc Deus in matre ſua. Nã potuit eã in ſua ani-
matione & liberare & ab omni culpa & ſpirituali ſer
uitute liberare, ad quam in natura, & in Adam fuerat
obligata, hoc nullus ſanæ mentis abnegare põt. Tũc
ſic arguunt. Filius Dei ſiue incarnatũ verbum potuit
matrẽ à peccato originali pſeruare inquantum perfe
ctiſſimus redemptor, inquantũ creditor perfectiſſimus
reſpectu naturæ humanæ, inquantum omnipotens, et
inquantum dñs abſolute, igitur de facto pſeruauit. Pa
tet cõſequentia p Augu. lib. 3. de libero arbitrio aſſe-
rẽtem. Quicqd vera tibi ratione occurrit melius eſſe
q̃ non eſſe, hoc ſcias Deũ magis feciſſe q̃ non feciſ-
ſe. Sed melius videtur ſecundũ rectam rationẽ virgi-
nem eſſe pſeruatam à peccato originali, q̃ non pſer-
uatam. Patet. Non.n. põt maior eſſe honor & decus
alicui creaturæ rationali, q̃ eſſe ſemper in gratia &
Dei acceptatione in ſuo conſpectu, & firmum habita
culũ ſpũs ſancti, & in hoc oſtenditur magna Dei be-
nignitas virginem ſine meritis pſeruando, ſic per op-
poſitum, maius dedecus eſſe non põt, & opprobrium
creaturæ rationali pro illo tpe, q̃ eſſe in odio, & ini-
micitia, atque vt ita dicã in Dei diſgratia, & ſeruum et
habitaculũ diaboli. Arbitror fili ad decorem virginis
ſatis ſpectare virginem pſeruatã ab originali labe ra-
tione filij, vt redemptoris, creditoris perfectiſſimi, om
nipotentis, & abſolute dñi. SALO. Rationes verita
ti conformes & noſtræ opinioni videntur apprime
rationales, & chriſtianæ totius reipublicæ corda læti
ficantes, eorum pſertim, qui Chriſti matrem diligunt

Digitized by Google

atque obſeruant. Nunc qa cordi noſtro & animo ſedet illa, vlteriora ꝑpoſita facientia tamen ad idem, dicas velim benigne pater, q̄uo ratione ꝑdeſtinationis adhuc probāt ſine peccato originis Meſſiæ matrem fuiſſe conceptam. DA. Probant fili dicentes, ꝙ licet Deus ex bonitate ſua infinita ꝑdeſtinauerit quoſcūq; ꝑdeſtinauit ad beatitudinē æternam, & ab æterno in inſtanti īdiuiſibili æternitatis, quia oīa diſtinctiſſime et ꝑfectiſſime atq; ſine diſcurſu, cognouit, tn̄ in illo inſtāti æternitatis plura ſigna naturæ aſſignātur .i. naturalis intelligentiæ. In primo ſigno naturæ Deus æternus intellexit ſe ſub ratiōe ſummi boni. In ſecundo ſigno cognouit omnes alias creaturas q̄ ſunt, q̄ fuerūt & eſſe poſſunt. In tertio ſigno ꝑdeſtinauit omnem rationalem creaturā ad gratiam et gloriā. Et ad pœnas ſimiliter ꝑſciuit. In quarto ſigno ꝑuidit Adam caſurū in peccatum, & ſuꝑnam patriam amiſſurū. In quinto ſigno ꝑuidit de oportuno remedio, & ſic fuit determinatū vt ꝑ Chriſti paſſionē redimeretur. Ita ꝙ pri⁹ oēs electi ad gratiam & gloriā fuere ꝑdeſtinati, q̄ȝ paſſio Chriſti fuit ꝑuiſa, vt medicina contra lapſum, & pria aīa ad vitam æternam ꝑdeſtinata fuit aīa ſanctiſſima Chriſti, qa propinquior erat fini .ſ. Deo īmediatiſſime in beatitudine creata. Nam ordinate volens pri⁹ vult finem, q̄ȝ ea q̄ ſunt ad finem, & prius vult propinqora fini, q̄ȝ remotiora à fine. Itaq; cum ꝓpinqor fuerit aīa Chriſti īmortali Deo, fuit primo ꝑdeſtinata. Secūda vero prædeſtinata fuit aīa virginis beatæ, qm̄ ipſa fuit propinqor Deo in beatitudine poſt filiū ſuum. Sicut ergo diuina voluntas ordinauit conferre tantam gra

In inſtāti æternitatis aſſignātur plura ſigna naturæ

Pria aīa ꝑdeſtiata fuit anima Chriſti.

Secunda aīa prædeſtinata fuit aīa uirginis.

Digitized by Google

tiam animæ Chriſti & beatitudinē in inſtanti ſuæ cō-
ceptionis,quantā potuit creare & conſeruare, anteq̄
ꝑuidiſſet de peccato,& de facto in inſtanti ſuæ conce
ptionis aīa illa ſanctiſſima Chriſti repleta fuit ſumma
gratia & gloria,rōnabiliter ergo ſeqtur,cū beata vir-
go fuerit ſecunda anima electa ad maiorē gratiā atq̄
gloriā q̄ aliqua pura creatura.Nam de facto eſt exal
tata ſup omnes choros angelorum,ꝙ voluntas diuīa
ordinauit in ſuæ conceptionis inſtanti illi tantā con-
ferre gratiam,quantā poſt Chriſtum potuit conferre,
& prius illa voluntas ordinauit ad gratiam conferen
dam,q̄ ꝑuideret culpam. Et cum intellectus diuinus
circa cōtingentia eo modo cognoſcat, quo volūtas
diuina ordinat vel ordinauit.Et ille ītellectus ab æter
no ꝑuidit virginem beatā ab inſtanti cōceptionis ha
bere gratiam æqualentem iuſtitiæ originali,īmo ſim-
pliciter excedentem,& ita factum eſt, ꝙ in illo inſtāti
quo anima illa fuit corpori īfuſa,fuit ꝑuenta gratia di
uina per quam nunq̄ fuit in peccato originali conce
pta.Adhuc probant idem ratione ꝑdeſtinationis,di-
centes ꝙ gratia & merita cadunt ſub ꝑdeſtinatione.
Sic videlicet. Nam licet diuina voluntas ex ſua boni
tate ꝑdeſtinauerit ad vitā æternam, non ꝓpea moue-
tur ex aliqua noſtra opatione,qm̄ tūc temporale eſſet
cauſa æterni, tamen nō ꝑdeſtinauit ad tantam gratiā
niſi per tot et tanta merita,ita ꝙ per decem merita ad
decem gradus gratiæ & gloriæ te ordinauit, & hinc
eſt ꝙ minima beatitudo in beatitudinis gradibus eſt
puerorū cum originali decedētium,cum merita pro-
pria non habeant niſi tātum meritū paſſionis Chriſti.

Nota quomodo merita cadunt ſub ꝑdeſtinatiōe.

Et ꝓpterea dicuntur merita cadere ſub ꝑdeſtinatione, in quantum Deus ordinauit ꝑ illa ad tantã gloriã ad quantã non ordinaſſet ſine meritis. Et ex hoc ſeqtur, vt dicunt, ex quo humana natura vnita fuit, & cum diuina in vnitate ſuppoſiti ſiue ꝑſonæ. Congruum fuit & decens ꝙ voluntas ſuperna animam illam ordinauerit ad tm̃ beatitudinis & gratiæ, quãtum ipſe creare potuit, & de facto ſummã cõtulit illi & gratiã, & gloriam. Quãobrẽ merito dicũt ĩpoſſibile eſſe Deũ poſſe creare maiorẽ. Ad qualẽ beatitudinẽ nõ fuiſſet ordinata ſi diuinitati nõ fuiſſet cõiuncta, & ſic animã illam ſanctiſſimam Deus altiſſimus elegit ad ſummã mũditiam ſummamq́; innocẽtiam. Non.n. erat cõgruum vt creatura diuinitati vnita aliqua eſſet macula infecta. Cum igitur ipſa virgo Maria ſcõa fuerit aĩa ab ipſo ſummo opifice electa, vt mater eſſet altiſſimi, ex cuius carne ac ſanguine corpus Chriſti ſanctiſſimum generandũ erat et formandũ, qđ debebat eſſe ſpiritus ſancti habitaculũ, & diuinitatis hoſpitium, cõgruum erat vt ꝑſeruaretur, (vt ꝑſeruata fuit) ab omni peccato tam actuali, q̃ originali, ſicut Chriſtus ex hoc q̇ humanitas ſua fuit diuinitati vnita & nunq̃ aliquo peccato polluta, iccirco clamant & dicunt ſeſe in laudando Chriſtum & virginẽ male excedere q̃ȝ à laude illis debita deficere, ſi ꝓpter ignorantiam oporteat in illorum alterum incidere. Addunt ꝑterea & dicunt & bene. Si Deus añ mundi creationẽ cognouit Adã peccaturũ, ſeqȝ ꝓ humana redẽptione humanitatẽ ſuſcepturum, ſi determinaſſet incarnari in muliere cõcepta cum originali peccato, ergo Adã fuiſſet coactus ad

peccandũ,q̃a ſic Deus decreuiſſet.Per ſuppoſitum,& p̃ conſequẽs ſublatum fuiſſet ab Adam liberum arbi-trium. Et p̃ cõſequẽs,Deus extitiſſet cauſa peccati,& Adam nõ eſſet puniẽdus. Nullum.n.pctm̃ eſt,niſi voluntariũ. Quæ oĩa abſurda vidẽtur & ĩpoſſibilia,q̃re neceſſe eſt Deum determinaſſe virginẽ,ex qua carnẽ humanam adſumeret cõcipiendam ſine originali peccato. Adhuc ſic virgo Maria fuit p̃ſeruata à peccato actuali,ergo & originali,hæc cõſequẽtia ab iis admittitur q̃ hanc tenent poſitionẽ & opinionem,ſed p̃bãt p̃ Auguſtinum contra Iulianum hæreticum aſſerentẽ Xp̃m habuiſſe pctm̃ origĩale,non aũt actuale.Sic ergo arguit Auguſtinus.Chriſtus nõ habuit peccatum actuale ergo nec originale.Et dicit.Profecto ſi Chriſtus minor exñs originale cõtraxit.Grandæuus actuali non caruiſſet,ſed actuale non habuit ergo origĩale non contraxit.Aut igitur conſequentia Auguſtini tenet contra hæreticũ,aut non,ſi tenet,ergo & cõtra ipſos,ſi non,igitur conſequentia Auguſtini eſt nulla.Et id eſt abſurdum.Nam rõ iſta cõcludere videtur.Et vlterius mouentur non ſine rationis lumine ad idem p̃bandũ hac via et modo.Principium generis humani fuit Adam,finis vero eiuſdem Chriſtus, cuius amore creatum eſt genus humanum.Igitur vt principiũ medium & finis inter ſe conueniant.Neceſſe fuit vt quẽadmodum Adam q̃ eſt principium , & Chriſtus q̃ eſt finis abſq; origĩali peccato facti ſunt,ita quoq; & medium qđ eſt btiſſima virgo ſine peccato origĩali eſſet cõcepta.Poſtremo ſeq̃tur ex illorum dictis,ſicut Eua fuit vna caro cũ Adã , primumq; mediũ pro humani

Opus eſt uirginẽ p̃ſeruatam fuiſſe à peccato originali.

generis conſeruatione, abſq; originali peccato facta, ita neceſſarium fuit & intemeratam virginem, quæ vltimum eſt mediū pro humana & animarum ſalute, & vna caro cū Chriſto q finis eſt, abſq; originali peccato cōcipi. Alioqn pricipium, & primū medium cum vltimo medio & fine non cōuenirent, quod eſſet maxime incōueniens. Sic reor te intellexiſſe rōne pdeſtinationis beatam virginem à peccato originali fuiſſe conſeruatam. SALO. Audiuimus & in profunda mente repoſuimus q̄ humanum intellectum videntur tranſcendere. Memini vltimo loco ratione cōgruentiæ illæſam fuiſſe virginem à peccato originali, prius q̄ ad ſoluendas illorum rationes venias, ſi ſoluendæ ſunt de cōgruitate aliqd dicas. DA. Cur rationes nō ſoluentur? ſi ſolutionē expectent, ſoluā fili mi & rōnes & authoritates, neq; ſum adeo immemor vt mō dicta obliuioni tradā. Sed prius aliqd ad noſtrorum ſentētiam de ratione congruentiæ dicam. Perſiſtunt noſtri de quibus ſermo agitur in eadem ſentētia probantes virginem pſeruatam à peccato originali ratione congruentiæ, q̄ quidem tripliciter effertur. Primo ex parte virginis. Secundo ex parte filij ſui. Tertio ex parte noſtri. Primo tenent ex parte virginis congruū fuiſſe ſic pbantes. Illud attribuendum eſt matri Dei quod cedit in eius & decorem & honorē. Illudq; negandū & remouendū quod in eius dedecus et opprobrium. Sed Virginem Matrē in primo inſtanti ſui eſſe fuiſſe ſanctificatā, & omnibus gratijs ſibi poſſibilibus ornatam, gratificatamq; et Deo ſemp gratam, & acceptā, factamq; habitaculum Dei, cedit in decorē & hono-

Digitized by Google

rem illius, et totum oppoſitum. ſ. non fuiſſe pſeruatam ab originali, cedit in magnum illius dedecus & cõtra dignitatem. Igitur hoc eſt ab ea remouẽdum, & illud attribuendũ. Maior patet. Minor ꝓbatur. Nam non poteſt maior eſſe honor rationali creaturæ q̃ illã eſſe Deo ſemp gratam, accæptã & habitaculum eſſe ſpiritus ſancti, nec poteſt eſſe maius dedecus q̃ vel odio haberi vel eſſe in inimicitijs vel haberi inimicam Dei & habitaculum diaboli. Si ergo virgo Meſſiæ mater in primo inſtanti fuit ſanctificata habetur primum, Si non, habetur ſecundũ. Et ex hoc ſeq̃tur congruũ fuiſſe illam ſine originali fuiſſe conceptam. Ex parte filij qui eam fabricauit, vt mater Dei eſſet. Et hoc multifariam. Primo nãq; decet filium matrẽ honorare, & illã donis omnibus ornare, q̃ faciunt ad decorem & illius honorem, ergo decens fuit Chriſtum, hæc omnia in matrẽ ſuam redigere, ſi potuit eam ad ſuum libitum fabricare, quod quilibet faceret & ſine aliquo defectu, ſi poſſet, vt Chriſtus, Matrem ſuam fabricare. Maxime decuit Chriſtum cum ſit ſanctus ſanctorũ matrem honorare, cum enim ad ſanctificandum venerit oẽs creaturas, ſingulari & excellentiori modo debuit ſanctificare matrem ſuam, de qua carnẽ oportebat ſumere, et in ea maternaliter habitare. Præterea Deus ſiue diuinum verbũ in fabricanda totius mundi machina non defuit in neceſſarijs, & in iis q̃ ſunt ad vniuerſi decorem. Igitur minus defecit in fabricanda matre ex qua oportebat carnem adſumere ad redimendũ genus humanum, & ad fabricãdam eccleſiam in qua carne matris adſumpta, nos redemit. Non ergo debuit in hoc

deficere, quapropter congruum fuit ex parte filij matrem virginem pſeruatam à peccato originis fuiſſe. Congruum dilecte fili extitit virginẽ ab origine peccati fuiſſe pſeruatam ex parte noſtra.ſ.fideliter credentium ad remouẽdum omne ſcandalũ, tam à fidelibus, q̃ȝ ab infidelibus & ethnicis. Quid enĩ eſt qđ magis moueat admirationẽ in auditorum aĩo, q̃ȝ audire matrem Dei fuiſſe aliq̃n illi odio habitã, & inimicam, & in ſeruitute, captiuitateq́; diaboli poſitã ſub nexu maculæ originis? Credo te fili meminiſſe anno Meſſiæ & Chriſti.1322. præſidente Ioanne.22. In apoſtolica ſede, dum Soltani filius Armeniæ Græca Romanaq́; lingua eruditus ad chriſtianas partes ſe pduxit. Interpoſito tñ diplomate & ritus moresq́; chriſtianorum pleno affectu cognoſceret. Et Auinione in curia ſummi põtificis magno cum honore ſuſceptus, quotidie ſolennitatibus diuinoꝝ officiorum qbus maxime oblectabatur intererat. Cum forte accidit in celebritate virginis cõceptionis ad concionandũ conſcenderit, qdam pverſo omine & infauſto motu illuc ſe conferens, volens præterea qbuſdam authoritatibus pbare neſcio qbus male ab eo intellectis & recitatis, virginem Mariam pctm̃ originale contraxiſſe, qbus auditis illæ armeniæ regis filius, vſqueadeo aborruit vt furore concitus, & cardinales & ſummum Pontificem accuſaret. Mirareturq́; magnopere eos q talia edicere & audire pmitterent, & in eum non aĩaduerterent, qđ ſi factum fuiſſet aut dictum apud ſaracenoꝝ magiſtratus minime euaſiſſet vel lapidationẽ, vel grauem aĩaduerſionem, pſertim ſi eiuſmodi verbum de matre

Maumethi

Digitized by Google

Maumethi factum fuiſſet. Quaobrem q̃ forte ſtatue-
rat baptiſmum ſuſcipe, coactus fuit et à baptiſmate, et
à chriſtianoꝝ moribus & vita recedere. Hæc noſti &
ſcis. Dicendum eſt & vere indubitanterq́; tenendum,
virginem Chriſti matrẽ fuiſſe ab oĩ macula origina-
lis peccati p̃ſeruatam, ſed vt exemplo, licet non à ſim-
pliciter ſimili, cum nulla detur æqualis cõparatio, pa-
teat vnicuiq; vel inerudito. Si daretur ĩpatoris ma-
ieſtas in vniuerſo orbe pr̃ia, cui vnicus & ſumme dile-
ctus eſſet filiꝰ, cuperetq́; illi ſponſam dari, & in ipſius
poteſtate ſitum eſſet & à ſupis conceſſum, poſſe ſpon
ſam illam filio concedendã ſuo arbitrio formare. Nũ
quid non omnibus virtutibus ornatam et decoratam
abſque oĩ macula & componeret & formaret? credo
nulli dubium eſſe, oĩ ſtudio et diligentia q̃buſq; viribꝰ
poſſet illam ſic formandam eligeret. Et vt pulchra ni
mis, & oĩ nobilitate & virtute circũſepta, oĩ gratia re-
ferta, & ſine macula, ac præ filijs hoĩum ſpecioſa dile-
cto & vnico filio iungeretur. Nunc ſi ĩpatori hoc
tribuendũ exiſtimatur, quãto magis ſummo oĩum im
peratori Deo glorioſo, & ſummæ eius ſapientiæ, quæ
ab æterno virginem glorioſam in ſui filij matrem or
dinauit, ex cuius ſanctiſſimis ſanguinibus formãdum
erat corpus ſanctiſſimum Chriſti Ieſu, in cuius pote-
ſtate erat mulierem formoſiſſimã oĩ macula & pecca-
to mundiſſimã formare, omniq́; virtute & gratia ple-
nam. Credis ne? vnq̃ pmiſiſſe illam aliquo crĩmie infi
ci? Non fuiſſet illius ſapientiæ munus, neq; ſcd̃m rectã
rationem pcedere, ĩmo abſurdum & inconueniens eſ
ſet illud cogitare. Propterea adducunt Ricardum de



Digitized by Google

ſancto Victore exclamantē. Non decuit vt caro Mariæ q̄licūq; foret obnoxia culpæ. Quis igitur? niſi iſanæ mētis eſſet, & oīum literato℞ fere delirium, q non rōcinaretur, vel clauderet, firmiterq; teneret, tum pp filij excellentiam, vt q pfectiſſimus redemptor extitit, & eſt reconciliator, ac mediator, tum pp pdeſtinationis rationem, tum etiā pp eam q̄ꝫ diximus congruentiam electionis in matrem intemeratā virginem ab oī macula peccati actualis, & originalis pſeruatam. Verūtamen ne aduerſario℞ rationes fidem facere videantur. Sic illi rn̄dent, tu tn̄ licet hactenus ex tua ſapientia noueris illas, attende, illis enim etiam delectaberis. SALO. Perq̄ꝫ gratiſſimum mihi erit nō tm̄ rationes verūetiā authoritates ſolutas habere & claras, tuoq; lumine illuſtratas. Quare ad incepta pgere non deſiſtas. DA. Ad primam. Cum dicunt omnes ex decreto contrahere ꝙ debeant originale peccatum, admittunt, ex diuina ordinatione & de lege ordīata omnes debuiſſe contrahere illud. Sed virgo illa glorioſa fuit de potētia Dei abſoluta pſeruata, ſicut in fine clarius patebit. Ad ſecundam, negant conſequentiā. Nō. n. ſeqtur virgo Maria fuit concepta ſine peccato originali, ergo derogat conceptioni Chriſti. Conceptio enim Chriſti in multis conceptionē virginis excellit. Nam Chriſtus p naturam fuit ſine originali macula, ſed virgo beata p gratiam. Chriſt⁹ in ſua cōceptione multis fuit p̄rogatiuis ornatus, qbus virgo caruit. Nā formatio, & corpis Xp̄i conceptio, non fuit ex ſemīe viri, ſicut corpus virginis glorioſæ, ſed virtute ſpiritus ſancti. Corpus etiā Chriſti fuit in eodem inſtanti for-

Nota qūo cō ceptio Chriſti differt à cōceptione Mariæ.

matum infuſa aïa & ſcientijs oïbus ornata, & totum compoſitum diuinitati vnitum, & in eodem inſtanti beatificatum. In virgine hæc oïa non concurrerunt, igitur derogatio nulla. Ad tertiam, cum dicūt ꝙ peccatum originale fuerit cauſa mortis. Aſſerunt illos cōmittere fallaciam, aſſignãtes non cauſam vt cauſam. Peccatum.n. originale non fuit cauſa qua homo fuit mortalis. Nam licet hō in ſtatu innocentiæ, potuiſſet non mori, & de facto ita fuiſſet, qa non fuiſſet mortuꝰ ſi non peccaſſet. Corpus tñ humanū de ſe fuerat corruptibile & mori potuiſſet, ſi non fuiſſet tranſlatus homo in paradiſum, vel de ligno vitæ non comediſſet, hoc rationi eſt conſonū, cum eſſet ex contrarijs compoſitum. Quapropter Auguſtinus in li.ij. de baptiſmo paruulorum, dicit qđ ſi Chriſtus non fuiſſet occidēdus, tñ ſenio cōfectus defeciſſet. Itaq; ſi Deus de limo terræ homiem de nouo formaret, illumq; ſuæ diſpoſitioni naturali dimitteret, amoto oī dubio congruis tēporibꝰ extingueretur & obiret, & tñ pctm̃ originale non haberet, cum non eſſet naturalr̃ ꝓpagatus. Et ſic addunt ſolutionem patere ad argumentum de morte virginis, qm̃ licet moriendi neceſſitas, & multa mala, pœnæq; cōplures infligantur ꝑꝑ originale pctm̃, nō tñ mors abſolute conſyderata, & poſſibilitas moriendi, ſicut fames, ſitis, ſomnus & huiuſmodi ſunt ꝑꝑ originale, immo fuiſſent naturalr̃ in hoïe īnocente, cum ſint conditiones naturæ. Dico igitur ꝙ licet Deus nō infligat alicui pœnam ſine cauſa, non tñ illam ſemper īmittit ꝑꝑ peccatum, ſed qnq; ad meriti augmentum, Et ideo mediator reconciliare aliquem poteſt, vt ab

Homo in ſtatu inocentiæ mori potuiſſet.

Poſſibilitas moriendi & pene ſunt cōditiones naturæ.



Digitized by Google

eo pœnæ inutiles auferantur,& in pœnis ſibi vtilibus relinquatur. Quia ergo originalis culpa Mariæ nõ fuiſſet vtilis, ideo filius Dei eius mediator non ꝑmiſit matrem ſuã culpam contrahere originalẽ. Quia vero temporales ei valde vtiles eſſe potuiſſent ad maioris præmij collationem. Ideo mediator eas in matre ſua ꝑmiſit,non autem ꝓpter pctm̃ originale,immo dicunt ꝙ conceptus in originali mori poteſt, & nõ ad exoluendam pœnam originalis,veluti de Lazaro & alijs reſuſcitatis,ꝗ plane bis mortui ſunt. Vna tñ mors tantum eſt originali debita. Altera aũt ex conditione naturæ,& iſta vltima morte beata virgo Maria extitit mortua. Ad quartam concedunt oẽs cauſam qua clauditur ianua paradiſi fuiſſe peccatum originale, & ad illud quod dicũt. Si virgo fuiſſet mortua antequã Chriſtus fuiſſet in mũdo debuiſſet ingredi paradiſum ſi fuiſſet ſine originali. Dicunt ꝙ ſancti patres ꝗ ante Chriſtum deceſſerunt ad limbum deſcenderunt, & tamen peccatum mortale non habebant nec originale,quia per circuncisionem fuerunt purgati. Sed hoc erat ꝓpter mediatoris & ducis excellentiã, quoniam ille præmio ſuo ꝑcioſiſſimo ſanguine paradiſum aperire debebat,atq; ipſe primus ingredi. Sic Deus æternus ſtatuit creaturã humanam nũquam actualiter ingredi vitam æternam & diuinitate frui, niſi celebrata morte dilecti filij ſui, & ſi ꝑ paſſionem eius præuiſam fuiſſent à peccato originis purgati. Ad quintam negatur ab iis cõſequentia. Fuit præſeruata ab originali,ergo nõ fuit redempta. Negant hoc, immo fuit redempta perfectiſſimo gradu perfectionis. Nam ꝑſe-

Cõceptus in origiali mori põt & non ad ſoluẽdam pœnam.

Quare uirgo Maria i paradiſum non igreſſa fuiſſet ſi ante Chriſti paſſionem mortua fuiſſet.

ctius eſt præſeruare aliquem à peccato, q̃ ab illo rele uare, vt multis probari poteſt exéplis. Ad ſextam reſpondẽt, ꝙ non bene ſentiunt ſic dicentes. Nam ado ptatum vel oportet ꝓprie extraneũ eſſe, & ſic omnes qui aliquo peccati nexu tenẽtur extranei dicũtur, vel ſufficit ꝙ ſit extraneus, quantũ eſt de ſe, ſic igitur virgo glorioſa fuit ratione ſui extranea, quia ſi p̃ſeruata non fuiſſet diuina gratia & virtute filij originale pctm̃ incurriſſet. Ad ſeptimam, cum dicitur fuiſſe conceptam cõmuni lege, & ſic corpus eius ꝓpagatum et formatũ ex infecto ſemine. R̃ndent, argumentũ non ꝓcedere ſecundũ viam Anſelmi. Nam non ſic cõtrahitur originale pctm̃. Verũtamen dato ꝙ ſic contrahatur cõmuniter, tamen carnis infectio manẽs poſt baptiſmũ non eſt neceſſaria cauſa qua remaneat peccatum originale in anima, ſed ipſa manẽte, deletur per gratiam infuſam, ita Deus poſſet in primo inſtanti conceptio nis virginis, dãdo tunc gratiam delere, ne eſſet cauſa neceſſaria infectionis in aĩa, ſi gratia tolleret culpam. Ad octauam, de paſſionibus propterea ꝙ habuit pœ nas naturæ humanæ cõmunes. Iam ſatis dictũ fuit ſuperius illã p̃ſeruatam fuiſſe à pœnis ſibi inutilibus, cu iuſmodi erat originale, non à pœnis vtilibus in quibus mereri poterat, vt ſunt fames, ſitis, & cæteræ. Ad nonam, in qua dicunt Deum ſi præſeruaſſet ab originis peccato ad ordinem naturæ peruertendum deueniſſet, hoc eſt ꝙ naturæ ordinẽ peruertiſſet. Satis plene r̃ndetur virginem Mariam de facto cõtra naturæ ordinem fuiſſe p̃ſeruatam. Et bene dicũt. Nam ſtante ordine præfixo poſt pctm̃ primorum parentum con

Extraneus dicitur dupliciter.

Digitized by Google

trahere debebat ac de facto contraxiſſet origīale, veꝛ rūtamen voluit Deus ex priuilegio peculiari & abſo luta potentia illam pſeruare. Q d' mirum nulli ſanæ mentis videri debet cum non tantum hoc, verūetiam multa contra naturæ ordinem & vniuerſalem legem à Deo æterno legimus facta fuiſſe. Non. n. eſt naturæ regula vt cæſa & ſicca arbor, frondes folia & fructus pducat. Virga tñ Aaron hæc omnia frōdes. ſ. flores, & amigdala edidit. Neque eſt naturæ ordo, vt nocte vna hæc ſimul arbor pferat, illa tñ virga hæc omnia eadem nocte pduxit. Neq; eſt naturæ ordo arborem ſiue viridem ſiue ſiccam animam habere ſenſitiuam. Virga tñ Moſis in ſerpentem tranſijt, & ſenſitiuā ani mam obtinuit, non ſeruatur ordo naturæ cum bruta loquūtur aut diſſerere videntur. Aſinus tñ Balaam cū illo eſt loquutus & diſſerere viſus, hæc & talia id gen⁹ in ſacra comperiūtur ſcriptura. Cur igitur de Maria virgine et in ea videntur diſſerere oculos habētes lyn ceos, & alia minime cernere? Cum ſatis conſtet cōtra naturæ curſum, & cōem legem ſingulari gratia fuiſſe ab originis macula pſeruatā. Nunc attende fili quan tum roboris ac momenti quantūq; ponderis videan tur habere authoritates illorum q dicere audent Meſ ſiæ matrem cum originali peccato conceptam. Auꝛ dias igitur q̄ fuerit authorum mēs, & qua via iis quos diligimus rñdēt. Et primo ad authoritatem noſtram in qua dicitur. Filij hoīum corrupti & abominabiles facti ſunt. Sic dicunt hāc authoritatem nil aliud diceꝛ re aut intendere, niſi ꝙ humana natura in Adam fuit penitus corrupta, & ſic omnes de cōi lege concepti

Multa contra naturæ ordiꝛ nē facta ſunt.

Digitized by Google

facti ſunt corrupti et abominabiles,niſi ꝑ gratiam me diatoris fuerint præuenti. Solus itaq; Chriſtus qm̃ ex ſemine Adæ non fuit conceptus,ſolus ille fuit immu- nis & abſq; macula ꝑ naturam. Maria vero Meſſiæ mater per gratiã. Ad ſecundam Apoſtoli authorita- tem rñdent, ꝙ qa conuerſi de iudaiſmo gloriabantur de ſua natura,erant.n.ex natura Habraæ & Iacob ſe- cundũ carnem ꝑ quam naturã ſaluari putabant, Chri ſti gratiam contẽnentes. Propterea Apoſtolus in to ta epiſtola ad Romanos & ad Galatas. Dicit vt ne- mo glorietur,nec cõfidat in ſua natura carnali. Nam tota carnis natura corrupta fuit in Adam, cum in eo omnes peccauerint hoc eſt omnes obligati fuerĩt ſen tentiæ vtriuſq; mortis datæ in Adam.Omnes.n.dum Adam peccauit ad ſui peccati ſententiam obligauit, & prius q̃ꝫ naſcantur & concipiãtur omnes filij natu rales ipſius adam obligantur illi ſententiæ.Ex qua ne mo liberari poteſt niſi ꝑ Chriſti gratiam ꝑueniẽtem, aut ſubſequentem, queadmodum liberata fuit virgo Meſſiæ mater ꝑ ꝑuenientem.Et ideo cõſequentia nõ valet. Virgo Maria cum cæteris peccauit in Adam, ergo habuit peccatum originale in anima. Nam ar- guitur à natura ad ꝑſonã. Antecedens.n.dicit virgi- nem obligatam fuiſſe ſecũdũ naturam in adam. Et in conſequenti denotatur contraxiſſe pctm̃ in ꝑſona, & ꝓpterea variatur ſuppoſitio.Ad authoritatem in qua dicitur,ꝙ ſicut in adam oẽs moriuntur &c.Dicitur ꝙ iſta authoritas oẽs alias declarat iuxta intẽtum huius ꝓpoſiti. Nam manifeſtũ eſt ꝙ ſola paſſio Chriſti de ſe eſt ſufficiens ad ſaluandum & viuificandũ omnes à

Quõ intelli- gitur autho- ritas Apoſto li.

Virgo Maria non fuit obli- gata peccato originali ĩ ꝑ- ſona.

Digitized by Google

peccato,ſed talis gratia non tranſiuit in multos, non ex defectu gratiæ,ſed ex ĩpedimẽto malitiæ iudæorũ, & aliorꝝ infidelium. Ita etiam & pctm̃ ipſius Adæ ſufficiens fuit ad corrũpendum inficiendum & obligandum oẽs de ſe. Sed effectus illius ſnĩæ non potuit trãſire pſonalr ad quoſdam pp impedimentum gratiæ pueniẽtis,& pſeruantis,ppterea queadmodum gratia Chriſti præſeruauit Ioannẽ Baptiſtam, & multos alios pſonaliter à peccato actuali. Ita pſeruauit virginem matrem non ſolum à peccato actuali,verũetiam originali. Ad authoritatem Auguſtini de baptiſmo paruulorꝝ. Dicitur ꝙ tam in hac q̃ȝ in ſimilibus authoritatibus Auguſtinus tenet,ꝙ à peccato & ſnĩa ipſius Adam nemo liber fuit ſcd̃m naturam,niſi ſolus Chriſtus,q non ex opere Adam eſt cõceptus. Sed omnes alij ſcd̃m naturam fuere obligati. Eodẽ modo rñdetur ad illam regulã vulgatam. ſ. Firmiſſime tene. Nã illa regula nihil aliud pbat, niſi ꝙ oẽs filij Adam per naturalem generationẽ concepti naſcuntur in peccato originali ſcd̃m naturam, niſi p Chriſti gratiam liberẽtur. Habes fili q̃ ad ppoſitas rationes atqȝ authoritates facerent,vt illorum poſitio tenet,q Meſſiæ matrem venerantur,cætera poteris tua ſapientia trutinare atqȝ ppendere,& eorꝝ dicta recenſere qui in ſanctitate poſiti virginem de facto dixerunt cõceptam ſine macula originis aliqua,ſecus illorũ verba ſaluari non poſſunt. Nam cũ beatus Andreas Dei apoſtolus myſterium crucis exponeret Egeæ pconſuli, nõne inter cætera hæc dixit. Et qm̃ de ĩmaculata terra factus fuerat homo primus, q p lignum puaricationis mundo

Nota qđo omnes fuerũt obligati in Adam.

mortem

mortem intulerit, neceſſario de imaculata virgine na tus eſt pfectus homo, in quo Dei filius q primum fe- cerat hoiem, vitam æternam quã pdiderant in Adam homines repararet, quam qdem ſententiã beatus Do minicus ordinis pdicatorũ fundator & dux eſt ſequu- tus, & ita in tractatu corpis Chriſti aſſeruit. Sicut pri- mus Adam fuit ex terra virgine & nunquã maledicta formatus, ſic decuit in ſcdo Adam fieri. Hanc pterea opinionem veriſſimam & indubitatã veteres eccleſiæ doctores tã græci qȝ latini tenuere, vt Gregorius na- zanzenus, Gregorius nicenus, Baſilius, Ioãnes Chri- ſoſtomus, & cæteri oẽs vt illorum ſcripta recenſenti- bus patet. Sic Hieronymus iter latinos, Auguſtinus, Ambroſius, Gregorius, & alij, qui fere omnes de ipſi⁹ virginis immaculata conceptione feſtum mille pene annos celebrauere, quorũ verba aurea & lucidas ſen- tentias breuitatis cauſa (noui.n. apud quem hæc reci- tata ſunt) omittimus. Quãobrem liceat mihi ea dice- re apud te filium pſertim q conticenda & ſilentio p- tereunda non videntur, q pleno ore & omni verbo℞ ornatu omniq; verborũ ſuauitate ſunt dicenda. Tan- ta ſolẽnitate & virginis matris imaculata conceptio- ne gaudet et iubilat vniuerſa terra, gaudet ſanctorum patrum & pphetarum limbus inferius, gaudet & tota cœleſtis curia angelo℞ ſupius, & tota trinitas. Quid p vniuerſam terram celebratur niſi imaculatæ virgi- nis conceptio? Quid in aula inuictiſſimorum impa- torum extollitur niſi immaculata conceptio? Quid apud chriſtianiſſimos reges decãtatur hodie niſi ima- culatæ virginis conceptio? Quid in omnib⁹ chriſtia-



Digitized by Google

norum & fidelium eccleſijs cum canticis & gloria eſ-
fertur niſi beatæ Virginis conceptio? Quid apud põ
tifices maximos magna cum iubilatione & exultatio
ne denunciatur niſi beatæ & immaculatæ virginis cõ
ceptio? Iubilauit omnis terra exultauit limbus, & pa-
tres filiũ Dei expectãtes. Geſtiebant angeli laudãtes
Deũ de immaculatæ virginis conceptione, quod tan
topere prædixerunt & mundo adnunciauerunt pro-
phetæ & ſancti Dei. Vnde Hieremias dicebat. 31. ca.
Creabit nouum dñs ſuper terram, fœmina circũdabit
virum, & Eſaias exclamauit. Egredietur virga de ra-
dice Ieſſe & flos de radice eius aſcendet & reqeſcet ſu
per eum ſpũs dñi. Et ſpiritus ſanctus per os meum lo
quutus. Aſtitit regina à dextris tuis in veſtitu deaura-
to circundata varietate. Exultabat Adam & Eua qm̃
concepta erat ſine macula illa per quã genus huma-
num ad libertatẽ erat rediturum, & calamitates atque
erũnas euaſurum, ꝓpterea non ĩmerito admirati oẽs
dicebant, q̃ eſt iſta q̃ deſcendit de deſerto delicijs af-
fluens ĩnixa ſupra dilectum filium & rurſus. Quæ eſt
iſta quæ deſcendit quaſi aurora cõſurgens, pulchra vt
Luna, electa vt Sol. Exultat igitur ſanctiſſima trini-
tas, qa opus redemptionis appropiquat. Exultat, Pa-
ter illa ſine macula cõcepta ex qua filius eſt oriturus,
Exultat ſpiritus ſanctus immenſa charitate qua mun-
dum dilexit omni macula fuiſſe præſeruatam. Exultat
filius qui in eius thalamo nouẽ menſes erat habitatu-
rus, & ex illius ſanguine puriſſimo corpus erat adſum
pturus propter matrem ſine macula conceptam.
Quis enim eſt tam durus, q credere non audeat, cum

Digitized by Google

teſtis ſit ipſa veritas, hoc eſt filius qui eam in matrem adſumpſerat.

## Quid ſit macula peccati actualis mortalis. Cap. 7.

SALO. Qui ingreditur ſine macula ĩ tabernaculo ſancto habitabit, hæc macula licet mihi videretur nota in origine peccati ſic tuo lumine fuit illuſtrata vt merito fateri apud te valeam. Nunc mihi cognitam antea minus notam. Eia obſeruande pater ne te pigeat gratiſſimo filio gratam, dulcẽ, & amœniſſimam, & ſpiritu ſancto plenam reddere, & ad ꝓpoſitæ rei vberiorẽ & à nobis deſyderatam expoſitionẽ benigne deſcẽdere. Quid eſt macula peccati mortalis actualis. DAV. Eſt deordinatio oppoſita diuinæ ordinationi, ſine qua finis nõ cõſeqtur aliquo modo, quæ qdem ordinatio habet ꝑceptum cõtra quod deordinatio fit, ideo deordĩatio cadẽs ſub ꝑcepto auertit neceſſario ab vltimo fine. SALO. Magni momenti & põderis verba, clarius obſecro ac dilucidius. DAV. Ad clariorẽ & dilucidiorem vt petis intellectũ, aduerte. Deus æternus ab æterno duas cõſtituit leges, ſiue ſanciuit cõſtitutiones, quarum vna eſt ſimplr ad ſalutem neceſſaria, ſine qua impoſſibile eſt aliquem poſſe ſaluari (de adultis intelligas.) Et eſt lex ſiue ordinatio decem ꝑceptorũ, cõtra quodlibet iſtorũ quoties aliqd committit homo mortaliter peccat. Nam q cõmittit homicidium contra illud peccat, non occides, ſic eſt de alijs nouẽ ꝑceptis. SALO. Põt ne cõtra aliud macula mortalis actua-

Quid ſit macula peccati actualis mortalis.

Triplex ẽ lex circa quas po teſt eſſe peccatum mortale.

lis perpatrari q̃ꝫ contrà decem iſta præcepta, & ſi eſt, quid eſt. DAV. Sunt equidem multa aduerſus q̃ fieri poteſt macula illa. Scias ꝙ lex eſt triplex pro nũc circa quã poteſt eſſe mortale ſcelus actuale, & ita triplex ꝙ actuale mortale cõmitti nequit, niſi contra aliquem iſtarum, videlicet, Naturalis, Diuina, & Humana eccleſiaſtica. Omne igitur peccatũ quod eſt actuale ex oppoſitis opibus dictarum legũ emanat & exoritur. Præcipit enim lex naturæ quæcunqꝫ vultis vt faciant vobis hoĩes, & vos facite illis. Et quæ non vultis nolite facere. Ex qua lege fere dependent omnes aliæ leges et prophetæ, hæc etenim lex naturæ dependet ex primis principijs & talibus, quibus obligauit & obligat pro omni tp̃e, ſtatu, & lege. Secunda eſt lex diuina q̃ conſiſtit in decẽ datis Moyſi in lapideis tabulis in monte ſynai, contra quæ omne cõmiſſum eſt actuale mortale. Tertia eſt eccleſiaſtica quã eccleſia conſtituit, & noſtra paterna traditio, & cõtinue ordinat, ac præcipit, cui tenentur omnes obedire, ex cuius inobedientia contrahitur pctm̃ mortale actuale, nunc quia pluribus modis cõmitti nequit, ſicut non alia lex obligans ſub pœna peccati mortalis his iam dictis actuale committitur. SALO. Satis durũ mihi videtur omne pctm̃ cõmiſſum contra legem poſitiuam eccleſiaſticam obligare ad pctm̃ mortale, cum ſint tot præcepta apud chriſtianos ab eccleſia cõſtituta, & à noſtra ſinagoga & paterna traditione antiqua. Quiſnã poterit tot laqueos euadere. Et quare ciuilis & imp̃ialis lex non obligat ad actuale mortale? Sicut eccleſiaſtica. DAV. Non obligat. Nam pctm̃ admiſſum con-

Digitized by Google

tra eccleſiaſticam legem, dummodo lex illa nõ ſit declaratio legis naturalis, aut diuinæ, non eſt mortale niſi fuerit ex contẽptu, aut ex affectata, vel craſſa ignorantia, hoc eſt ſi nollet ſcire quæ ordinat eccleſia & poſſet. Nam tunc agens contra præceptum eccleſiæ à mortali non excuſaretur. Cum vero petis ꝙ ciuilis non obligat. Et cur illa magis q̃ȝ hæc? Dicimus ciuilem non obligare qm̃ reges & principes mũdani curam non hñt ſpũalẽ. ſ. animarũ. Tum quia humanæ leges ad temporalẽ pœnam ſiue corporis qđ eſt idem, ſunt ſancitæ. Propterea corporaliter tantum puniuntur per illas leges, non autem ſpiritualiter.

Nota q̃ŏ lex eccleſiaſtica non obligat ad mortale.

Quare lex ciuilis nõ obligat ad peccatũ mortale.

## De peccati venialis macula. Cap. 8.

SALO. Et de veniali macula ſic p̃tereundum tibi videtur, vt nihil de ea dicatur? an q̃a leuiora hæc ſunt, ſæpe vidiſſe memini leuiora grauiora fieri eo magis ſi plura, dicas quæſo quæ dicenda vidẽtur. DA. Dicam fili, Macula peccati venialis eſt deordinatio oppoſita diuinæ ordinationi, quæ non eſt ſimpliciter neceſſaria ad finem conſequẽdum, vtilis tamen & de bene eſſe. Et vt clara ſint, quæ diximus, præter legem ſiue diuinam ordinationem decem præceptorũ quæ ſimpliciter ad ſalutem eſt neceſſaria. Eſt altera lex ſiue ordinatio, quæ nõ eſt ſimpliciter neceſſaria, ſed vtilis & de bene eſſe, & eſt conciliorũ ordinatio, non enim oĩa quæ in ſacra habẽtur ſcriptura ſunt ex præceptis

Quid eſt macula pctĩ venialis.

Digitized by Google

& ſimpliciter neceſſaria, ſed aliqua ſuperrogationis & p̄fectionis & de bene eſſe. Propterea peccans contra conſilia venialiter errat, innoteſcāt vobis hæc exēpla. Non.n. Salomoni loquor ſoli, cui pauca, Dixit Dn̄s adoleſcētulo quærenti ad vitam ingredi. Si vis ad vitam ingredi ſerua mandata. Mandatorū lex iſta ad ſalutem neceſſaria eſt. Iterum dixit vis p̄fectus eſſe vade & vende oīa quæ habes & da pauperibus & ſequere me, lex eſt conſiliorum. Licet enim relinquere mūdum, ingredi religionē ſanctam, ſeruare caſtitatē, ieiunare, & multa huiuſmodi ſint p̄fectionis, non propterea ſunt ſimpliciter neceſſaria ad acq̄rendam beatam vitā, ſed quoties poteſt quis perfectius operari & non op̄atur, venialiter errat, hæc eſt macula venialis.

## Quomodo poteſt cognoſci quando vnum peccatum eſt veniale, & quādo mortale. Cap. 9.

Nota q̄ſtio diſtictæ cognoſcitur qn̄ peccatū mortale, et quando ueniale.

SALO. Ergo peccatum contra legē naturalem, contra diuinā decem p̄ceptorum, videlicet, aut contra legē eccleſiaſticam, ſiue patrum antiquorum traditionem ex contēptu & ignorantia affectata ſemper eſt actuale mortale. DAV. Ita. SALO. Et peccatum contra conſilia ſiue leges non ſimpliciter neceſſarias, quæ ſunt de bene eſſe eſt veniale. DAV. Bene.

## CAPVT. 10.

Digitized by Google

CALO. Intellecta macula origĩs actualis mortalis, & venialis, & in quo differant, dic rogo & breui qũo vnum peccatum eſt altero grauius. DAV. Nec breui poteſt dici, nec facilius, an iocaris mecum cum q̃ difficilima ſint ferè faciliora putes, pro ſubiecta materia ſermo debet explicari. Dico ꝙ vel loqmur de peccatis alterius ſpeciei, vel eiuſdem, ſi alterius, vt de odio, blaſphemia, homicidio, & ſimilia. Tunc grauitas peccati cõcluditur ex hoc, ꝙ opponitur bonitati magis intẽſæ & ꝑfectiori, vel qa bonitas oppoſita eſt magis neceſſaria, vel qa tale pctm̃ eſt cõtra plura præcepta & magis ardua q̃ȝ aliud peccatũ. Noui vos exempla magis delectare. Odium Dei, ſi Deus odiri põt, aut odio haberi, eſt maximũ inter oĩa peccata, qa eſt cõtra maximũ bonum diuinum. Si qs autem non diligit Deum ſuꝑ oĩa mortal'r peccat, tñ eſt minus pctm̃, q̃ȝ odium Dei, qa poſt primum p̃ceptum, licet p̃ceptum diligendi Deum arduiſſimum ſit & neceſſariũ, non tñ ſicut primum. Et peccata q̃ ſunt cõtra p̃cepta primæ tabulæ, ſunt grauiora illis q̃ ſunt cõtra ſecundã, & breuiter qualis eſt ordo inter præcepta maioris obligationis & neceſſitatis, talis eſt inter peccata. Et qa tria ſunt primæ tabulæ, vnum colere et adorare Deũ. Non adſumere nomen Dei in vanum. Et ſabbatum ſanctificare pertinent ad Deum, Ideo q̃ cõmittuntur contra hæc tria grauiora ſunt, q̃ȝ admiſſa contra ſecundæ tabulæ p̃cepta. Quæ ſunt ſeptem, ſcilicet, Honorare parẽtes, vt bene noſti. Nõ occidere. Non furtum facere. Nõ mechari ſiue immiſceri cũ

Nota quomodo unũ pctm̃ eſt grauius altero.

aliena. Non iurare falſum teſtimoniũ contra ꝓximũ. Non deſyderare rem alienã. Quæ omnia ptinent ad ꝓximum. Sed qñ præcepta primæ tabulæ colendi & adorandi vnum Deũ eſt maioris neceſſitatis & obligationis, ideo pctm̃ idolatriæ qḋ committitur cõtra primum p̃ceptum eſt grauiſſimum inter alia q̃ cõmittuntur contra reliqua p̃cepta. Et quando Scd̃m p̃ceptum primæ tabulæ eſt maioris obligationis & neceſſitatis q̃ʒ tertium, ideo admiſſum contra ſcd̃m præceptum grauius eſt. ſ. blaſphemare Deũ, q̃ʒ non colere, & ſabbatum ſanctificare, ſic de alijs p̃ceptis. Quapropter quanto magis eſt diuinũ & neceſſarium p̃ceptũ, tanto magis pctm̃ cõmiſſum contra illud eſt graue. Et hoc in peccatis diuerſæ ſpeciei. Nam opponitur bonitati magis intenſæ & neceſſariæ. Si vero loquamur de peccatis eiuſdẽ ſpeciei, dico vnum pctm̃ eiuſdem ſpeciei adhuc poteſt eſſe grauius altero multipliciter, vel q̃a vnum eſt magis cõtra plura præcepta q̃ʒ aliud. Exẽpli cauſa peccatum eiuſdẽ ſpeciei cõmittitur à viro ſæculari, & idem à viro religioſo. Certũ eſt grauius eſſe religioſi pctm̃ q̃ʒ ſæcularis, vtputa ſi fornicetur ſæcularis facit contra vnum p̃ceptum non mœchaberis. Si religioſus, & cõtra illud faciet & contra votum caſtitatis. Et ſic contra plura ergo magis peccat, maius ergo pctm̃ & grauius. Præterea vnum peccatum eiuſdẽ ſpeciei altero fit grauius qñ maiori delectatione cõmittitur. Tertio qñ vnus minorem habet cauſam vel occaſionem peccandi, q̃ʒ alter. Ex illo. n. exoritur maius pctm̃, vt patet in iuuene & ſene fornicãtibus, magis enim peccat ſenex q̃ʒ iuuenis. Nec eſt dubium

Qũo unum pctm̃ eiuſdẽ ſp̃ei poſſit eẽ grauius alterius ſpeciei.

Nota quot modis unũ peccatũ uniusſp̃ei poſſit eſſe grauius altero eiuſdẽ ſpeciei.

dubium quin ſenex paruam vel forte nullā habet oc-
caſionē,iuuenis vero veluti nauis in medio maris,agi
tatur fluctibus & ꝓcellis concupiſcentiæ & appetitus
varij. Aliquando quia vna pſona poſita eſt & conſti
tuta ī ſtatu maioris dignitatis,q̃ꝫ altera. Grauius enim
pctm̄ eſt quod à ſacerdote admittitur q̃ꝫ ab aliquo lai
co,& maius à p̄lato,q̃ꝫ à ſubdito. Eſt & maius pecca-
tum qn̄ directum eſt contra pſonam magis dignā, vt
ſi quis verberaret ep̄m aut antiſtitem,magis erraret q̃ꝫ
ſi ſimplicem ſacerdotem. Et ſic de alijs eiuſmodi. Pa-
tet etiam in peccatis eiuſdem ſpēi multipliciter vnum
eſſe maius reliquo,& in peccatis diuerſæ ſpeciei.

## De macula quæ remanet in aïa noſtra. Cap. 11.

SALO. Nota eſt mihi diſtinctio pec
catorum & grauitas, diu deſyderaui
mus ſcire hoc eſt à principio huius
noſtri colloquij, q̄d remanet in ani-
ma poſt cōmiſſum peccatum ceſſan
te tamen actu interiori ſiue exteriori à quo aïa dicitur
maculata ſiue peccatrix. Et q̄d ſit iſta macula. DAV.
Macula remanēs in aïa ceſſante actu interiori & ex-
teriori non eſt aliud q̃ꝫ quædam obligatio ad pœnas
æternas. Nam Deus æternus ordinat illam animā ab
illo inſtanti ſiue pūcto quo committit aliquod morta
le pctm̄ ad æternam pœnā illi peccato correſpondē-
tem. Et tunc diuinus ītellectus præuidit animā ab illo
inſtanti,et pro omni tp̄e ad pœnas æternas ordinatā,
donec pœna debita ſit ſoluta, aut donec egerit pœni
tentiā de peccato cōmiſſo,vt voluntas diuina ordina

Quid eſt macula quæ remanet in aïa nr̄a poſt peccatum cōmiſſum.



Digitized by Google

uit, quæ ſi cum tali obligatione moriatur, demũ, omnino dãnabitur. Hæc obligatio eſt macula in anima quã peccatrix dicitur, totq; ſunt maculæ quot cõmiſſa peccata, totq; diſtĩctæ obligatiões ad pœnas æternas. Et hæc eadem (quod aduertendum eſt) tripliciter appellatur. Primum .n. dicitur macula. Deinde, põt dici reatus. Et poſtremo appellatur offenſa. Macula dicitur inquantũ eſt diſconueniens vel diſproportionata animæ, ſicut oppoſitũ pulchritudo. Appellatur reatus inquantum obligat formaliter ad pœnã. Nam per illã peccans tãq; reus habetur. Nũcupatur offenſa inquãtum eſt actus voluntatis diuinæ, in qua eſt tota iſta realitas, per quẽ actum ad pœnam ordinatur. Vnde in Deo nihil aliud eſt offendi vel iraſci, q̃ velle Deũ vindicare iſtam pœnã, & licet figuratiue, vel impropriе dicatur Deus iratus, tñ accipiendo iraſci pro velle vindicare, excluſa paſſione concomitãte, Deus formalr eſt iratus, id eſt ꝙ Deus vult punire pctm̃ cõmiſſum cõtra legem ſuam. Aperta igitur & clara eſt via ad notitiã habendam de macula qd eſt, & quotupliciter, hic igitur fili erit dignus in tabernaculo habitare, qui ſine illa ingreditur. SALO. Obſtupeſcũt vires hominũ, & humanus ĩtellectus cum in huiuſmodi conſyderationẽ deducitur pater benigne & diuinoꝝ ſecretorũ ĩueſtigator. Ardua etenim eſt via & arctiſſima, q̃ ducit ad vitam, et ſupnam Hieruſalẽ. Et qs eſt q poterit p has ſemitas ꝓcedere totq; maculas euitare, et illis mũdari? Quis vnq̃ fuit, ſine origis peccato cõceptus? Nõne & tu ſpiritu ſancto illuſtratus aliqñ dixiſti, Ecce in iniqtatibus conceptus ſum & in pecca-

Nota qd ſit offendi uel iraſci in Deo.

Digitized by Google

tis concepit me mater mea. Et Iob homo natus de muliere breui viuẽs tp̃e replet⁹ multis miſerijs, q quaſi flos egreditur, & fugit velut vmbra. Et tu q̃nq; dixiſti, Oẽs declinauerunt in vnum. Non eſt vſq; ad vnũ. Et ſi dixerimus ꝙ pctm̃ nõ habemus, veritas in nobis nõ eſt, qñ ſepties in die cadit iuſtus, niſi forte Deus miſerans à peccatis aliquẽ præſeruauerit, cuiuſmodi ſunt hi qui in ventre matris fuere ſanctificati ad ſupernam patriam euadere non poterant. Quis enim dominus eſt ſuorum ſenſuum in hac vita. Quis tot hoſtes ſuperare et ſtimulos humanæ fragilitatis. Si nemo ſine macula, nullus igitur in mõte ſancto per gloriam habitabit niſi p̃ſeruatus, imo quod difficillimũ eſt dicit deus. הוֹלֵךְ תָּמִים vt textus & veritas hebraica tenet, hoc eſt qui ingreditur et intrat perfectus, hæc verba hebraica idem ſonant. Ex q̃bus colligo quod nõ ſolũ ſine macula eſſe debet. Sed oĩ gratia & virtute repletus, qđ magis eſt & maxime difficile, ſtupet igitur intellectus vt ad principiũ cõuertar vnde ſum deductus. DAV. Nec vos patiar abire ſuſpenſos, verum eſſe ex cõmuni lege nemiñe ſine macula originis poſſe cõcipi, niſi priuilegio ſingulari, vt late patuit, neq; aliquẽ vallem miſeriæ pertrãſire, p̃ſertim adultum, abſq; actuali mortali niſi fuerit ſanctificatus, multo minus ſine veniali. Si enim intelligeremus nullum poſſe ĩgredi niſi à macula omni p̃ſeruatũ, hoc eſt qui nunq̃ viuens cõtraxerit maculam, eſſet valde irrationabile & impoſſibile. Et ſcriptum eſt. Anathema ſit, qui dixerit Deum præcepiſſe impoſſibilia. Hoc itaque eſſet ĩpoſſibile, niſi in p̃ſeruatis, & in gratia diuina illuſtratis atq; abundan-



Digitized by Google

tibus, ſed non eſt diffidendũ neq; deſperãdũ de tua & alioꝝ ſalute. Nã textus ille hebraicus & ſcriptura vera, verã hanc habet expoſitionem. Dicit Deus oĩpotẽs ꝙ ille habitabit in tabernaculo meo, hoc eſt in ecclesia militanti, q̃ eſt ſpecialis domus mea ꝑ gratiam. Et ille habitabit ĩ mõte ſancto meo hoc ẽ in ecclesia triumphanti per gloriã, q ingreditur ſine macula, hoc eſt qui in vltimo inſtanti mortis reperietur in gratia mea, ſatiſfactione debita & purgatione facta, vel in vita, vel in purgatorio. Et non aliter intelligendum eſt. Nam impoſſibilia non præcepit Deus. Cum autẽ dicis ꝙ textus hebraicus noſter aliter habet. Nam thamim in lingua hebraica idẽ eſt qđ cõpletus ſiue ꝑfectus, ergo non ſufficit vt ſit completus. i. ſine macula, ſed perfectus, ideſt omni virtute repletus & gratia, aliter nõ eſſet cõpletus, ad hoc vt poſſit ingredi & habitare. Aduertendũ eſt ſuper poſitis & dubitatis verbis, ꝙ textus noſter hebraicus non habet hunc ſenſum & intellectum, ꝙ ille habitabit & requieſcet in monte q ingreditur completus & perfectus, ita ꝙ ſit omni virtute & gratia repletus, quod ſi eſſet, ne paruulus quidem cum circũciſione vel baptiſmate ex hac vita decedens, vitam æternam ingrederetur. Nam talis non haberet ꝓprium meritum, & hoc eſſet contra ſcripturam ſacram. Sed intelligendum eſt in illo textu quod qui in vltimo inſtanti mortis in gratia Dei reperitur, ille dicitur in propoſito immaculatus qui in vitã æternam ingreditur ſine omni obligatione alicuius peccati ſiue pœnæ, & ſic in ꝓpoſito noſtro idem eſt eſſe completũ & ꝑfectum, & ſine macula alicuius peccati.

Nota q̃ñ intelligitur ingredi in uitã æternã ſine macula.

SALO. Soluta eſt oĩs caligo & liquerunt me diſcuſſa nocte tenebræ per vocem amœnã, dulcem, ſanctã, ſcientiæ plenam, quæ auribus inſonuit tuis, quæq; ſitientes omnes explet atq; ſatiat, & redditum eſt intellectui noſtro lumen, quo datum fuit nobis, dilucidiſſime vt intelligeremus atq; facillime, neminé poſſe habitare in hac eccleſia et in tabernaculo Dei ſuperni ꝑ gratiam, niſi qui ingrediatur ſine macula, nec requieſcere in triumphanti per gloriam niſi fuerit immaculatus. Et quid ſit macula, & quot modis dici poſſet. Nũc vereor minime, ſed magis audeo, ad te confugere, vt qui ab eodem Deo hæc audire meruiſti per ſpiritum ſanctum ſcientiarum omnium miniſtratorem. Quid oportet facere, quidq; operari? aut quæ ſtudia, quæ viæ, quæ cogitationes, & deniq; quæ hominibus ſunt ſeruanda & obſeruanda, quibus poſſint quieſcere, & ſine fine in patria æterna inhabitare, & illa frui, dic pater benigne, nec te pigeat filium tuum plenioribus obſequijs demereri.

## Pars ſecunda de triplici lege. ſ. diuina, naturali, & humana.

DAVID. יְהוָה מִי יָגוּר בְּאָהֳלֶךָ מִי יִשְׁכֹּן בְּהַר קָדְשֶׁךָ
הוֹלֵךְ תָּמִים וּפֹעֵל צֶדֶק.



DOmine quis habitabit in tabernaculo tuo? aut quis requieſcet in monte ſancto tuo? Qui ingreditur ſine macula. Et operatur iuſtitiam. Sic inſonuit vox illa auribus meis, ſic ſcriptum eſt in corde meo, ſic reſonant verba mea, qui

Digitized by Google

operatur iuſtitiam, qui deſyderat in ſupremo, & excelſo monte requieſcere, qui cupit optatam cõtingere ſuæ vitæ metam, opetur iuſtitiam illamq; & aïo & ope amplectatur, iuſtitiã cogitet, operetur iuſtitiam, diuinam, naturalem, & humanã. SALO. Non es neſcius qbus loqueris, quos doces & inſtruis, in iis pſertim quæ diuino monitu fuere tibi præſtita & cõceſſa. Scis ergo quid dixiſſe volui, vt clarius. ſ. verbum exhibeas clarioremq; afferas nobis ſermoné. Propterea petimus tria breuiter & breuiſſime tibi exoluẽda. Primum qd ſit lex ſiue iuſtitia diuina. Secundũ an aliæ leges à iuſtitia diuina dependeant in ſua rectitudine & æquitate. Tertium q ſunt effectus ipſius legis diuinæ, ſiue ad qd ordinata eſt lex diuina. Subinde de naturali & humana paucula inqremus, vt clare intelligam⁹, & dñi dei noſtri voluntatem adimplere poſſimus, & ad fœliciſſimam patriam puenire. DAV. Retulit magnus ille præco, & non ſine magna admiratione ac myſterio ſpiritu tñ ſancto illuſtrat⁹ exclamauit vt ſcis. O altitudo diuitiarum ſapiẽtiæ & ſciæ Dei, quã incõprehẽſibilia ſunt iudicia eius, & inueſtigabiles viæ ei⁹. Merito enim quis ſenſum nouit, aut eius ſententiam? Hæc mortalium eſt inſaciabilitas, qui ſupra vires euolare nituntur, non eorum qui vires ſuas ſapienter metiuntur. Quæ petis, altiſſima ſunt, Deus ipſe à quo oĩs vallis eſt impleta, ſuggerat nobis, & linguam dirigat, vt inter dicendum quæ ſentio nullatenus aberret, & eo ordine quo præpoſita fuere. Itaq; conuerſi ad primum, dicimus.

## Quid ſit lex diuina. CAP. I.

Digitized by Google

LEx diuina dilecte fili, nõ eſt aliud realiter q̃ actus ſiue velle aut volitio volũtatis diuinæ,quo ab æterno & pro æterno voluit oĩa,et vult oĩa,q actus voluntatis diuinæ eſt rectiſſimus,immo ipſa rectitudo, cuius rectitudini oĩa conformari debent,p quem oĩa ordinãtur,& ad vltimum finẽ diriguntur.Sed qñ ſemper clariora petis, eſt aĩaduertendum.Q đ voluntas diuina aut actus voluntatis diuinæ dupl'r poteſt conſyderari. Vno modo vt cõparatur ad intra,ſiue ad pſonas diuinas. Alio modo vt cõ paratur ad extra.Primo modo actus voluntatis diuinæ inquantũ comparatur ad pſonas diuinas,vult patrem ab æterno,pducere filiũ,& patrem & filiũ ſpirare ſpiritum ſanctũ, & omnes pſonas diuinas eodẽ actu voluntatis ſiue amoris formal'r infinito, ſe inuicem & mutuo diligere amore infinito, & oẽs perſonas diuinas in eſſentia diuina tanq̃ in pelago infinitæ ſubſtãtiæ,à qua omnes pfectiones diuinæ pullulant, effluũt, & emanant,eadem viſione intuitiua & faciali intuitione & perfectiſſima & infinita fruitione beatificari et ſatiari,ita q vna & eadem beatitudo,vna & eadẽ viſio, & fruitio eſt in patre & filio & ſpiritu ſancto. Vnus et idem amor realiter oĩno indiuiſibilis,oĩno impartibilis,quia eſt formal'r infinitus & caret principio medio & fine.Et multa alia ĩnumerabilia ſunt ibi quæ p volũtatem diuinam ordinãtur. Si aũt comparatur actus diuinæ voluntatis ad extra.ſ.ad creaturas,hoc poteſt eſſe dupl'r.Q uia vel comparatur ad creaturas irrationales vel rationales. Voluntas diuina ſiue actus volũ

Actus uolũtatis diuinæ poteſt conſiderari dupliciter.

Nota q̃ño uoluntas diuina ordinat oĩa ad extra.

tatis diuinæ inquantum cõparatur ad creaturas irra-
tionales ſenſibiles & inſenſibiles, dicitur lex inquantũ
voluit & ordinauit ab æterno oẽs tales creaturas ad
ſuos conueniẽtes fines, dando eis ꝓprias virtutes, qui-
bus ſuos effectus, de neceſſitate ꝓducerent, & ad vlti-
mum ſuũ finem attingerent. Q m̃, Deus & natura ni-
hil agunt fruſtra, & ſic finis grauis eſt ad centrũ deſcẽ-
dere, tanq̃ ad ſuum finẽ vltimũ, vt ibi requeſcat et ſuam
iueniat pfectionem. Et finis proprius leuis eſt ſurſum
aſcendere tanq̃ ad ſuum vltimũ finẽ, vt ibi requeſcat et
ſuam inueniat pfectionem. Et oẽs iſtæ creaturæ agũt
& opantur in cognitione primi dirigẽtis. ſ. Dei æter-
ni. Et ꝓpterea errare non poſſunt. Itaq; ea lege qua
voluntas diuina eas creauit gubernãtur & ad vltimũ
finem deducũtur. Si vero diuina volũtas aut actus di-
uinæ voluntatis cõparetur ad creaturã rationalẽ, dici
tur lex, inquantũ ꝓduxit creaturã illam dando ex ſua
bonitate non tm̃ virtutes & ꝓprietates naturales, ſicut
cæteris creaturis irrationabilibus & inſenſibilibus, ſed
etiam voluit illi cõdonare intellectum voluntatem &
memoriã, quibus bona & mala cognoſcere poſſet, &
mala fugere & bona pſequi & facere. Et ideo licet cæ
teræ creaturæ agãt & opentur de neceſſitate naturæ,
& in cognitione primi dirigentis, tñ homo per intel-
lectum agit atq; opatur p ꝓpriam cognitionem & p
voluntatẽ libere & ſimplr voluntarie poteſt mala fu-
gere & bona pſequi. Et p memoriã mandata & leges
Dei habere, & hoc Deus æternus ex ſua bonitate &
lege pfixa & ꝓmulgata, voluit cõcedere tam homini
bus q̃ angelis. Et ꝓpterea fili, ſpiritu ſancto tu illuſtra

tus

Digitized by Google

tus dixiſti. Deus ab initio formauit homiem, et poſuit eum in manu cōſilij ſui, & adiecit ei mandata & pce-pta, ſi volueris ſeruare illa cōſeruabunt te, appoſui añ te ignem & aquã, bonum & malũ, mortem & vitam, quod placuerit ei, dabitur ei. Ecce fili q̃uo diuina vo-lũtas talia beneficia & virtutes & ꝓprietates ex ſua lege æterna cōicauit rationalibus creaturis, homini-bus. ſ. & angelis. De creaturis aũt irrationalibus et in-ſenſibilibus, ſapiens quidam ſic dicere non dubitauit, Deus res quas condidit ſic adminiſtrat, vt ꝓprios mō tus agere ſinat. Noſti igitur fili, q̃uo æternus Deus ꝑ-mittat & velit ex præfixa lege irrationales creaturas agere ex ꝓpria naturali inclinatione. ſ. de neceſſitate naturæ, vt in poteſtate eorũ non ſit agere ſiue opari, & non agere aut non operari. Et Deus de neceſſitate vult concurrere ad illam opationem ex p̃fixa lege, q̄a ſic ab æterno ordinauit. Et ſi non cōcurrit & illa irra-tionalis creatura non opatur ſcd̃m ſuam naturã hoc eſt miraculoſe & de abſoluta potētia. Pateat hoc exē plo, ignis eſt agens naturale, ita ꝙ ſtante igne & com buſtibili debite approximato & non īpedito de ne-ceſſitate ſequitur combuſtio, q̄ ſi non ſequatur hoc nō eſt ſine miraculo, & de potentia abſoluta ſuſpendente ignem à ſua opatione ſicut in camīo trium puerorũ. Homo autem q̄ eſt agēs liberum & voluntariũ mere & voluntarie ſuas ꝓducit opationes, ꝓpterea magna eſt & eminēs rationalis creaturæ libertas, quod eſt im poſſibile vt reor Deum etiam de potētia abſoluta ta-li libertate hominem poſſe fundamentaliter priuare. Nam ſicut claudit cōtradictionem, hoīem eſſe aſinũ,

nec Deus hoc ex conſequenti facere poteſt, nõ enim eſt factibile, pariter nec poteſt eſſe homo, & non rõnalis & liber, ſaltem quo ad potentias. Actus tñ iſte voluntatis diuinæ, q̃ dicitur lex diuina diuerſimode eſt à deo manifeſtatus, tam in lege noſtra hebraica, necnõ per patriarchas, & ꝓphetas, q̃z etiam in euangelica lege inter chriſtianos habita & obſeruata, in q̄bus tot leges ſunt ab æterno Deo manifeſtatæ ſecundum neceſſitatem, & creature rationalis oportunitatem. SALO. Dic quæſo pater per capita rerũ ac ſummatim ſi fieri põt, vt ampliſſima dicta breuiter colligere valeamus. DAV. Grandes materias breuiſſima verba expromere nequeũt. Nam breuitas obſcuritati eſt cõiuncta tamen ſic habeto, ꝙ lex diuina non eſt aliud q̃z actus voluntatis diuinæ, qui eſt rectiſſimus, immo ipſa rectitudo, quo ab æterno voluit oĩa, & illa ad ꝓprium finem ordinauit & ordinat, ſcd̃m virtutes & proprietates quas ipſa ex ſua bonitate dedit, ex quo actu oẽs leges ſcriptæ ſunt ordinatæ & factæ, & ſuo tempore, ſicut domino placuit manifeſtatæ, hæc eſt lex diuina, vt diximus.

## Quomodo oĩa dependeant à lege diuina. Cap. 2.

SALO. Explicato primo, & bene intellecto, liceat venire ad ſecũdũ. An leges aliæ dependeãt in ſua rectitudine à lege diuina, ita ꝙ non poſſit eſſe aliqua lex recta quæ nõ dependeat à rectitudine legis æternæ. DAV. Liceat ad ſcd̃m peruenire & q̃z breuiſſime

illi ſatiſfacere. Aduerte igitur ꝙ cum lex diuina rectiſſima ſit, immo rectitudo ipſa, & vniuerſalis lex factibilium oīum cui creaturæ oēs rationales et irrationales ſenſibiles & inſenſibiles cōformari & obedire tenentur. Ex hoc fit vt pro tanto lex quæcunqꝫ ſit, recta ſit, pro quanto participat diuinæ legis rectitudinē & illi conformatur. Et pro tanto vocatur & eſt lex iuſta & recta, pro quāto eſt à volūtate diuina volita & (vt ita dicā) acceptata. Nam lex & quodcūqꝫ ens dicitur iuſtum & bonum, quia à Deo volitum, & non ecōtra. Non.n. quia opera mea eſt bona, ideo volita à Deo, ita ꝙ bonitas illius opationis ſit, vt Deus acceptet illam, ſed ſola voluntas, ſiue acceptatio voluntatis diuinæ eſt cauſa immediata quare quodlibet ens ſit iuſtū, rectum & bonum. Ex iſta concluſione ſeqtur correlarie, quod omnis lex quæ non conformatur legi & voluntati diuinæ, ex qua oīs lex dependet, & cui conformari debet, non pōt lex iuſta vocari, immo abuſiue & contra oēm rationem lex nominatur. Sed potius vocari debet abuſio, & peſſima corruptela, & legis deſtructio vt diximus. Propterea ꝙ eſt contra ſupremæ, & diuinæ legis rectitudinem. Et quēadmodū, vt noſti, in vno quoqꝫ genere datur vnum quod metrū eſt & menſura omnium quæ ſunt in illo genere. Et pro tanto aliqd dicitur magis perfectum pro quanto magis appropinquat ad illud primū, ita ꝙ per acceſſum & receſſum ab illo primo principio oīa quæ ſunt in illo genere mēſurātur, vt in genere animalium, homo eſt primum metrum & pfectiſſimum, & in genere coloris albedo, ita ꝙ aīal magis appropinquans ad ho-

Nota qūo lex humana ſit & dicatur iuſta.

minis perfectionem magis eſt perfectum, ſic quicūq;
alius color reſpectu albedinis & proportionis maio-
ris habitæ ad illam. Pariter Deus æternus dicitur me-
trum & perfectiſſima menſura extrinſeca & tranſcen-
dens in genere ſubſtantiæ, & ꝑ acceſſum & receſſum
ad ipſum menſurantur omnia. Sic lex diuina metrum
eſt & menſura rectiſſima, immo ipſa rectitudo, à qua
omnia dependent quæ recta ſunt, & per acceſſum &
receſſum ab illa, vnaquæq; lex iudicatur iuſta. Habes
itaq; fili ſecundum quod quærebas quomodo aliæ le-
ges ab illius rectitudine dependent.

## De æternitate legis diuinæ. Cap. 3.

SALO. Dic obſecro pater lex diuiā
fuit ab æterno aut ex tēpore? Et ad-
dam aliud, lex illa ē ne mutabilis aut
variabilis varijs tēporibus, vt aliter
ſit in vno tempore q̄; in altero? DA.
Quanto magis explicari nitor, tanto magis implica-
ri videor. Videris gradum facere ab imis ad ſuprema.
Cupio (vt tibi verum fatear) hæc profundæ mentis ar-
chana conticere aut ſilentio p̄terire magis, q̄; ſic ſum-
matim dicere, vt velis. SALO. Age pater vel affa-
tim, vel ſummatim dicas & à quæſitis amore filij non
recedas, aut deſiſtas. Illa enim obiter ſollicitauerūt mē-
tem noſtram, age (ſi placet) reddas illam (vt benigne
ſoles) quietam. DAV. Agam fili, vt quieſcat, dixiſti
obiter in hanc dubitationem te incidiſſe an lex diui-
na ſit ab æterno? vel ex tempore? Reſpondeo & pro

Digitized by Google

huius intelligentia, eſt aduertẽdum ꝙ legem diuinam ſiue aliquid eſſe ab æterno dupliciter poteſt intelligi. Vno modo ꝙ ſit ab æterno, ideſt ꝙ menſuretur æternitate. Altero modo ꝙ ſit ab æterno, id eſt ꝙ careat principio, medio, & fine. Primo modo illud qđ menſuratur æternitate, & tamen habet principium mediũ & finem, licet dicatur eſſe ab æterno. i. mẽſuratũ æternitate, non tamẽ eſt pro æterno. Illud autem quod dicitur æternũ, & caret principio, medio, & fine, dicitur eſſe ab æterno, & pro æterno, ideſt ꝙ menſuratur æternitate, & caret principio, medio, & fine. Si ergo loquamur de lege diuĩa dicitur, & eſt æterna vtroq; modo. Primo quia actus voluntatis diuinæ quo diſponit omnia eſt ab æterno. i. menſuratur æternitate tanquã ſua ꝓpria mẽſura ſibi correſpõdente. Secundo modo qa eſt ab æterno. i. caret principio, medio, & fine. Eſt tamen cõſyderãdum ꝙ licet diuina lex vtroq; modo ſit æterna, tamẽ in diuerſis tẽporibus. Alio & alio modo ex tempore Deus æternus illã mundo manifeſtauit. Et quãuis lex diuina ſecundũ eſſentiam ſuã ſit vna ab Adam & Abel vſq; ad iudicium, habuit tamẽ ipſa tres ſtatus, videlicet, ſtatum naturæ ab Adam vſq; ad Moſem. Scripturæ à Moſe vſque ad Meſſiæ aduentum. Et gratiæ à Meſſiæ aduentu ad iudiciũ vſq;, quibus ſtatibus ꝓceſſit ſemper de imꝑfecto ad ꝑfectum. Nam cõtinue aliqđ perfectionis accepit, quo ad ritũ & modum colendi Deum. Nam ſi recte recolis, ab Adã & Abel accepit modum ſacrificiorũ & oblationem tanq̃ ſignaculũ fidei Meſſiæ futuri. Et in Abraã circuncisionem, ſub qua fide Chriſti vel Meſſiæ ven-

Aliquid eſſe ab æterno ꝑt ĩtelligi dupliciter.

Q̃uõ lex diuina dicatur & ſit æterna.

Lex diuĩa habuit tres ſtatus.

turi ſalui facti ſunt, omnes Meſſiæ fideles. Et ab Adã vſq; ad Moſem in lege naturæ, iſte tamen ſtatus legis naturæ pars eſt diuinæ legis à Deo traditæ. In ſecundo vero ſtatu maiorem adhuc accepit perfectionem & expreſſam iuſtificationem in Moſe, per expreſſa moralia præcepta & iudicialia atq; cæremonialia, in q̄bus expreſſius figurabantur noſtræ redẽptionis myſteria, ſub qua fide Meſſiæ futuri in illis cæremonijs figurati, ſaluati ſunt omnes patriarchæ & prophetæ & fideles profeſſores, & noſtræ hebraicæ legis obſeruatores. Vltimam demum perfectionem accepit ab ipſo Chriſto & Meſſia recepto in vltimo ſtatu qui quidem Meſſias ſuo aduentu cõpleuit omnia quæ fuerãt figurata in omnibus ſacrificijs & cæremonijs noſtræ legis, quãdo pro nobis qui expectabamus pariter & pro chriſtianis paſſus eſt, et dedit legem euãgelicam in qua aperuit & verificauit myſteria omnia, ſenſum & ſcripturas, quæ fuerant in lege noſtra.

## De ſalute antiquorum. Cap. 4.

SALO. Non poſſum nõ vlteriora petere, quando inter dicendum nobis ſe offerre videntur. Dic obſecro antiqui illi philoſophi & gentiles qui fuerunt tp̄e legis naturæ, & noſtræ hebraicæ legis, potuerunt ne ſalui fieri, an de facto oẽs fuere dãnati? DAV. Non ſunt minimæ entitatis ſed maximæ difficultatis hæc, nec facili tranſitu peragẽda. Dicam tamen ꝙ illa ſumma & infinita ſapiẽtia diuina nunq̃-

deſtitit dare oportunũ remedium ad ſalutẽ noſtram. Sed in omni ſtatu ac tpe congruentem dedit medicinam, qua quilibet ſanare poſſet peccatoꝝ ſuorũ vulnera, ad illamq; fœliciſſimã patriam puenire. Non.n. deficit Deus in neceſſarijs, neq; in ſupfluis abundat, vt vera eſt ſapientium ſnĩa. Nam ex quo creauit hoĩem ad beatitudinem veluti ad finem vltimũ, opus illi fuerat in oĩ ſtatu puidere remedia qbus poſſet ſaluari, ſecus fruſtra creaſſet illum, quod eſt maximum inconueniens. Dico igitur ꝙ quilibet creatus ab Adam vſque ad noue legis.ſ.euãgelicæ publicationem, hoc eſt ad Meſſiæ aduentũ, vt chriſtiani affirmant, potuit ſaluus fieri in lege ſua, & in tpe quo fuit. Si ſecũdum illam legem vixerit. Et pariter qui fuit in ſtatu legis naturæ, prius q̃ lex ſcripta data fuiſſet, potuit & de facto ſaluus factus eſt, dũmodo ſcd̃m legẽ naturæ vixerit. Dicimus quoq; & ſecũdo loco ꝙ omnes philoſophi & gentiles qui noſtræ legis temporibus fuerunt, & non erant de gente noſtra & lege moſaica, potuerunt ſalui fieri & de facto ſaluati ſunt, ſi naturæ legem obſeruabant. SALO. Perſiſte aliquantulum ſi libet, oritur enim difficultas, ex quo lex Moſaica fuit à Deo data, qũo gentiles & philoſophi poterant ſalui fieri ſi legẽ noſtrã non obſeruabant? cum illa lex à Deo fuerit, & oẽs creature ſubijciantur Deo, & illi obedire teneantur. DAV. Dico ꝙ lex noſtra moſaica licet ſit diuĩa, & à Deo data, & quælibet creatura rationalis maxĩe teneatur obedire ipſi Deo, tñ illa lex data fuit populo hebraico tm̃, & nõ gentilibus, ꝓpterea gentes illæ ad noſtrã legem nõ tenebãtur, hoc eſt ꝙ ſpiritus ſanctus

Quilibet qui fuit creat⁹ ab Adã uſq; ad publicationẽ euangelii potuit ſaluus fieri in ſua lege.

Oẽs philoſophi q fuerunt tpe legis hebraicæ et etiã gẽtiles potuerunt ſalui fieri.

Obiectio ꝙ philoſophi et gentiles non poſſent ſalui fieri.

Gẽtiles nõ tenebantur ad obſeruãtiam legis moſaicæ.

Digitized by Google

per os meum loquutus, ait. Non fecit taliter omni nationi, & iudicia ſua nō manifeſtauit eis. Voluit Deus æternus populo hebraico tantū ex ſingulari priuilegio dare legem illā ad noſtræ gentis decorē & dignitatem. Cū inde naſciturus eſſet filius eius & mater, idcirco tot gratiæ, tot priuilegia, & denique multa alia bona populo noſtro fuerunt cōceſſa & non gentilibus, colligamus ergo, illos ad noſtrā legem ſeruandā non teneri, & in ſua lege poſſe ſaluari, veluti apparet in ſacris literis, vt Iob & multi alij qui tn̄ gentiles fuerūt. Addimus tertiū fili dilecte ſi Meſſias venit vt chriſtiani tenent, & firmiter credunt, et veritas patuit, q̄ nouā legem dedit, quā oībus nationibus promulgauit, poſt euangelij publicationē nullus cuiuſcunq; ſtatus, ſectæ, ſeu cōditionis ſaluari poteſt niſi tantū chriſtiani credentes, & legē euangelicā ſeruantes, cum lex talis ſit à Deo data, & oībus gentibus & toti mūdo publicata, & quilibet homo Deo teneatur obedire, q̄libet tenetur de neceſſitate ſalutis illam obſeruare, aliter ſaluus fieri nō poteſt. Patet nunc qūo & gentilis & philoſophus quilibet, ante publicationem legis euangelicæ poterat fieri ſaluus, ſed poſt promulgationē nullus, niſi in euangelica. Et ſic habes fili ex iis, legem diuinam eſſe ab æterno, & pro æterno. Tum quia menſuratur æternitate, q̄ eſt propria menſura legis, & operationis diuinæ, & maximæ volūtatis. Tum q̄a actus voluntatis diuinæ caret principio, medio, & fine. Et p̄ conſequens de neceſſitate æterna.

Poſt publicationē euāgelii nullus cuiuſcūq; ſtatus ſeu ſectæ, pōt ſaluus fieri niſi in lege euāgelica.

De neceſſitate legis diuinæ. Cap. 5.

SALO.

SALO. Si voluntas diuina eſt agens mere volũtarium & liberũ. Vnde pater benigne ꝑuenit iſta neceſſitas, videlicet ꝙ lex diuina ſiue actus voluntatis diuinæ ſit æternus et de neceſſitate æternus. DAV. Licet volũtas diuina ſit agẽs mere voluntarium & liberum & cõtingẽter ad extra, tñ ad intra de neceſſitate oꝑatur & non cõtingẽter. SAL. dilucidius ſi libet. DAV. Dicimus ꝙ licet volũtas diuina ſit agens voluntarium, & contingenter, & ex tꝑe ꝓducit creaturas, tñ ad intra circa eſſentiam diuinam neceſſario oꝑatur, & amat. Et qm̃ diuina eſſentia eſt æterna, & ſimiliter diuina voluntas. Et ipſa de neceſſitate amat eſſentiam diuinã, & vtraqꝫ eſt formaliter infinita, & pro quocũqꝫ ſigno eſt eſſentia præſens volũtati diuĩæ, pro illo tunc de neceſſitate amat, & qa æternaliter eſſentia diuĩa perfectiſſimo modo eſt ſibi præſens, ideo æternaliter & pro quolibet ſigno de neceſſitate amat. Et ꝓpterea lex ſiue actus voluntatis diuinæ de neceſſitate eſt æternus.

Vñ prouenit neceſſitas legis diuiæ cũ ſit agẽs uolũtarium.

## De contingentia vel neceſſitate legis diuinæ. Cap. 6.

SALO. Quare igitur diuina voluntas reſpectu creaturarum cõtingẽter oꝑatur & ex tꝑe, & reſpectu eſſentiæ diuinæ neceſſario. DAV. Voluntas diuina neceſſario diligit eſſentiã diuinam, qa eſſentia diuina eſt bonitas & ꝑfectio formalr̃ infinita. Ex qua bonitate infinita, volũtas diuina tãqꝫ

Nota q̃re uolũtas diuina reſpectu creaturarũ contigẽter oꝑatur & reſpectu eſſentiæ neceſſario.

à proprio obiecto neceſſitatur ad amādum. Non autem ſic reſpectu creaturarum, cum nō ſint formaliter infinitæ, nec obiectum primarium diuinæ voluntatis. Noſti ergo hæc clarius, & ad tui animi ſententiam.

## De immutabilitate legis diuinæ. Cap. 7.

CALO. Noui & diſtincte ſatis, nec ꝓpterea recedamus, aut ab inceptis deſiſtere velimus. Sed ꝙ ſcđo loco diximus aꝑire tua (qua ſoles) benignitate decernas. Eſt ne aliquo modo talis lex variabilis, ſiue mutabilis, vt iam dictum eſt, & dubitatum. DAV. Decreui non deſiſtere & tua vota ſatis adimplere, & quæ ſentiā perq̃; libenter dicere, pro cuius rei dilucidatione firmiter teneas, ꝙ illa lex æterna ſiue actus voluntatis diuinæ vſq; adeo firmiſſimus eſt, & ſtabiliſſimus, vt impoſſibile ſit poſſe aliquo modo mutari, ſeu variari. Si.n. diuina voluntas ſiue aliqd qđ eſt in Deo poſſet variari vel eēt mutabile, de facto ſequeretur, ꝙ Deus non eſſet Deus, & hoc includit cōtradictionem. Nam cum oīs mutatio ſiue quaſi mutatio dicat imꝑfectionem ſiue quaſi imꝑfectionē, vt doctrina eſt ſapientium oīum, & oīs imꝑfectio ſiue quaſi imꝑfectio remouenda ſit ab ipſo Deo, vt tenet oīs lex & doctrina. Aliter Deus nō eſſet ſummū bonum, qa careret aliqua ꝑfectiōe. Et actualiter eſſet imꝑfectus, & ꝑ cōſequens non eſſet ſummū bonū, igitur non eſſet Deus, qđ videtur irrationabile & cōtradictionem includere. Ex ꝗbus hæc dicimus ꝙ diuina lex aut diui

Digitized by Google

næ voluntatis actus eſt oĩno ĩmutabilis, oĩno inuariabilis.Sed eodem actu,eadem lege, mouet immobiliter,& gubernat omnia.

## De cauſa ĩmutabilitatis legis diuinæ. Cap.8.

SALO.Satis bñ, ſed obſecro nec te tedeat diſtincte hoc aꝑire, vnde ꝓuenit ꝙ lex illa ſiue actus diuinæ voluntatis eſt adeo immutabilis,et inuariabilis. DAV. Nimiũ acute rimaris hæc ardua & ꝓfunda myſteria,& in eodẽ verſaris, & circa idẽ diuerſa quæris, & varia, ab alijs potius iſta ꝗ̃ à me poteris qñq3 perſcrutari.Nunc ne deeſſe videar,aut rñdenda ſubterfugere,qd ſenſero dicam. Qđ ĩmutabilitas actus volũtatis aut legis diuinæ emanat ex duplici ratione.ſ. eſſentiæ diuinæ, & voluntatis diuinæ. Nã cum eſſentia diuina ſit bonitas & ꝑfectio formaliter infinita. Et voluntas diuina ſimiliter infinita.Et eſſentia diuĩa ſit obiectum adæquatũ,& neceſſariũ diuinæ voluntatis, de neceſſitate ꝓcedit dilectio formaliter infinita, quæ dilectio ſiue amor oĩno eſt indiuiſibilis, oĩno impartibilis.Et ſicut eſſentia diuina et volũtas diuina ſunt formaliter infinitæ,& vna numero. Sic & actus voluntatis diuinæ,aut amor eſſentiæ diuinæ eſt vnus actus numero oĩno indiuiſibilis,formal'r infinitus. Et qm̃ volũtas diuina de neceſſitate diligit eſſentiam diuinã,et eſt actus aut oꝑatio ſibi adæquata.Propterea de neceſſitate idẽ actus numero ſemꝑ cõtinuatur.Ita ꝙ ſicut ab

Vñ ꝓuenit ꝙ lex diuina ſit imutabilis & penitus inuariabilis.



Digitized by Google

æterno voluntas diuina actualiter diligit eſſentiam diuinam, ita pro quolibet inſtanti noſtri tpis actualiter diligit, & ſemper actus ille, aut amor continuatur, ita ꝙ eſt impoſſibile non cõtinuari. Et ex hoc ſeqtur ꝙ lex diuina ſiue actus diuinæ voluntatis omnino ſit inuariabilis. Nam vnus actus numero formaliter infinitus de neceſſitate cõtinuatur, tam ex parte eſſentiæ diuinæ, q̃ȝ ex parte voluntatis, vt diximus.

## De prædeſtinatione. Cap. 9.

Si deus eſſet mutabilis nõ eſſet ſummũ bonũ, & per cõſequẽs nõ eſſet Deus.

SALO. Recte quidem & ſatis abſoluta ſunt quæ mẽtem excitabant meam, quibus iam clarum eſt nobis quid lex diuĩa ſit, quomodo æterna, & omnino ĩmutabilis, qua vel quo actu ab æterno determinauit omnia. Et merito quæ in Deo ſunt de neceſſitate ſunt, & inuariabilia vt ſaluetur ſumma & ĩfinita perfectio diuinitatis. Nam ſi aliquo modo eſſet mutabilis nõ eſſet ſummum bonum, nec Deus per cõſequens, vt patet. Sed nõ potui ex his dictis & vltima concluſione non incidere in ea dubitabilia quæ omniũ pene mentes, animoſq́; vexãt, & cruciant, in quibus & vulgus & ſapientes ceſpitant, dubitant, & inꝗrunt, dicentes. Si lex diuina æterna eſt & penitus ĩmutabilis, qua quidem lege ſiue actu volũtatis diuinæ ab æterno determinauit omnia. Et eſt impoſſibile aliter poſſe determinare & velle. Et pariter diuinus intellectus diſtinctiſſime cognouit determinationẽ voluntatis diuinæ. Et eſt ſimiliter oĩno ĩmutabilis, & eſt ĩpoſ

ſibile aliter poſſe cognoſcere. Ex hoc ſeqtur ꝙ ſi Pe-
trus ab æterno eſt ordinatus ad vitã æternã de neceſſi
tate ſaluabitur, etiã ſi perpetraret omnia mala & faci-
nora q̃ fieri poſſunt, & ſi Ioãnes eſt ordinatus ad pœ-
nas æternas de neceſſitate dãnabitur, ẽt ſi faceret om-
nia bona ſibi poſſibilia, vel volũtas diuina mutabitur.
Et diuinus intellectus aliter cognoſcet, quorũ vtrũ-
que eſt impoſſibile, & irrationabile. Et hoc quoad
animam. Sequeretur præterea benigne pater ꝙ om-
nia de neceſſitate euenirẽt, & ſic ſi aliquis moriatur in
aqua, ideo moritur, qa Deus ſic voluit & determina-
uit. Et pariter ſi moriatur in igne, & quoquo modo
ſiue bonũ ſiue malũ alicui eueniat, iõ eueniret qa Deꝰ
ſic voluit & ordinauit. Et ex hoc ſeqtur negandũ eſſe
& pro nihilo hñdum liberũ arbitrium. Nã nihil pro-
deſſet. Et ex hoc infinita pene mala & errores exori-
rentur. Ex qbus dictis effectũ eſt, vt noſtris tẽporibus
multi mortales aſſerere audeãt & defendere conãtur,
& hæc peſtis peſſima, & contagioſus morbus aſſidue
inficit, & animas mortaliũ maculat, & polluit. Propte
rea te etiã atq; etiam rogo, obſecro, & obteſtor diuĩo
tuo rñſo (vt adſoles) rei veritatẽ in medium adducas,
vt cognita veritate omnium audacia & temeritas ꝑ-
pellatur, & effugiat, & tot mala qlibet euitare poſſit.
DAV. Et qs ò fili dilecte eſt q audeat in huiuſcemo-
di cõſyderatões diſcutiẽdas deſcendere, aut illas agre
di, in qbus oĩum hoĩum mentes caligant, ſicut oculi
noctuæ (vt dicitur) ad lumen ſolis, talia enim ſunt vt
non ſolum humani intellectus potentiam & vires, ve
rũetiam angelici ſine diuino nutu ſuperãt & excellãt.

Digitized by Google

Et quis eſt qui ſapientiæ & ſcientiæ Dei altitudinē & incomꝑhēſibilia eius iudicia rimari poſſit, niſi adfuerit ſupni luminis aliqd? Itaq; nō immerito agitat mentes hoīum, & cruciat, et qnq; ꝑcipitat, qn̄ quod quæris nō in hoīe ſed ſupra hoīem ineſſe videtur. Propterea nulla te ducat admiratio, verūtn̄ ne tua ſit mentis exagitatio aliqua, neq; ſcrupulus maneat, qui te vel potius ſocium, cuius cā moueris (vt videor ad hæc petenda) habeat, dicā quæ ſupioribus annis lumine Dei interpoſito dixiſſe memini. Cum ego & cōplures alij in hunc ſermonē incidiſſemus, tu vero ſi adubitaueris interrogato, conabor enim te non longius morari. Dico ꝙ Deus æternus ab æterno, in inſtāti indiuiſibili æternitatis oēm creaturā rōnalem ꝑdeſtinauit ad vitā æternam, & oēm creaturam rationalem ꝑſciuit ad pœnas æternas, & in quolibet inſtanti tpis noſtri prædeſtinat ad vitam æternā, & non ꝑdeſtinat, abſq; aliqua ſui mutatione, nec etiā rationis. Et hoc diximus ꝑter ſententias aliquorū philoſophorum qui omnē præſciētiam aut præuidentiā ab ipſo Deo ſummo auſi ſunt negare, quas omiſſimus veluti nihil ad rem noſtram facientes. SALO. Verba hæc tua memoria ſūt digna. Sed acutiſſime ponderanda. Nā ſi hoc ꝓbari poſſet quod illa continēt, omnis difficultas ab intellectu humano ſecederet. Dic ergo pater qūo ē poſſibile. DAV. Dicam dilecte fili. Certum eſt apud oēs & ſapientes & doctores, ꝙ Deus æternus de potentia abſoluta pōt ſaluare omnem hoīem, & ſimiliter dānare. SALO. Perq; bene hoc omnes cōſentiunt, & ſimiliter in hoc conueniunt oēs. DAV. Et potentia abſoluta fili in

Nota hāc q̄ſtionem qūo oēs creaturæ rōnales ſunt ꝑdeſtinatæ in uitā æternā, & qūo ſimul ſunt oēs præſcitæ.

Digitized by Google

Deo non eſt aliud niſi voluntas, vt prior actu ſuæ voluntatis. Et ipſa voluntas etiã vt actu elicit ſuum velle eſt prior ipſa volitione. Nam voluntas fili vt ꝓducẽs actum, eſt prior actu, & libera ad vtrũq; oppoſitorũ. Si ita eſt, ſeqtur ꝙ cum voluntas diuina in illo inſtãti æternitatis vt erat prior actu, poterat ad vtrũq; oppoſitorum. Et poterat ſaluare omnem hoĩem mere libere & contingenter. Ergo pariformiter & modo cum ſit eadem volũtas ſimpliciter vna formal'r infinita. Et vnicus actus voluntatis ſuæ formal'r ĩfinitus. Et vnum inſtãs indiuiſibile æternitatis, ꝙ ſicut in illo priori poterat ad vtrumq; oppoſitoꝝ. Ita & in quolibet inſtanti nunc põt, cum voluntas ſemꝑ ſit prior actu, vt dixi.

SALO. Verba & rõnes tuæ multum videntur habere efficaciæ, & ſapientiæ, & ea attingere quæ ſupra humanum intellectum eſſe exiſtimãtur, vt intellectus tñ humanus qeſcat, quid dicẽdum tibi videtur ad remouendã hanc difficultatem? Tenent ſapientes ꝙ nõ eſt tranſitus à cõtradictorio ad cõtradictorium ſine mutatione, quia aliter non eſſet ratio, quare nunc vna ꝑs cõtradictionis ſit vera, & prius non fuit vera, & nunc eſt falſa, et prius non fuit falſa. Verbi gratia. Si manus mea nunc eſt calida et prius nõ fuit calida, non poteſt eſſe ſine mutatione manus. Aliter non eſſet ratio q̃re nunc eſt alba, & prius non fuit alba, vel calida. Nunc aũt ſi voluntas diuina ꝑdeſtinauit Petrum, & nunc nõ ꝑdeſtinat, non videtur poſſe eſſe ſine mutatione, & ſic voluntas diuina eſſet mutabilis, qđ eſt ĩpoſſibile. Similiter cum intellectus diuinus ab æterno cognouit voluntatẽ diuinam determinare Petrum fore ſaluãdum,

Digitized by Google

& eſt impoſſibile aliter poſſe cognoſcere, ſequitur ꝙ intellectus diuinus non cognoſcet hoc,&c. vel aliter cognoſcet,quorũ vtrũq; eſt ĩpoſſibile. DAV. Acutiſſime qdẽ veluti diuinorũ ſecretorum ſolertiſſimus inquiris & hæc inueſtigas, habeas tñ hanc tuæ dubitationis declarationem,ꝓpoſitis aliqbus notabilibus ex noſtra voluntate adplicabilibus,poſtmodum ad ꝓpoſitum. Dico igitur ꝙ voluntas noſtra poteſt velle aliqua duo oppoſita in eſſe alteri,dupľr. Vel pro eodẽ inſtanti & eodem actu voluntatis numero. Vel pro alio & alio inſtanti,& ꝑ alium & alium actum voluntatis,& hoc modo poteſt velle illi nullo modo variata in ſe ante terminum volũtatis, pateat exemplo ſic, ego poſſum velle Ioãnem eſſe diuitem & nõ eſſe diuitem pro vno & eodẽ inſtanti,& vno & eodẽ actu voluntatis,vel pro alio & alio inſtãti,& ꝑ alium et alium actum voluntatis. Et hoc poteſt eſſe dupľr, vel ego vellem Ioannẽ eſſe diuitem & fœlicem voluntate efficaci & abſoluta,vel voluntate conditionata. Voluntas abſoluta & efficax vocatur qñ ego volo aliqd alicui ſine aliqua conditione,& voluntate efficaci ſtatim pono effectum in eſſe. Verbi gratia,ſi ego vellem voluntate efficaci Ioãnem eſſe diuitem,& poſſem ipſum facere diuitem,ſtatim ponerẽ effectum in eſſe.i.ſtatim Ioãnes eſſet diues,vel poſſem Ioannem eſſe diuitẽ vel nõ diuitem voluntate cõditionata.i. ſi ipſe eſſet bonꝰ chriſticola ſeruans ꝓcepta dñi ſit diues,ſi aũt non ſeruauerit ꝓcepta illius non ſit diues. Et non eſt neceſſe ponere alteram partẽ diſiunctiue niſi ſtante conditione.i. niſi Ioãnes ſeruauerit ꝓcepta dñi non erit diues,

Nota qũo uoluntas noſtra pôt uelle aliq̃ duo oppoſita,in eſſe alteri & quot modis.

Quid ſit uolũtas efficax & abſoluta.

Quid ſit uoluntas conditionata.

& hoc

& hoc abſq; aliqua mutatione in voluntate mea, quia volo duo oppoſita ineſſe Ioanni pro alio & alio tp̄e, non voluntate efficaci, neq; abſoluta, ſed tm̄ conditionata, ita eſt in ꝓpoſito voluntas im̄enſa diuina poteſt velle q̄cũq; obiecta abſoluta (exceptis peccatis & inordinate volitis,) q̄ poteſt voluntas creata, & ſicut voluntas creata poteſt velle duo oppoſita in eſſe alteri pro vno & eodem inſtanti, & vno & eodẽ actu volũtatis, vel pro alio & alio inſtanti, & p alium & alium actum voluntatis. Ita volũtas diuina poteſt velle duo oppoſita ineſſe alteri pro alio & alio inſtãti, ſed vnico ſimpl'r actu voluntatis nullo modo variato ex parte rei, ſed tm̄ ſcđm rõnem. i. ꝙ actus voluntatis diuinæ vt tranſit ad Petrum p̄deſtinatum, vocatur actus prædeſtinandi, vt aũt tranſit ſuper conſeruationem illius dicitur actus conſeruandi, vt autem tranſit ſuper animam creatam, dicitur actus creandi nulla facta variatione ex parte ipſius actus, ſed tm̄ vt conſyderatur trãſire ſuper diuerſa obiecta, dicitur eſſe diſtinctus ſcđm rationem. Poteſt ergo volũtas diuina velle Petro diuerſa obiecta pro alio & alio inſtãti, vel pro eodem, & hoc vel voluntate abſoluta & efficaci, vel voluntate conditionata. Dico igitur ad argumentũ, qñ dicis Si voluntas diuina eſt ſimpl'r im̄utabilis, & ab æterno voluit quæcunq; voluit, ergo non poteſt velle oppoſitum, vel ſeq̄retur ꝙ eſſet mutabilis quod eſt im̄poſſibile. Dicendum eſt ꝙ ſi voluntas diuina vellet Ioãnem p̄deſtinare ad gloriam voluntate abſoluta, nõ poſſet velle oppoſitum ſine mutatione, & hoc ẽtiam intelligendo de voluntate efficaci. Si autem voluntas diuĩa

Nõta q̃uo Deus uoluit ab æterno omnẽ hoiem ſaluũ fieri.

L

vult prædeſtinare Ioannem ad gloriam voluntate cō ditionata, non ſeqtur ipm poſſe ſaluari vel damnari, niſi ſtante cōditione. Et hoc abſq; vlla mutatione ipſius voluntatis, qa non abſolute ordinauit ipm ad gratiam & gloriam cōſequendam, niſi ſtante cōditione, vel niſi voluntate cōditionata, hoc eſt ſi in vltimo inſtanti mortis inuenitur in gratia, vult ipm eſſe ordinatum ad vitam æternam. Ad ſecūdum præpoſitum in quo dicitur, cum intellectus diuinus cognouit oīa, & eſt īpoſſibile aliter poſſe cognoſcere q̄cunq; cognouit, aut ergo cognouit Petrum eſſe ſaluandū ſiue p̄deſtinatum, aut nō, vel ſimul ab æterno cognouit vtrūque, ſi cognouit ipm eſſe p̄deſtinatum, ergo eſt īpoſſibile ipm non poſſe ſaluari, ſi autem cognouit oppoſitum. ſ. ipm non eſſe p̄deſtinatum, ergo impoſſibile eſt ipm poſſe ſaluari, & ſeqtur argumētum, vel cognouit vtrūq;, & hoc eſt impoſſibile, qa aut voluntas diuina p̄deſtinauit illum ad gloriā, aut non, ſi prædeſtinauit, ergo intellectus diuinus ab æterno cognouit, aliter Deus non eſſet omniſciens, aut non determinauit, & ſic intellectus diuinus cognouit Ioānem nō eſſe prædeſtinatum ad vitam æternā, aut voluntas diuina non p̄deſtinauit neq; reprobauit, & hoc eſt impoſſibile, qa illa diuina voluntas ab æterno ordinauit oīa ad vltimum finem. Dico igitur fili mi, q̄ diuinus intellectus eſt īmutabilis, & ab æterno cognouit oīa, & impoſſibile eſt aliter poſſe cognoſcere. Et cū dicitur aut cognouit Ioānem eſſe p̄deſtinatum ad gloriam, aut nō. Dico q̄ cognouit illum eē ad gloriā ordinatum. Et cum dicitur, ergo eſt impoſſibile ipm poſſe aliter co-

Digitized by Google

gnoſcere. Et ꝑ conſequens de neceſſitate ſaluabitur. Dico dilecte fili conſequentiã non tenere. Nã quãuis intellectus diuinus ab æterno cognouit Ioãnem eſſe p̃deſtinatum ad gloriam. Et hoc infallibiliter, tñ cum hoc cognouit oppoſitum.ſ.ip̃m non eſſe p̃deſtinatũ. Pro rei intelligentia eſt aduertendũ, ꝙ Deus ab æterno ex ſua infinita bonitate voluit omnem hoĩem fieri ſaluũ. Et hoc loquẽdo de voluntate conditionata, qa ſi voluntate efficaci voluiſſet omnem hoĩem ſaluũ fieri, ante mundi creationem omnem hoiem creaſſet ſimul cum gratia & gloria conſumata, qa voluntas efficax ſtatim ponit effectum in eſſe ſi poteſt. Et volũtas diuina cum ſit formaliter infinita potẽs oĩa ex nihilo ꝓducere ab æterno omnem hoĩem produxiſſet, cuius oppoſitum ſatis patet, qđ hoc modo debet intelligi, qđ ipſa inquantum eſt ex ſe vellet oẽm hominem ſaluum fieri, & ordinat ip̃m ad gloriam, vſq; ad illud inſtans quo fuerit ſine peccato mortali, vel melius quo fuerit in gratia, & ip̃m non eſſe p̃deſtinatum, ſiue ip̃m velle puniri ab illo inſtanti in quo repitur in peccato mortali vſquequo veniat ad pœnitentiam, & ſi in vltimo inſtanti mortis repitur in gratia vult ip̃m eſſe p̃deſtinatum ad gloriam, ſi autẽ in ultimo inſtanti mortis repitur in peccato mortali dãnabitur. Et ſicut uoluntas diuina determinauit ſic intellectus diuinus ĩmutabiliter cognoſcit determinationẽ uolũtatis diuinæ.i. cognouit Ioannem ab inſtanti culpæ ip̃m eſſe ordinatum ad pœnas æternas, uſq; ad illud inſtans pœnitentiæ, & cognouit Ioannem eſſe ordinatum ad uitã æternam ab illo inſtanti in quo repitur in gratia, uſq;



Digitized by Google

ad inſtans culpæ,& diſtinctiſſime cognouit ſi finaliter morietur in peccato mortali dānabitur, & ſi in vltio inſtanti in gratia ſaluabitur. Et hoc abſq; omni mutatione intellectus & voluntatis. SALO. Sunt hæc à te diſcuſſa ſubtiliter, & non ſine artificio & ſapientia, ſed vt videre videor difficultas ipſa remanet in vigore ſuo,quia iam dixiſti, q̄ Deus æternus ordinauit vt ab illo inſtanti quo ſiue in quo Ioannes reperitur in gratia ſit ordinatus ſiue prædeſtinatus ad vitam æternam vſque ad inſtans peccati, & ſi finaliter morietur in gratia ſaluabitur, & ab illo inſtanti quo eſt in peccato mortali eſt ordinatus & p̄ſcitus ad pœnas æternas,& ſi in illo morietur damnabitur. Et ex conſequēti cum ſit electio conditionata nihil ponit in eſſe niſi ſtante conditione,& ex conſequenti non poteſt ſequi aliqua mutatio,hæc fuerant dicta ſummatim. Contra hoc arguitur. Certum eſt pater obſeruande q̄ hō non poteſt eſſe in gratia niſi à Deo creetur. Nam nō eſt in poteſtate alicuius creaturæ aliquid ex nihilo facere,ſicut gratia fit,& per conſequens homo nihil poteſt operari ad ſalutem. Si igitur quando ſum in gratia ego ſum prædeſtinatus,& ordinatus ad vitā æternam,& Deus eſt cauſa īmediata gratiæ, quia ipſe ſolus poteſt conferre & donare,ergo ſeqtur q̄ Deus eſt cauſa meæ damnationis, quia nō confert gratiam & non ego peccator. DAV. Hæc ratio videtur habere non parum apparentiæ, tamen nihil habet exiſtētiæ. Et ideo dicimus pro illius ſolutione,q̄ Deus æternus ex ſua bonitate poſuit in poteſtate cuiuſq; animæ rationalis gratiam, pro quanto voluit hominē habere

Nota hāc obiectionem.

Deus nullo mō eſt cauſa dānationis.

gratiam, pro quocunq; inſtanti haberet diſplicentiam de peccato commiſſo, & hoc creatura fili dilecte, põt ex puris naturalibus nullo ſtante particulari influxu, & ſic creatura quãuis non poſſit gratiã creare, tamen ſi diſponit ſe poteſt illam habere, & ſi non habet, hoc eſt ex parte ſua & ex ſuo defectu, non ex parte Dei, ꝓpterea ꝙ non vult ſe diſponere neq; habere attritionem de peccato cõmiſſo. SALO. Solutio ſatis clara & diſtincta mihi eſſet, niſi adhuc aliquid difficultatis ſupereſſet. Dixiſti nãque ꝙ ideo homo poteſt habere gratiam, quia pro quocũq; inſtãti ſe diſponit ad gratiam habẽdo diſplicentiam de peccato cõmiſſo, pro illo inſtanti Deus confert ſibi gratiam, & ſi nõ habeat hoc eſt ex ſuo defectu & non ex parte Dei. Contra. Certum eſt mi pater ꝙ homo non poteſt ſe diſponere ad gratiam niſi Deus ſit cauſa illius diſpoſitionis. Antecedẽs eſt notabile dictum ſapientis illius & per ſe notum (vt ſatis te meminiſſe credo) Nã deus eſt cauſa vniuerſalis omnium rerum. Et ideo dicũt ꝙ prima cauſa prius influit in effectum, q̃; ſecũda, igitur ſi Deus influit prius in effectum q̃; ſecũda, ergo ſequitur ꝙ ſi Deus non influit ſiue non cauſat non habeo diſplicentiam de peccato commiſſo, ſi non habeo diſplicentiam ſiue dolorem non habeo gratiam, ſi non habeo gratiam, ſum damnatus, ſequitur à primo ad vltimum ꝙ Deus eſt cauſa meæ damnationis. DAV. Adhuc væhementius argumẽtatus es. Sed dicã ego ſolutius clariusq;, ut nihil præterea difficultatis remaneat. Nec te lateat ꝙ authoritas ſiue ſententia illius ſapientis non debet ſic intelligi, ꝙ Deus in aliquo inſtã

Adhuc inſtatur ꝙ de⁹ ſit cã noſtræ dãnationis.

Digitized by Google

ti priori concurrat ad effectũ,& in aliquo inſtanti poſteriori concurrat cauſa ſcđa. Sed in eodem inſtanti quo cauſa ſcđa ꝑducit effectum,& Deus ꝑducit,cum ſint cauſæ eſſentialiter ordinatæ, tñ prima cauſa dicitur prius concurrere in effectum.i.perfectius cũ Deus ſit cauſa perfectiſſima. Et licet Deus non de neceſſitate agat ad extra(ut dixerũt nõnulli & male.) Sed mere contingenter & libere,tñ ordinauit uelle concurrere ad oꝑationem cuiuſcunqȝ cauſæ ſecundæ ſiue creaturæ. Vnde ſapiẽtes aiunt Deus res quas condidit ſic adminiſtrat,ut ꝓprios motus agere ſinat, & ſic ſeqtur cum homo poſſit diſponere ſe ad gratiã, & Deus infundat gratiam, quod põt habere diſplicentiã ſiue attritionem de peccato, & ſic poteſt ſeipſum ſaluare,& ſaluum reddere.SALO. Licet ſolutiones iſtæ videãtur ſatisfacere quæſitis, tñ prima difficultas non videtur penitus ſoluta & euacuata, quæ ſi adhuc ꝑſiſteret in ſuo robore nullius pene momẽti fuiſſent rñſiones, videlicet ꝙ Deus nõ poſſit aliquẽ ſaluare ſine ſui mutatione ſi illũ ordinauerit ad pœnas æternas. Et hoc ſic oſtenditur atqȝ probatur. Omne p̃teritum eſt ſimpliciter neceſſarium,nam hoc ſolo priuatur Deus ingenita facere quæ fecit,ſcđm ſapientiæ amatorẽ.Sed prædeſtinatio Petri trãſiuit in præteritum, qa ab æterno eum prædeſtinauit(vt dixiſti) ergo non poteſt ipſum non prædeſtinaſſe,& per conſequens,ſi prædeſtinatus eſt dãnari minime poteſt. DAV. Non ſine argutia fuere hæc paucula dicta.Nam prima fronte videntur addere vincula & ligare, ſed vt aduertas eadẽ nõ claudere vt arbitraris & exiſtimas. Aduerte vt ve-

Deus licet prius iſluat in effectũ quã cã ſecũda, nõ tñ ẽ cauſa damnationis.

ritas eluceſcat. Q d ſicut voluntas diuina anteq̃ nihil determinaſſet poſſe velle oppoſitum mere libere & cõtingenter. Ita & nunc in inſtanti æternitatis correſpondens cuiq; inſtanti tpis noſtri, & ratio eſt q̄a ſicut voluntas diuina vt prior tranſitu ſuper obiectum põt ad vtrũq; oppoſitorum. Ita cum ipſa ſit prior actu, vt etiam actu elicit, põt ſuper vtrũq; obiectum. Q d' aũt vt actu elicit, ſit prior actu. Patet, quia voluntas ante actum non eſt libera, q̄a tunc non producit, nec poſt actum, quia iam produxit. Sed in illo ſigno dum actu ꝓducit vt ſuo modo eſt prior actu, pro tunc eſt libera ad vtrũq; oppoſitorum. Procedit igitur fili dilecte, argumentũ tuum ex imaginatione falſa. Si. n. ꝑ impoſſibile ĩtelligeremus Deũ adhuc nõ determinaſſe actũ voluntatis ſuæ, ſiue voluntatem ſuam ad alteram partem, ſed quaſi deliberaret, vtrum vellet ipm prædeſtinare, aut non, bene poſſet intellectus noſter capere ꝙ cõtingenter ipſum ꝑdeſtinaret, vel nõ prædeſtinaret, ſicut patet in actu voluntatis noſtræ. Sed quia ſemper recurrimus ad actum voluntatis diuinæ, quaſi præteritum, ideo non cõcipimus libertatem in uoluntate illa ad actum q̄ſi ſit poſitus abſolute à uolũtate. Sed hæc imaginatio falſa eſt, illud enim nũc eternitatis in quo eſt iſte actus ſemꝑ pñs eſt, & ita intelligendum eſt de voluntate diuĩa, ſiue de eius volitione, vt eſt huius obiecti, ſicut per impoſſibile nunc inciperet Deus habere velle in iſto nunc. Et ita libere Deus poteſt habere velle in iſto nunc æternitatis quod vult, ſicut ſi ad nihil eſſet voluntas ſua determinata. His dictis reſpondeo ad formã argumenti. Cum dicitur, ſic. Omne p̃te

Nota hãc notabilem obiectionem.

Nota q̃ro uolũtas diuina dicatur libera.

ritum eſt ſimplr neceſſariũ tranſeat. Et cum dicitur ſed pdeſtinatio Ioãnis tranſiuit in pteritũ, negatur hoc, licet. n. coëxtiterit præteritis quæ tranſierunt, non tamẽ ipſa præterijt, ſi alia præterierunt quæ coextiterũt ſibi, vt patet de cœlo & motu ipſius, qa licet motus & partes ipſius quæ coextiterunt cum mobili præterierunt, non tñ ipſum cœlum præterijt, qa verba diuerſorum tẽporum dicta de Deo, prout veriſſime cõpetunt ſibi, non cõſignificant partes tẽporis cõmenſurantes actũ illum, ſed conſignificant nunc æternitatis quaſi menſurans actum illũ, inquãtum coexiſtẽs illis pluribꝰ partibus tpis. Et ideo idem eſt Deum pdeſtinare, pdeſtinaſſe, & pdeſtinaturũ eſſe. Et ita contingẽs vnũ ſicut & reliquum, qa nihil eſt, niſi nunc æternitatis mẽſurãs actum illum, quod non eſt pñs, neqꝫ præteritum, neqꝫ futurum, ſed coexiſtens oĩbus illis. Et ſic patet quod clauſum videbatur & obſcurum & luce clarius. SALO. Soluta vidẽtur vincula quibus deuinciri intellectus noſter & impediri à veritatis lumĩe videbatur, ſic vt pleno ore dicere valeam, ita eſſe tenendum, vt rñſa ſapientiſſima ad aures puenerunt, ſed (vt tibi verum fatear) determinatio tua videtur eſſe contra cõem & pene oĩum doctorꝝ determinationẽ, & ſñiam, qui quidẽ cum hanc mouent qõnẽ aliter ſentire, & aliter ſoluere nituntur dicentes ſic ad quæſtionẽ vtrũm pdeſtinatus poſſit dãnari. Rñdent quod in ſenſu diuiſo prædeſtinatus poteſt dãnari, quod ſic declarant, qđ voluntas diuina põt ſup vtrũqꝫ oppoſitorum, non ambo ſimul, nec etiã ꝙ vnus poſſit ſuccedere alteri, quia in æternitate eſt vtrũqꝫ, ſed vera ſimul, inquantũ volitio diuina

Nota ꝙ idẽ eſt deũ pdeſtinare pdeſtinaſſe & pdeſtinaturum eſſe.

Obiectio notabilis hec determinatio uidetur expſſe contra cõem opionẽ omnium theologorum.

conſyderatur

Digitized by Google

conſyderatur vt prior tranſitu ipſius ſuper illud obie-ctum, quod eſt gloria illi, in illo priori natural'r nō re-pugnat ei eſſe oppoſiti obiecti, imo poſſet eſſe æqua liter oppoſiti, licet non ſimul amborū. DAV. Nō eſt iudicanda contra iſtorū determinationē talis opinio dilecte fili. Sed aliorum pace opinio iſtorū eſt opinio mea vere & real'r. Verba autē iſtorum debent bene et ſane intelligi. Cum ergo dicitur ꝙ volūtas diuina po teſt velle oppoſita, non ambo ſimul, qa oppoſita eſ-ſent in æternitate, nec ſucceſſiue, qa ambo in æternita-te, & in voluntate diuina nō pōt eſſe ſucceſſio actuū, ſed vt voluntas ſeu volitio eſt prior tranſitu ſuper ob-iectum poteſt ſup̱ vtrunq;. Dico ꝙ ſi intelligatur vo-luntatem diuinā tantum poſſe ſuper oppoſita in illo priori anteq̃ eliciat actum, eſt contra doctrinā iſtorū, expreſſe in illa quæſtione mota, vbi vult ꝙ volūtas di uina eſt libera ad vtrūq; oppoſitorum, non ante actū, nec poſt actum, ſed qn̄ actu elicit eſt libera ad vtrunq; oppoſitorum. Si aūt intelligatur ꝙ ſit aliquod inſtās, poſt quod voluntas diuina non pōt velle oppoſitum alicuius obiecti voliti, hoc eſt contra mentē ipſorū, q volunt exp̄ſſe ꝙ voluntas diuina nunc poteſt velle ali quod obiectū ac ſi nunq̃ eſſet voluntas eius determi-nata. Et ita libere & contingēter ac ſi nunq̃ determi-naſſet. Et per conſequens non eſt ad mentē ipſorum vt aſſignetur aliqđ inſtās, in quo ſi voluit aliquod ob-iectum, poſt illud non poſſit velle oppoſitum. Et hoc abſq; vlla ſui mutatione vt præceſſerunt p̄teritæ ratio nes, debet ergo intelligi, ꝙ voluntas diuina vt prior trāſitu ſup̱ obiectum. i. ſi aliqđ ſignum dari poteſt in-

Hæc opinio non deuiat à ueritate, ſed idē dicit qđ alii recte intel lecti ſenſere.

Nota qūo intelligitur ꝙ uoluntas ut prior trāſitu ſup̱ obiectū pōt ſup̱ utrū-q; oppoſito-rum.



Digitized by Google

ter voluntatem & volitionem, poteſt ſup vtrunq;. Et talis prioritas reperitur in voluntate diuina, reſpectu actus ſiue volitionis pro quocunq; inſtanti, cum principium ſiue actus primus p̃cedat actum ſecũdum ſiue opationem. Et quod iſta ſit mens ipſorum, patet expreſſe per ſupradicta r̃ndendo ad argumentum principale, vbi dicit ꝙ tale argumentum procedit ex falſa imaginatione. Cum actus voluntatis diuinæ nunquã ptranſiuit in p̃teritum, ſed ſemp eſt perfectiſſime p̃ſens præterito, præſenti & futuro, & mere libere ad vtrũq; oppoſitorum ac ſi nunq̃ determinaſſet. Poteſt ergo in inſtanti æternitatis velle oppoſita, non tñ pro æterno. i. ꝙ licet voluntas diuina determinauerit oĩa ante mundi creationẽ, non tñ ante mũdi creationem prædeſtinati fuerunt creati in gratia & gloria, ſed in tẽpore continue creãtur, quia aliud eſt velle in æternitate, & aliud ẽ velle pro æternitate. Voluntas igitur diuĩa ab æterno licet nõ pro æterno voluit omnem hoĩem ſaluum fieri, non voluntate abſoluta, neq; efficaci, ſed voluntate conditionata, vt dictum eſt, hoc eſt ordinauit omnem hoĩem ad vitã æternam pro quocũq; inſtanti eſſet ſine peccato mortali, vel eſſet in gratia, & finaliter moriatur in gratia, finaľr ſaluabitur. Et voluit omnẽ hoĩem puniri pœna æterna, hoc eſt eſſe ordinatum ad æternas pœnas pro quocũq; inſtãti eſſet in peccato mortali, & ſi in illo moriatur, dãnabitur. Et hoc eſt quod dicitur voce illius magni præconis & verbo clariſſimo cum intellectu expoſitionis datæ, Deus vult omnes hoĩes ſaluos fieri. SALO. Receſſit à me oĩs vmbra & caligo totius ſolutæ difficultatis ex

Voluntas diuina ab æterno licet non ꝑ æterno uoluit oẽm hominẽ ſaluum fieri.

præcedenti ratiocinio, quod equidem non ſine ſupñi luminis fauore fuit à te benigniſſime exhibitũ & multis rationibus in lucem editum, ſi aperueris & nobis oſtenderis, an authoritas iſta videatur intelligi de voluntate antecedenti. DAV. Parum hoc ꝓdeſſe videtur, qa ſi non poſſumus ſaluari, qd mihi ꝓdeſt ſcriptura ſacra? Quare tota lex noſtra moſaica ꝓclamat, & ꝓphetæ nunciant? & prima veritas in ſacris euãgelijs docere non deſinit? Si vis ad vitam ingredi ſerua mãdata, & rurſus. Si qs ſermonẽ meum ſeruauerit mortẽ non videbit in æternum. Et tu fili qñq; intonas. Deus ab initio formauit hoíem, & poſuit eum in manu con ſilij ſui, & appoſuit ei mãdata & præcepta, ſi volueris ſeruare illa, conſeruabunt te, adpoſui ante te ignem, & aquam, ad quodcunq; velis adponas manum tuam, ante hoíem bonũ & malũ, vita & mors, quod voluerit dabitur ei, quomodo Deus reliqſſet eum in manu cõſilij ſui, ſi ita determinaſſet eum ad vitam æternam, vt nõ poſſet dãnari? vel non poſſet ſaluari? & qũo adponeret manum ſuam ad ignem & aquam, ſi non poteſt bene opari, & nõ ſit in poteſtate ſua bene vel male agere? SALO. Deus æternus nemini tenetur gratiam dare. Sed cuicunq; vult illã tribuit, & nulla eſt ꝑſonarum acceptio apud Deum cum nulli teneatur. DAV. Quãuis fili Deus nulli teneatur, ſed cuicunq; dat beatitudinẽ ex ſua mera bonitate, & nulla ẽt poſſit eſſe ꝑſonarũ acceptio, tñ dicito mihi, cum ab æterno fuerim à Deo creatus ad imaginem & ſimilitudinem ſuam, ſaltẽ in mente diuina, & ad vltimum finem ſ. beatitudinem, ſicut & Petrus, & eſſem capax ita bea



Digitized by Google

titudinis,& eſſem ita innocens, ſicut & Petrus,q̃ nam eſſet cauſa qua tribueret mihi dãnationem, vel nollet dare beatitudinẽ,cum nihil repiatur in Petro, quin in me ſit,& nihil mali geſſerim. Cumq; Deus ſummũ ſit bonum,ſummeq́; cõmunicabile,& quanto magis bonum,tanto magis cõmunicabile,totaq́; ſcriptura diſcat & prædicet infinitam Dei miſericordiã, quomodo eſſet miſericors,ſi mihi innocenti beatitudinem negaret,atq; æterna pœna me puniri vellet, nulla omnino videtur ratio. Quamobrem dicimus Deum æternum abſq; aliqua ſui mutatione & impfectione præſtinaſſe oẽs ad beatitudinem, & ad pœnas æternas præſciuiſſe voluntate tamẽ conditionata. In quolibet enim inſtanti prædeſtinat & non prædeſtinat,affert teſtimonium huius rei plurimis in locis quibus ſatis patere poterit quæ dicta ſunt omnia in concluſione dubitationis ꝓpoſitæ,& iam ſolutæ. Dicit enim, vbi ceciderit lignũ,ibi manebit. Et iterum ꝑ ꝓphetã. Si peccator egerit pœnitentiã, & reuerſus fuerit ab iniq̃tate ſua,& fecerit iudicium & iuſtitiam,oĩum iniq̃tatũ ſuarũ amplius non recordabor. Nunq̃d voluntatis meæ eſt mors impij,dicit dñs,& non vt magis cõuertatur & viuat? quaſi dicat nõ. Et ſilr ait ex oppoſito, ſi iuſtus receſſerit à iuſtitia ſua,& fecerit iniq̃tatem,omniũ operationum eius amplius non recordabor, in iniuſtitia ſua, qua ꝓuaricatus eſt morietur. Et rurſus ait. Nouit dñs mutare ſñiam ſi noueris emẽdare delictum, &(vt noſti)omnis doctrina clamat,ꝙ iudas damnatus non fuiſſet,ſi peccatorũ pœnitẽtiam egiſſet,hæ voces Dei ſunt,hæc verba, & authoritates q̃ quotidie noſtras ꝑ-

Digitized by Google

ueniunt ad aures, qbus colligitur Deum ſemp ꝑdeſti-
nare, & in noſtra poteſtate oĩa poſuiſſe, ſicut ſpiritus
ſanctus qñqꝫ ꝑ os noſtrũ dixit. Aĩa mea in manibus
meis ſemper, hoc eſt noſtra ſalus noſtraq́; prædeſtina
tio in noſtra poteſtate eſt repoſita Deo ſemꝑ adiuuã-
te. Habes fili dilecte quod tanto deſyderio audire de-
ſyderabas de ꝑſcitis ac prædeſtinatis, quæ nos & alij
ſentire videmur. Nunc ſi quid eſt aliud in quo valeat
pater tuus morẽ gerere vel opitulari, nec te latet pa-
trem filio nihil vnq̃ꝫ inficiari aut negare poſſe.

## An bona & mala eueniant de neceſſitate. Cap. 10.

SALO. Audita ad plenum ſnĩa tua
de præſciẽtia & prædeſtinatione nõ
ſine diuini numĩs fauore & dulci au-
ra à te recitata, per quam oẽs dubitã
tiũ difficultates & obiecta facillime
ſoluũtur. Videamus ſi placet, id qđ multos ꝑcipitat, &
vſqꝫ adeo ĩplicat, vt oĩa credãt de neceſſitate euenire.
Habet. n. hæc difficultas (vt iã vides) originẽ à ſupio-
rib⁹ dictis, ꝓpea arbitrãtur ꝙ ſi qs in aq̃ ſubmergatur,
ſi qs moriatur in igne, id fuiſſe à Deo ꝑdeſtinatũ & de
neceſſitate futurũ. Et in bonis ſimil'r vt in malis & ad-
uerſis, quod videtur manifeſte dirigi contra ſcripturã
ſacram, vt in ſuperioribus pluribusq́; locis eſt à te ꝓli
batum & enarratũ. Et quãuis hoc horribile habeatur
in ſacris atqꝫ abominabile, nõ põt non ſuboriri & oc
currere nobis hæc dubitatio ex ſupioribus dictis. Au-
dias rogo, vt bñ ſoles benigno tuo ſilẽtio, & diuĩo rñ
ſo ſolones cõcedere nõ dedigneris. Nã ſi recte memi

neris(ego etenim rite memini) eſt dictũ ſatis ſuperq; atq; determinatum. Quod lex diuina eſt æterna eſtq; ſimpľr oĩno ĩmutabilis, qua lege ſiue actu voluntatis diuinæ ab æterno omnia ordĩauit & voluit Deus. Et eſt impoſſibile aliter poſſe velle. Sequitur ergo ꝙ oĩa eueniant de neceſſitate. Et qualitercunq; moriatur homo, & quodcũq; homini eueniat, ſiue bonum ſiue malum, id ꝓpea euenit, q̄a futurum erat, & à Deo determinatum, & ſic de neceſſitate, quapropter ne dubitatio hæc & error inhæreat mentibus, tua qua ſoles claritate ĩgenij & doctrinæ, dicas rogo quæ ſentire videris. DAV. Quod quæris ſupra humanum eſt intellectũ, in quo acutiſſima volutantur ingenia, & vix explicari atq; exolui pñt, reconditum videtur hoc in diuina voluntate, in cuius ptãte eſt agere quicquid velit, nõ eſt abſq; audacia, & temeritate hanc ꝓuinciam adſumere, quiſq; in humanis tãtum verſabitur, niſi adſit diuini luminis radius, non ſemel in hoc inſudauimus, multos audiuimus dubitantes, multos hoc ipm ſoluere ꝑſuadentes, multos deniq; aberrantes, cum in eo diuerſi diuerſa ſentiant, ꝓpterea prætermiſſis aliorum opinionibus, necnõ oppugnationibus, poſtpoſita longa dicendi ſerie, longa.n. eſt hyſtoria & lõgæ ambages ſuperno tñ lumine quo in cunctis tibi ſatisfacere potui, ſumma ſequar faſtigia rerum, vnam tm̃ ponens cõcluſionem. Licet æternus Deus ab æterno ſua incõmutabili lege, & oĩno inuariabili oĩa ordinauerit ad vltimum finẽ, tñ mors ĩmatura quoquo modo adueniat, ſiue in ignẽ, ſiue in aqua, & hmõi, non ꝓuenit de neceſſitate, ita ꝙ nõ ſit in poteſtate hominis illud euadere.

Nota q̃ñ oĩa ſũt i poteſtate nr̃a.

Et ſimil'r bona & mala adeo ſunt in poteſtate homís meritorie vel demeritorie loquẽdo quo ad animam, vel quo ad corpus, qd' ſi pōt vti libero arbitrio omnia hæc poteſt euadere, & nullum malum de neceſſitate ſimpl'r eueniet, quin ſit in noſtra poteſtate & dñio. Pro huius rei lumine & claritate eſt notãdum, ꝙ De⁹ ab æterno in inſtãti indiuiſibili æternitatis ꝑduxit omnes creaturas q̄ fuerunt ſunt & eſſe pñt in eſſe. ſ. intelligibili, ſiue poſſibili, aut ideali, ꝑut veritas inter chriſtianos tenetur à Ioãne euangeliſta q aſſeruit. Quod factum eſt in ipſo. ſ. verbo vita erat, qa oĩa illa quæ ab æterno à diuino intellectu fuerunt ꝑducta, erant idem quod Deus. Et dicebãtur viuere vita Dei, & intelligere intellectione Dei. Et rõ eſt, qa ĩtellectio aut cognitio ĩtellectus diuini qua diuinam eſſentiã cognouit, in eſſe intelligibili ſiue cognito fuerunt producta, ita ꝙ illamet cognitio diuinæ eſſentiæ inquãtum terminatur ad hominẽ dicitur idea hominis, inquãtum terminatur ad angelũ dicitur idea angeli. Et pariter de omnibus creaturis alijs. Ita ꝙ idea creaturæ non eſt aliud q̄ȝ diuini intellectus cognitio de diuina eſſentia terminata ad creaturam. Et qm̄ illa cognitio diuini intellectus ſiue diuinæ eſſentiæ eſt idem real'r quod Deus. Et illamet cognitio realiter & fundamental'r eſt idea creaturarũ, ideo cum illa cognitio ſit idem real'r quod Deus. Et Idea ſit idem real'r quod ipſa cognitio. Sequitur neceſſario ꝙ ſicut illa cognitio Dei eſt æterna eſt vita, eſt incorruptibilis, &c. ſic ſimil'r illæ ideæ dicũtur viuere vita Dei, & eſſe æternæ æternitate Dei, & eſſe incorruptibiles &c. Poſtmodum ex tpe ſicut pla

Quid ſit idea in mente diuina.

Digitized by Google

Nota de duplici genere creaturarũ.

citum fuit voluntati diuinæ in hoc mundo fuerunt ꝓductæ, ꝗbus omnibus aliquas ꝓprietates dedit naturales. Vñ omnibus creaturis inſenſibilibus & irrationabilibus dedit aliquas ꝓprietates, & inclinationes, ꝗbus ſuos ꝓducerent effectus, & hæc omnia ſcd̃m naturalem inclinationem, & de neceſſitate naturæ, ita ꝙ nõ eſt in poteſtate eoꝝ poſſe agere, & non poſſe, & licet Deus æternus de potentia abſoluta poſſet eos impedire, tñ de potẽtia ordinata non poteſt. Vnde ſtãte graui ſupius, nullo ſtante impedimẽto, non poteſt facere Deus de potẽtia ordinata ꝗn deſcendat, licet de potentia abſoluta poſſet illud impedire, vt patet de igne trium pueroꝝ. Et ita Deus voluit iſta naturalia ſuos ꝓducere effectus ſcd̃m ipſorum inclinationes, ꝙ ipſa natura agente Deus de neceſſitate coagit ex pacto diuino, ita ꝙ in agendo creatura illa videtur, eo modo quo dici põt eſſe prima cã in agendo, & Deus æternus ex pacto diuino coagit, hoc eſt illud fili mi qd̃ ſapientes dixerunt, Deus ſic res quas condidit, adminiſtrat, vt ꝓprios motus agere ſinat. Scd̃m genus fuit creaturarum rõnabiliũ, in quo fuerũt angeli & homines ꝗbus Deus æternus inter cætera ſibi creata per quãdam dignitatẽ & excellentiam dedit intellectum & voluntatẽ, ꝗbus non ſicut alia agerent & ꝓducerẽt in virtute primi dirigentis & ſcd̃m naturalem inclinationem, ſed libere & cõtingenter, ex ꝓpria cognitione & amore libero agerent, quæcũqꝫ vellent. Et ſicut rebus inſenſibilibus & irrationabilibus dedit, vt ipſe qñcunqꝫ producere vellent ſuos effectus ſcd̃m naturales inclinationes & earum proprietates ſemꝑ velle

concurrere

concurrere ex conſequenti ex pacto diuino. Ita à fortiori Deus ab æterno dedit angelis & hominibus intellectum & voluntatē vt ipſi libere voluntarie & cōtingenter facerent quicq̄d vellent, quapropter opus fuit, illis tribuere intellectum quo cognoſcerent quid boni & q̄d mali agere vellent. Et bona ꝓſequi & mala vitare ꝑ voluntatē, & ex pacto Dei non poteſt voluntas diuina non cōcurrere ad ꝓationem noſtram, q̄a ſic ab æterno ordinauit, vnde de potētia ordinata licet cauſæ eſſentialr̄ ordinatæ pro eodē inſtāti ſimul agant, tm̄ eo modo quo dici poteſt Deus coagit cauſis ſecūdis, ita ꝙ aliquo modo cauſa ſc̄d'a vult ſiue incipit, licet ꝓprie dici non licet, hoc eſt fili mi quod tu quoq; clarificatus dixiſti. Deus ab initio formauit hominem. Et poſuit eum in manu conſilij ſui, & adiecit ei mandata & præcepta, ſi volueris cōſeruare illa, conſeruabunt te, appoſuit ante eum ignem & aquam, ad quodcūq; velit apponat manum ſuam, ante hominē bonum & malum, vita & mors, quod placuerit ei dabitur. Præterea eſt aduertendum quod oēs ꝓationes noſtræ aut oēs effectus, quantum eſt in ſe, habent bonitatē vel malitiam ex genere, ita ꝙ quælibet operatio abſolute cōſyderata non eſt bona moraliter, neq; mala moraliter, nō eſt meritoria, neq; demeritoria, ſed eſt indifferens, & poteſt eſſe bona moraliter, & mala moraliter, meritoria, & demeritoria ex circunſtantijs. Verbi gratia, Amare, Ieiunare, Orare, Donare bona ſua quātum eſt ex parte ipſorum ſine circūſtantijs tm̄ habent bonitatem naturæ, ſiue ex genere. Iſte autem ꝓationes ſi fuerint circūſtātionatæ circunſtantijs bo

Opatiōes no ſtræ abſolute conſyderatæ non ſunt bonæ nec malæ moraliter nec meritorie nec demeritorie.



Digitized by Google

nis poſſunt eſſe morales. Et ſi illi q faciunt ſunt in gratia ſunt meritoriæ. Et ſic ſi ille ieiunat vt videatur ſanctus, illa opatio non eſt meritum, ĩmo peccatũ. Si ille amat pp concupiſcentiã carnis peccat, ſiue generat filium vt ſuam ſatiet voluptatem & carnis deſyderium. Et ſi det bona ꝑpter vanamgloriam peccat. Econtra poſſunt eſſe meritoriæ, vtputa. Si amat ꝓximum propter Deum, ſi ieiunat vt carnem domet. Si generet filium vt diuino cultui dedicet. Ex iis dictis patere videtur rñſio ad difficultatem, videlicet, ꝙ licet lex diuina ſit æterna & oĩno ĩcõmutabilis, & oĩno immutabilis, qua lege ab æterno voluit et determinauit oĩa ad finẽ vltimum & opationem, tamen non ſeqtur fili dilecte ꝙ oĩa eueniant de neceſſitate, ita ꝙ Deus particulariter determĩauit & voluit te mori in aqua, aut in igne, aut gladio interfici. Sed ſi ſunt effectus creaturarum inanimatarũ vel irrationabilium, vtputa magnum frigus interficit hoiem, aut exceſſiuus calor, aut ꝙ aqua ſuffocat bouẽ, aut ignis cõburit, iſti ſunt effectus cauſarum naturaliũ qui ꝓcedunt de neceſſitate naturæ, & agunt ſcd̃m eorum virtutes & ꝓprietates, & in poteſtate ipſoꝝ non eſt poſſe agere, & non poſſe agere. Et Deus concurrit ad operationem ipſaꝝ ex lege p̃fixa, & non põt non concurrere, niſi tm̃ de potẽtia abſoluta & miraculoſe. Propterea ſi qs moriatur vel aliquid mali patiatur ab iſtis creaturis, non eſt qa Deus particulariter voluit illum ſic mori, ſed eſt effectus naturalis illius creaturæ quem Deus ĩpedire non poteſt de potentia ordinata, imputetur ergo illi. Nã ex quo Deus dedit illi intellectũ quo cognoſceret bonum &

Deus de potentia ordinata non poteſt impedire effectus creaturarũ irrationabilium.

malum, & dedit voluntatem qua poſſit bona proſeq & mala euitare, illi ĩputãdum eſt, ſi non euitat malum quãtum eſt ex parte ſua vel ex ſe. Nouit enim ignem cõburere et in ignem ſe proiicit. Quare igni vel deo aſcribetur. Nouit etiã aquam non eſſe locum habitationi humanæ conuenientẽ, neq; reſiſtentem ambulationi, cur p locum humanæ vitæ inconuenientem nauigat, vel ambulat? ſi ſubmergatur nunqd Deus hoc voluit & fecit? ſic ſunt alia diſcrimina & pericula q̃ ab ipſis creaturis eueniunt. Non igitur Deus particulariter ad eiuſmodi mortẽ ſiue ad malum ordinauit illũ. Sed eſt effectus naturalis q prouenit ab ipſis creaturis de neceſſitate. Et ex lege præfixa Deus non poteſt non concurrere niſi miraculoſe, quod malum quantũ eſt ex parte tua, ſæpius & frequentius euitare noluſti. Si autem loqmur de malis illatis à creaturis rationalibus, dico q nec deus ſic particulariter ordinauit, vt te ĩterficeret, aut aliquod aliud malum faceret. Sed ſicut creaturis irrationalibus dedit virtutes & proprietates naturales, qbus producerent effectus. Et Deus de potentia ordinata non põt non concurrere niſi miraculoſe, vt modo dixi. Sic dedit intellectum & voluntatẽ rõnalibus creaturis vt poſſent bona & mala cognoſcere, & mere libere et volũtarie facere qcqd vellẽt. Et Deus ex lege p̃fixa non poteſt nõ cõcurrere ad actus & opationes humanas, niſi tm̃ de potentia abſoluta. Et ppea ſi Ioãnes interficiat aut vulneret Petrum, nõ pcedit qa Deus ordĩauit illud, ſed qa homo liber eſt, & ſua libertate poteſt mala & bona facere. Et Deus non poteſt de potentia ordinata impedire, & ideo di

Mala illata à creaturis rõnabilibus nõ ſunt particulariter à deo ordinata.



Digitized by Google

Nullũ malũ qđ fit ꝓcedit ex determina tione diuina.

lecte fili omne malum quo ad corpus & quo ad ani- mam,qđ à creaturis irrationalibus fit ſiue rõnalibꝰ,nõ ꝓcedit ex determinatione volũtatis diuinæ.ſ. q̃a Deꝰ ſic de tali malo, & circa talem pſonam particulariter determinauit. Sed q̃a creaturæ irrationales ꝑ virtutes & ꝓprietates naturales,quas in ſua prima creatione à Deo acceꝑunt,agunt de neceſſitate naturæ. Et Deus ab æterno ordinauit ſemꝑ ad oꝑationem illarũ velle concurrere,& non põt non concurrere.Creaturæ autem rõnales agunt per ꝓpriam cognitionem & amorem mere libere & contingenter.Et Deus ex lege p̃fixa non põt non cõcurrere ad oꝑationes illarũ, ꝓpea, omnis effectus & oẽ malũ quod ꝓcedit ab illis ĩputatur libero arbitrio ipſarum,& non Deo,q̃a lex diuina eſt de vniuerſalibus, iudicium vero de particularibus.

## An mala poſſint euitari ne contingant. Cap.11.

Operationes creaturarum euitaꝛ directe nõ poſſumꝰ.

SALO. Dic obſecro pater,nunquid poſſumus p̃cauere nos, ne tot mala ꝓueniant ex creaturis ſiue irrationalibus ſiue rõnalibus?DAV. Fili dilecte,effectus creaturaꝝ euitare nõ poſſumus,ſi.n.loq̃mur dé creaturis irrationalibus,nõ poſſumus facere q̃n ſol ſit calidus,ſaturnus frigidus , neq; vt ignis nõ comburat & calefaciat,aqua non infrigidet,& ſic de ſimilibus effectibus , qui ab illis ꝓcedunt omni remoto impedimento , q̃a nec Deus impedire põt de potentia ordinata , q̃m actio illarũ creaturarũ non eſt in ptãte noſtra. Nec ſi loquamur de creaturis

Digitized by Google

rationalibus quantum ad actum liberi arbitrij poſſumus illas ĩpedire. Nãq; vt diximus nec Deus põt de potẽtia ordinata. Et hoc qa opatio illarũ non eſt in ptãte noſtra. Tñ poſſumus indirecte euitare, ſiue potius fugere ne nos lædant quantũ poſſunt. Sed ſi loq;mur de corporibus cœleſtibus, quæ qñq; multa mala ſolent cauſare in mundo. ſ. diuerſas infirmitates & varias quoad corpus. Nã aer nimis frigidus, vl' regio in qua ṗdominatur ſaturnus planeta frigidus, gignit infirmitatem procedentẽ ex nimia frigiditate. Hoc malum poteſt euadere hõ ſi receſſerit ab illa regione ad aliã magis temperatã, vel ſi calido artificio tale frigus tẽperauerit. Si vero ſtella quæ canis dicitur iuxta leonẽ poſita vrat ex caliditate exceſſiua, & gignat ĩfirmitatem æſtuoſam & furẽtem, poteſt aliqualiter homo euitare ad frigidam ſi venerit regionem, vel aliquibus pharmacis & cibis frigidis ſe reficiat atq; gubernet, et ſic de alijs à regione cœlorũ deductis. Si vero loquamur, quo ad animã quomodo corpora cœleſtia poſſunt nobis obeſſe, obſunt nobis, inquãtũ aliqs planeta ṗdominans in natiuitate ſua inclinat hominẽ illum ad illud malum ſiue ad illum effectum ſecundum proprietatem & virtutem illius planetæ, vt Mercurius ad ſapientiam & eloquẽtiam. Mars ad bellum, & arma. Venus ad luxum & laſciuiam, verũtamẽ (vt noſti) hæc inclinant & non cogunt, et per liberũ arbitriũ põt hõ euadere, nõne meminiſti illud quod eſt ſapiẽter dictũ, ſapiens dñabitur aſtris. Sed ſi loquamur de alijs creaturis inanimatis. ſ. igne, aqua, ferro, & huiuſmodi poſſunt hoĩes euadere ne patiãtur mala ab illis, ſi ṗiculis

Nota q̃ño poſſumus cauere ne creature nos lædant.

Nota q̃ño corpora cœleſtia poſſunt nobis nocer quantum ad animam.

Nota q̃ño poſſum' euitare ne creaturæ ĩanimatæ nos lædant.

non ſe expoſuerint,& obiecerint,pariter eſt dicẽdum de creaturis irrationabilibus aĩatis ſi illas euitauerint, & cõſuetudinem nullã habuerint, vtentes debitis cautionibus. Si loq̃mur de hominibus & angelis malis, pñt homines multa mala euitare vtentes arbitrio libero prudenter conuerſantes,& malignantiũ ꝑicula euitantes,& diligenter & cum cautionibus viuentes. Et ſic patet fili q̃uo nullus particulariter ad aliq̃d malum eſt à Deo ordinatus,neq; quo ad corpus,neq; quo ad animã.Sed oĩa mala q̃ ꝓcedunt ab ipſis rationabilibus & irrationabilibus creaturis,ꝑueniunt(vt dixim⁹) & quod Deus æternus ex lege ꝑ̃fixa non poteſt non concurrere ad illaꝝ oꝑationes. Siue ſint irrationales ſiue rationales, & q̃uo corpora cœleſtia pñt cauſare, & homines illa euitare.SALO.Non poſſum nõ ingenue tecum ꝑ̃ſertim loqui, apud quẽ cor meum erit ſemꝑ manifeſtum,rationes nãq; tuæ hñt inſtar polypi. Nam ad illius ſimilitudinem ſic varijs implicor cirris & nexibus aut voluminibus vt vix explicari poſſim, ꝓpea nec te amore mei tedeat q̃ adhuc occurrunt ex ſuꝑioribus dictis,& audire et ſoluere.Nam ſi oẽs creaturæ irrationales agunt de neceſſitate naturæ ſecundum virtutes & ĩclinationes naturales quas in ſua prima creatione acceperunt à Deo.Et Deus ex lege ꝑ̃fixa non poteſt non concurrere ad illaꝝ oꝑationes. Et ſimilr̃ creaturæ rationales mere libere & contingẽter oꝑantur tanq̃ cauſæ primariæ,& ĩmediatæ,& totales, & Deus non põt non concurrere ex lege ꝑ̃fixa ad illarum oꝑationes,ſequũtur multa inconuenientia pater benigne.Primum etenim ſeq̃retur,ꝙ De⁹ æter-

*Q̃uo poſſum⁹ euitare ne hoĩes & angeli mali nos ledant.*

nus non eſſet prima cā omnium rerum. Et ꝙ non primo ꝓduceret effectus cauſaꝝ ſecundarum. Quod eſt contra ſapientiū opinioné, aut eorum q ſapiētiam diligunt. Dicentes, prima cauſa prius īfluit in effectum q̄ȝ ſecunda. Si igitur voluntas noſtra eſt cā primaria ſuæ opationis, ergo Deus ipſe non eſt primaria cauſa. Et ex hoc ſeqtur ꝙ nō prius influat in effectum q̄ȝ ſecunda. Scđm ſeq̄retur, ſi voluntas noſtra eſſet totalis cā ſuæ opationis ꝙ Deus non eſſet omniſciens, qđ patet. Nam cum ſcīa Dei circa contingentia conſtet ex determinatione volūtatis. Et Deus determinaſſet me velle cras, & voluntas mea eſſet cā totalis, poſſem velle oppoſitum vel non velle cras, & ſic ex determinatione voluntatis diuinæ non haberetur certa & infallibilis ſcīa in Deo, & hoc eſt impoſſibile & contra philoſophorum & theologorū ſnīam. Tertium adderetur & maximum incōueniens ꝙ Deus non eſſet oīpotens. Nam ſi voluntas noſtra eſſet cā totalis, & Deus de neceſſitate coāgeret iam patet quia volūtas diuina vellet me rōcinaturum cras tecum, vt iam incepimus, & volūtas mea eſſet cauſa totalis illius effectꝰ, tunc mea voluntas poſſet non velle ratiocinari cras, ſed die poſtero, aut velle oppoſitum, & ſic diuina voluntas illud facere non poſſet, & ꝑ cōſequens non eſſet oīpotens cum non poſſet facere quicq̄d vellet, qđ eſſet abſurdum, inconueniens, & impoſſibile, q̄a tunc Deus non poſſet facere omnia q̄ non includunt contradictionem. DAV. Sapienter dubitaſti. Et ea ꝓpoſuiſti q̄ ſine labore ſolui non pn̄t, ſed q̄n in illis agitur de omnipotentia Dei, ne obiectiones in robore ſuo

Obiectio prima.

Obiectio ſecunda.

Obiectio tertia.

Digitized by Google

maneant,quibus qñq; poſſent adhærere qui ſcioli vo cãtur,& mens tua reddatur clara dicam q̃ breuiſſime potero,& eo ordine quo ſunt ꝓpoſitæ. Ad primã dicimus,licet voluntas ſit cã ĩmediata & totalis ſuæ operationis,non ꝓpea ſeqtur,ꝙ Deus non ſit prima cauſa. Et ꝙ prius nõ influat in effectũ. Primo dico ꝙ ſtante cauſalitate cauſæ totalis voluntatis, Deus æternus eſt prima cã.ſ.in eſſendo,in conſeruando, & in terminando. Primo igitur Deus eſt prima cã in producendo quo ad actũ primum,ſiue quo ad primũ eẽ,inquãtum oĩa ſunt ab ipſo Deo,ꝑducta,licet aliqui philoſophi aliter ſentiãt & male. Et ideo fili mi Moiſes in noſtra lege intonuit dicẽs. In principio creauit Deꝰ cœlos & terrã,vt textus noſter hebraicus extat. Itaq; oĩa per ipſum facta ſunt, omniaq́; fuerũt producta vel in eſſe intelligibili,vel in eſſe quidditatiuo,aut in eſſe exiſtentiæ reali,& indiuiduali facta ſunt ab ipſo Deo,eſt igitur Deus cã prima omniũ creaturarũ quantum ad primum eſſe. Et eſt prima cã omniũ in conſeruando, inquantũ omnia cõſeruantur in eſſe à ſumma Dei omnipotentia,q̃ ſi in aliquo inſtãti non cõſeruaret,in illo oĩa in nihilum tenderent & eſſe deſinerent. Eſt & cauſa finitiua,pro quãto terminat omniũ rerum dependẽtiã,& ab ipſo dependẽt omnia,& eſt terminus & finis rõnalis creaturæ,in qua vltimate & ꝑfecte omnia qetantur,& extra quã nulla quies plena & ſufficiens inueniri põt. Ipſe ẽt Deus prius influit in effectũ,& magis influit,qa ꝓducit cãm ſecundã,& prius.i.ꝑfectius ꝓducit effectũ cauſæ ſecundæ,quam ipſa cauſa ſcđa. Nam Deus ipſe cã eſt ꝑfectiſſima. Tñ quantũ ad actum ſecundum

cundum vel quantum ad opationem, Deus non primo ꝓducit illā, licet poſſet hoc facere ſi vellet de potentia abſoluta, imo ꝓducere & creare oēm effectum ſine cauſis ſecūdis, vt bene theologi tenent, verūtamē æternus ille Deus ſumma ex bonitate ſua, mere, libere, & contingenter, ꝓꝑ libertatē voluntatis quā libere ipſe dedit, in cuius ptāte ſunt omnia opa eius, vult ex cōſequenti cōcurrere quantum ad ſubſtratū, etenim ſi prima cā concurreret effectiue non videretur q̄uo voluntas noſtra eſſet magis libera q̄ ignis, in cuius poteſtate nō eſt poſſe agere, & nō poſſe agere, & ſic patet quo ad primū, & ꝙ nō ſeqtur ex hoc ꝙ Deus non ſit prima cā. Ad ſcd̄m in quo dicitur, ſequeretur ꝙ Deus non eſſet omniſciens. Dicimus ꝙ hoc īpoſſibile ſeqtur ex falſa imaginatione. Nam cum ſit idem inſtans æternitatis ſemꝑ permanēs, & vna & eadem volūtas, vna numero in diuinis. Et idem actus voluntatis numero nullo mō variatus. Seqtur ꝙ ille actus volūtatis diuinæ ſicut fuit ab æterno, eſt, & erit, nulla facta variatione ex ꝑte voluntatis diuinæ, ſiue ex parte actus voluntatis diuinæ, ſiue inſtantis æternitatis, & ita voluntas diuina eſt certa & inuariabilis pro nunc, & erit in futurū reſpectu cuiuſcūq; obiecti, ſicut fuit ab æterno, itaq; ſcientia intellectus diuini inuariabilis erit, & immutabilis atq; infallibilis, ꝓpea ꝙ volūtas illa coaſiſtit oībus in opationibus noſtris, p̄teritis, p̄ntibus, & futuris, neq; trāſit in p̄teritum opatio ſiue actus ille voluntatis diuinæ. Vnde licet voluntas mea hodie aliqd velit, & cras oppoſitū, tñ ab æterno & pro quolibet inſtanti ita eſt notum intellectui diuino illud quod ego

Nóta q̄uo deus eſt pria cauſa in eſſendo oīs creaturæ nō aūt in operando.



Digitized by Google

volo ad centũ annos, ſicut fuit ab inſtanti æternitatis. Et ſimiliter dicimus de volũtate diuina, vnde licet ſucceſſio tp̄is præteriti & futuri ſit ex parte noſtra, non tñ ex parte Dei, cum actus voluntatis diuinæ & intellectus diuini mẽſurentur æternitate, quod inſtãs æternitatis coaſiſtit omnibus partibus tp̄is, & non ſicut nos imaginamur & male. Hoc eſt illud qđ ſupius dixim⁹ in rñſione tui argumenti in quo dicebatur ꝙ p̄deſtinatus non pōt dãnari, tali rōne. Omne p̄teritum eſt ſimpliciter neceſſariũ, qm̃ hoc ſolo priuatur De⁹ ingenita facere q̃ fecit, ſed prædeſtinatio Petri trãſit in p̄teritum ergo &c. Ad hoc dictum fuit argumentum illud ꝓcedere ex falſa imaginatiõe, cuius imaginationis intellectus iuuat ad ſolutionẽ q̄onis. Nam ſi intelligeremus per impoſſibile, Deum adhuc non determinaſſe voluntatẽ ſuam, aut actum voluntatis ſuæ, ad alteram partem, ſed quaſi vellet deliberare, vtrum vellet iſtum p̄deſtinare aut non, bene poſſet intellectus noſter capere, qđ contingẽter ip̄m p̄deſtinaret, aut non prædeſtinaret, ſicut patet in actu volũtatis noſtræ. Sed quia ſemꝑ recurrimus ad actum voluntatis diuinæ, quaſi p̄teritum, ideo nō cōcipimus libertatẽ in voluntate illa ad actũ, quaſi ſit poſitus abſolute à volũtate. Sed iſta imaginatio falſa eſt, illud. n. nũc æternitatis in quo eſt iſte actus ſemꝑ præſens eſt, & ita intelligẽdum eſt de voluntate diuina ſiue volitione eius vt eſt huius obiecti, ſicut ſi ꝑ impoſſibile nunc inciperet Deus habere velle in iſto nunc. Et ita libere pōt Deus velle in nũc æternitatis quodcũqȝ vult, ſicut ſi ad nihil eſſet voluntas eius determinata. Tunc dico ad formã argumẽti,

Nota q̄do uolũtas ſiue actus uolũtatis diuinæ coaſiſtit opatio nibus noſtris

Digitized by Google

ꝙ prædeſtinatio huius non tranſit in præteritum, licet enim coextiterit p̃teritis q̃ tráſierunt, non tñ ipſa præteriȷt, ſi alia p̃terierunt q̃ coextiterunt ſibi, vt patet de motu & cœlo. Vnde verba diuerſorũ tẽporum dicta de Deo, put veriſſime cõpetunt ſibi, non cõſignificãt partes tẽporis cõmenſurantes actum illum, ſed ſignificant nunc æternitatis quaſi mẽſurãs illũ actum inquantum coexiſtẽs illis pluribus partibus tpis. Et ideo idẽ eſt Deum p̃deſtinare, p̃deſtinaſſe, & p̃deſtinaturũ eſſe, & ita cõtingẽs vnum, ſicut & reliquum, qa nihil eſt niſi nũc æternitatis mẽſurans illũ actũ, qđ nec eſt p̃ns, neq; p̃teritum, neq; futurum, ſed coexiſtẽs oĩbus illis. Dico igitur ꝙ licet volũtas noſtra ſit cã totalis noſtræ operationis, ſiue ſuæ opationis, tñ ex hoc non ſequitur ꝙ Deus non ſit omniſciens, qa cum idem actus numero voluntatis diuinæ, et idem inſtãs æternitatis maneat, coexiſtit oĩbus partibus & inſtantibus tẽporis, & omnibus opationibus noſtris, tanq̃ ſi oĩa eſſent p̃ntia, & ex cõſequenti actus voluntatis diuinæ eſt determinatiſſimus, & inuariabilis reſpectu cuiuſcũq; obiecti, pro quolibet inſtanti. Ex quo ſeqtur ꝙ ſcĩa Dei reſpectu oĩum eſt penitus ĩmutabilis, itaq; cum oẽs actus et noſtræ opationes fuerint & ſint notiſſimæ in conſpectu Dei, voluntas diuina inuariabiliter et ĩmutabiliter q̃ſi determinatur reſpectu cuiuſcũq; obiecti ſiue opatiõis, qa idem eſt, voluntatẽ diuinã determinaſſe, determinare, & determinaturã eſſe, qa eſt idem actus voluntatis diuinæ, & idem inſtans æternitatis coexiſtens omnib⁹ partibus & inſtãtibus tpis. Sic credo ad ſcđm dubiũ manifeſtiſſimã patere ſolutionem, & dubiȷ obſcurita-

Nota qđ ſignificant partes tpis ut dicũtur de deo.

tem penitus amotã. Remanet tertij dubij difficultas, q̃ videbatur tenere q̃d Deus non eſſet oĩpotens, ſi voluntas noſtra eſſet cã totalis ſuæ opationis, q̃ ſic ſoluitur perq̃ facillime, ꝙ licet voluntas noſtra ſit cauſa totalis opationis, tñ non ppea ſeqtur, ꝙ Deus ſit ĩpotẽs, vel q̃d Deus non ſit oĩpotẽs, tum qa Deus ex ſua infinita bonitate, hoc ſpeciale priuilegiũ & gratiam cõicauit oĩbus hominibus & angelis, & ex conſequẽnti ſi de potentia ordinata non poſſit facere oppoſitum, hoc non puenit ex impotentia, ſed ex ſua infinita pfeſtione, qa eſt ĩmutabilis. Tum etiam qa licet de potẽtia ordinata hoc non faciat, tamen de potentia abſoluta & de facto ſi vellet poſſet non ſolum hoc facere, ſcilicet ſuſpendere operationes voluntatis noſtræ & oĩum rerum vt patuit, & ſæpenumero legitur de igne q nutu Dei calefacere nõ potuiſſe, vt patet de tribus pueris in fornace ignis, & de multis alijs, verũetiã poſſet omnia in inſtanti adnihilare, & per conſequens ex hoc ꝙ voluntas noſtra eſt cauſa totalis ſuæ operationis non ſeqtur ꝙ Deus non ſit omnipotens, cum mere & ex ſua benignitate & liberalitate illud conceſſerit, & ſi de facto vellet facere iam faceret quicq̃d vellet abſque aliqua contradictione & impoſſibilitate. Aduertas igitur fili dilecte quomodo ex dictis nulla ſequitur impotentia. SALO. Aduerto. DAV. Et dubia ſunt tibi clara & ſoluta? SALO. Sunt. DAV. Et difficultates omnes quæ te male habebant ſunt tibi omnes note? SALO. Sunt. Sed non omnes. DAVID. Quid eſt vlterius quod te inquietum reddat, quodq; ad vlterius dubitandũ te moueat? dicas. Nul-

Deus licet de potẽtia ordinata nõ poſſit ſuſpendere opatiões noſtras tñ de potentia abſoluta poteſt.

Digitized by Google

lus enim labor me grauabit ſi modo vires ſuppetant.

## De diuinæ prouidentie impugnatione. Cap. 12.

SALO. Dicam equidem. Nam ſi non abnegaueris de æterna lege, quæ ſecreta ſunt myſteria dicere q̄ ſentires, ſi clarificatus ſuperno affla tu occulta p̄deſtinationis ſigna be nigne dillucidaueris, & quomodo ſub poteſtate liberi arbitrij hominum actiones ſunt repoſitæ & operationes, velis qua ſoles benignitate, tuo amœniſſimo dulci & claro eloquio aperire nobis vnū, quod ex dictis & vltio loco declaratis emanare atq; ſcaturire videtur, de diuina prouidentia, habet ſa ne hæc difficultas mortales multos abnegantes, va riasq́; hominum ſectas inter ſe contrarias, & ob men tis cæcitatem & tenebras, quandoq; ſibi ipſi contradi cunt, caligantes & pene cæcutiētes, vel nihil vidētes, vt noctuæ oculus ad ſolis lumē, ex quorū cæcitate te meritati cōiuncta ī dei eccl'ia multi exoriūtur errores, multa ſciſmata. Aliq. n. ꝓprijs viribus cōfiſi filij nega uerunt æternitatē. Aliq̄ filij cū patre æq̄litatē. Aliqui à patre et filio ſpiritus ſancti proceſſionem. Sed de iis alias. Nunc q̄a hic error negantiū diuinā ꝓuidentiam abiecta omni verecundia eſt inter alios multorū erro res, & oblata eſt nobis occaſio, vt diximus ex ſuperius dictis, placeat benigne pater p̄ponēda audire, et p̄po ſita ſoluere, ne venenum hoc mortiferū mortaliū aīas q̄nq; corrumpat & maculet. Habet enim hæc poſitio

amatoris ſapientiæ authoritatem quæ talis eſt. Si intellectus diuinus intelligeret iſta inferiora vileſceret. in iis pſertim viliſſimis occupatus q̃ quotidie abiecta ſiunt & deteriora huiuſmodi, vt bene omiſſa longitudine verboꝝ, ipſe percipis & conſyderas. Addunt & multas rõnes, qbus negãt diuinam prouidentiã, qbus ſic ꝓbant, quæ ſunt à Deo diſtincte, iuſte, & ordinate ſunt facta. Patet qm̃ nullum cõfuſum iniuſtum & inordinatum põt à Deo eſſe, cum ſit ſumma rectitudo & iuſtitia, vel ipſa rectitudo & iuſtitia per eſſentiam. Sed ſic apparet, ꝙ in mundo multa ſunt confuſa iniuſta & inordinata. Patet q̃nam maior confuſio & iniuſtitia eſſe põt, q̃ꝫ iuſtos & ĩnocentes opprimi? iniuſtos et nocentes exaltari & ad ꝓſperitatẽ duci? Non ergo ſunt hæc à Deo præuiſa & ordinata. Et hoc comprobãt diui Boetij, metro qnto, libri primi de philoſophica conſolatione. Nã cur tantas lubrica verſat fortuna vices, p̃mit inſontes debita ſceleri noxia pœna. At puer ſi reſident celſo mores ſolio, ſanctaq́; calcant iniuſta vice colla nocentes. Latet obſcuris cõdita virtus clara tenebris, iuſtusq́; tulit crimen iniqui. Si ergo confuſa iniuſta & inordinata ſunt in mundo, igitur non ſunt à Deo p̃uiſa. Et ex hoc ſeqtur Deum iſtoꝝ inferiorum curã & prouidentiã non habere. Aſſerunt & p̃terea, ad ꝓuiſorem non tm̃ ſpectat p̃uiſa ab eo diſtincte iuſte, ordinate & facta eſſe, verũetiã p̃uidere ne mala futura cõmittantur & fiant, iuxta illud Boetij ſuperius dicti, & libro q̃rto. Nõ ꝙ añ oculos ſufficit intueri, rerum.n.exitus ꝓuidẽtia metitur. Et ſapientiæ amator hæc dicit. Sis prouidus in ꝓuidẽdo q̃ contingere

Quibus rõnibus diuinam ꝓuidẽtiã negantes mouentur.

poſſunt, nam cum venerint tunc ſcient hoĩes ꝙ oculi tui procul videāt, & pp hoc tuam laudabūt ſapientiā, & cauebunt tuā offendere maieſtatē. Si itaq; De⁹ habeat ꝓuidentiā iſtoꝝ inferioꝝ, cum ab æterno præuidit & præuidet hæc mala fieri à cuiuſq; ætatis hominibus & qualitatis, quare non ꝓhibet ne innocēs occidatur, & alius nō ſine cauſa moleſtetur vel in exilium mittatur? aut ergo Deus non præuidet hæc omnia mala antequam fiant, vel illis non prouidet ſicut debet, aut quia mala placent ei, quod eſt impoſſibile, qa vt dicitur ſapientiæ quinto. Reſpicit Deus vias hominis, & omnes greſſus eius cōſyderat, oculi eius ſunt ſole lucidiores, & conſpicientes oēs vias hominum & profundum abiſſi, & hominum corda intuētes, ergo reſpectu iſtorum inferiorum nulla eſt Dei prouidentia, ſed agitantur & mouentur à caſu & fortuna. Mouentur & tertia ratione, quia ad prouiſorem ſpectat, vt non tantum ea de quibus prouidentiā habeat diſtincte iuſte, & ordinate facta ſint. Et non ſolū vt futura mala nec cōmittātur nec fiant ab iis. Verūetiam q̄ ſunt ſibi cōmiſſa ſaluare, ſi poteſt. Cum ergo Deus ſit pronior ad miſerādum & ſaluandum q̄ȝ ad puniendum, ſi haberet ꝓuidētiam regimen & curā inferioꝝ, q̄re ꝑmitteret tot animas dānari, cum certum ſit plures eſſe dānatas q̄ȝ ſaluas, & cum Deus ſciat certe et īfallibiliter tot animarum dānationē, ſi prouidentiam habet q̄re illas ꝓducit? cum ipſe dicat, melius erat ei ſi natus non fuiſſet homo ille, de Iuda loquēs, ergo non eſt ꝓuidentia in Deo. Hæc ſunt pater q̄ aduerſus Dei ꝓuidentiam ab iſtis dicūtur, quæq; videbantur à ſupe-

riori habere originem de præſcientia & p̄deſtinatio-ne diuina, quæq; mentes ſollicitant, ſcis ergo quid mo-ramur, & ad q̄d ſunt ꝓpoſita? DAV. Et ſcio, & noui & viuis ſenſibus illa ꝑcepi, in q̄bus non hoīes ignaui, ſed naui ēt non ſine ratione citantur, & ad dubitandū mouentur. Tu interea eſto (vt ſoles) diligens, & q̄nq; conuerſus excita ſocium cuius cauſa moueris. Nam quæ noui dicam. Audiui dilecte fili illoꝝ opinionem ſnīam & rationes & ab omni veritate alienas, caligāt ſane oculi in tāto lumine q̄n ita inuerecunde & impu-denter omnem ꝓuidentiam à ſummo Deo auſi ſunt negare, quāobrē ponimus contra eos talē concluſio-nem. Quod de neceſſitate in Deo eſt ꝑfectiſſima ꝓ-uidentia circa omnia inferiora. Aliter multa ſequeren-tur inconuenientia & impoſſibilia. SAL. Si conclu-ſio præpoſita probari poſſet omnis (crede mihi) dubi-tatio & vmbra ab humana mente abijſſet, & illorum opiniones & rationes ſolutæ & omnis error fugatus, age chare pater ne vlterius noſtrum remoreris deſy-derium? DAV. Concluſio hec vſq; adeo clara eſt & manifeſta, vt nullus ſanæ mentis abnegare poſſit, quā-do non ſolum theologiæ ſacræ, & ſacris rationibus, diuiniſq; reuelationibus, verum ēt naturalibus erit ma-nifeſta rationibus & demonſtrata. Ad huius conclu-ſionis intelligentiam eſt primo animaduertendū, ꝙ ꝑ-fectiſſima prouidentia aut ꝑfectiſſimus prouiſor q̄nq; debet habere. Primo debet cognoſcere rerum facien-darū finem, ꝑꝑ quem illas ꝓducet. Secundo debet di-ſponere, & ordinare, quo nam pacto illa ſunt facien-da. Tertio debet ꝓuidere de omnibus neceſſarijs ad

De neceſſitate in Deo eſt ſumma prouidentia.

Nota quid debet habere ꝑfectiſſimus prouiſor.

eſſe

Digitized by Google

eſſe illarum. Quarto debet producere illa in eſſe ſicut ordinauerat. Quinto debet illa cõſeruare in tali eſſe ne deficiant. Appareat merito huius rei claritas, exemplo. Dato petro volente ædificare domum ſua ꝓuidẽtia, oportet illum præſcire finem & finis prouidentiã habere eiuſmodi ædificatiõis. Nam (vt noſti) finis prima eſt cauſa inter cauſas oẽs, & ille mouet agentẽ ad operationem, & ideo cuilibet agenti ꝑ finem diſtincta neceſſaria ẽ cognitio ſui finis, hoc eſt vt in tali cognitione non ſit neuter ſed certus. Aliter non acquireret efficaciter illum finem, ſed potius à caſu, et ratio eſt quia cum talis productio ad extra ſit actus imperatus voluntatis, de neceſſitate oportet ꝙ intellectus prius ꝑcognoſcat, quia voluntas non fertur niſi in præcognitum. Et ideo inuiſa diligere poſſumus incognita nequaquam. Secũdo oportet præcognoſcere, ꝑordinare, & diſponere, qũo domus illa debet eſſe ædificata. Nam primo debent fundamenta iactari, & locari. Secundo parietes & latera erigi debetq; diſponi locus varius, & ꝓ cubiculo, & pro atrio vel aula, & pariter de aliis oportunis ad habitationẽ cõmodam. Tertio debet præparare & prouidere neceſſaria ad ædificationem cõpletam, vt ſunt cementa & ligna ad contignationem. Quarto ducit illam in effectũ. Quinto & vltimo ꝓductam ad finem nititur conſeruare ꝓ viribus, ne ruinam patiatur & pereat. Hæc ſunt quinq; quæ optimũ prouiſorem decet animaduertere. Merito igitur Vgo de ſancto victore prouidentiã diuinã deſcribens dixit. Prouidentia eſt qua Deus curam habet de oĩbus quæ fecit, & nihil reliquit ex omnibus q̃ (Nota q̃d ſit diuina prouidentia.)

P

pertinent ad illum,& quæ ſubdita ſunt illi,& vt prouideat ſingulis,& habeat vnumquodq; quod ſibi videtur & cõuenit. Cum ergo hæc omnia in Deo exiſtãt de neceſſitate ſequitur in illo ſummã eſſe ꝓuidentiam. Locus extat vides à deffinitione ad definitum,& è cõtra vt ſi homo eſt, rationale animal eſt, & è contra. SAL. Si iſta probari poſſent,hoc eſt ſuperius recitatæ conditiones,eſſe in Deo, maiori demonſtratione non indigeremus,& ſatis clara eſſet conſequentia, & eſt,quæ quidem negari non poteſt. DAV. Et ſunt à nobis recitatæ & propoſitæ,& iam ꝓbatæ & clariſſime videbuntur atq; à vobis ipſis iudicabuntur,niſi vaga mẽs vos alio diſtraxerit. SAL. Et quo magis ducetur mens noſtra, aut qd auidius vnq̃ deſyderauimus audire(nunc præſertim dum nobis data eſt facultas)quam de diuina prouidentia certiſſimas atq; euidentiſſimas rationes.Perge pater benigne,perge, noſtras mentes clarificare & adimplere.

## De præcognitione omnium creaturarum. Cap.13.

Deus habuit ab æterno omnẽ præſciẽtiã oĩum rerũ ante quã fierent.

DAVID,Pergam fili & prĩo dicimus, ꝙ Deus ipſe habuit habet & habebit præſcientiam & præcognitionẽ creaturarũ oĩum anteq̃ fierẽt,qm̃ ab æterno in inſtãti ĩdiuiſibili æternitatis omnia ꝑfectiſſime atq; intuitiue cognouit,qa in illo inſtãti dum intellectus diuinus diuinam cognouit eſſentiã, veluti infinitæ ſubſtantiæ pelagus,tunc eadem cognitione cognouit oĩa,quæ ſunt,fuerunt, & eſſe poſſunt,

Digitized by Google

& ita ab intellectu diuino creaturæ oēs productæ fuerunt in eſſe ītelligibili, aut poſſibili, aut cognito, quod vocamus eſſe ideale, & hoc fuit primum eſſe creaturarum quod à Deo habuerunt, quod qdem eſſe creaturarum erat idem quod Deus realiter, ſaltē negatiue, quia nullum eſſe habebant extra diuinam eſſentiam, ꝓpterea ꝙ nō erant niſi in cognitione diuina, quæ eſt idem qđ Deus, & in hoc ſapientes conueniunt aſſerētes, ꝙ intelligere Dei eſt idem eſſentialiter cum Deo, ꝓpea Ioannes intonuit. Quod factum eſt in ipſo vita erat. i. ꝙ omnia quæ erant in verbo Dei viuebāt vita Dei intelligebant intellectione Dei, erāt æternæ æternitate Dei. Et ꝓpterea dilecte fili eſt animaduertendū, ꝙ talis ordo fuit in præuiſione diuina, in primo inſtāti intellectus ille cognouit eſſentiam diuinam, aut (vt clarius dicam) Deus cognouit ſeipſum ſub ratione ſummi boni. Et in tali ſigno intellectus paternus fuit perfecte beatus, tanq̄ in vltimo fine, & ſic intelligitur ꝙ pater prius ē beatus q̄ generet, ideſt anteq̄ habeat filiū genitū. Et ſic cognouit eſſentiā ſuam tanq̄ finem omnium creaturarum, patet ex hoc quomodo Deus præcognitionem oīum creaturarū, habeat, anteq̄ ꝓducātur. Nā aliter De⁹ nihil cognoſceret tanq̄ lapis, aut nulla creatura haberet aliqđ eſſe, qm̄ primum eſſe creaturarum eſt eſſe ītelligibile, quod p̄ſupponitur ab omni eſſe, tam eſſentiæ, q̄ exiſtētiæ. Patet quia productio in eſſe reali tam eſſentiæ, q̄ exiſtētiæ & indiuiduali, eſt à voluntate diuina, tanq̄ à principio ꝓductiuo, quia cū oīs ꝓductio creaturarum ad extra ſit mere, libere, & cōtingenter, non pōt eſſe niſi à ſola volūtate

Primum eſſe creaturarum fuit eſſe ideale in mente diuina.

Nota de ordine i præuiſione diuina



Digitized by Google

diuiā. Pateat exēplo, hō habet triplex eſſe. Primū eſt eē ideale, qđ habet in mente diuina, & hoc eſſe fuit ab æterno. Scđm eſt eſſe eſſentiæ, qđ dicitur q̄dditas ſiue definitio hominis, qđ dicitur animal rōnale, & hoc eē eſt ex tpe. Tertium eſſe eſt reale & indiuiduale, vt eſſe Ioānis, qđ ſimilr̄ eſt ex tpe. Si ergo eſſe eſſentiæ & eē exiſtentiæ indiuiduale eſt à voluntate diuina, ergo de neceſſitate p̄ſupponitur primum eſſe. ſ. eſſe intelligibile ſiue ideale. Patet q̄a voluntas nō fertur niſi in p̄cognitū. Quáobrem à primo ad vltimum bene ſeq̄tur. Si Deus nō cognouit creaturas, ergo nulla creatura habet aliquod eſſe, qm̄ omne eſſe tam eſſentiæ, q̄ exiſtentiæ præſupponunt eſſe cognitū, vt diximus quorum vtrunq; eſt impoſſibile.

Eſſe eſſentiæ & exiſtētiæ p̄ſupponūt eē cognitum.

## Quō à Deo oīa ſunt ordinata & diſpoſita. Cap. 14.

SEcundū quod deſyderatur in optīo & p̄fectiſſimo p̄uiſore, & ab eo tenēdum eſt, diſponere & ordinare, quo pacto illa ſunt facienda, hoc aūt p̄fectiſſime & īmediate dicimus in Deo eſſe. Ex quo enim oīa fuerunt p̄ducta ab æterno, diuino ab intellectu, & eſſentia diuina, fuerunt præſentata diuinæ voluntati, vt illa ex ſua bonitate determinaret quicq̄d vellet, quia productio ad extra, & contingentia pertinent ad voluntatē diuinā, veluti ad principiū productiuū, cum p̄ducātur mere libere & contingenter. Tunc ipſa voluntas diuina ordinauit quæcūq; ſue bonitati placuerunt, ſcđm ordinē et capacitatem ſiue

Nota qūo uolūtas diuina ab æterno determinauit omnia p̄ducere.

Digitized by Google

facultatem earum,ita ꝙ vnũquodq; in eſſe eſsentiale fuit ordinatũ,à Deo ꝙ nec minui,nec augeri põt,ĩ ſua quidditate & eſsentia,niſi varietur ipſa eſsentia in eſse qdditatiuo & eſsentiali.Et hoc qa fuerunt ordinata à voluntate diuina, eo modo quo ab intellectu diuino fuerunt ꝓducta. Deinde fuerũt ordinata ad alias ꝑfe-ctiões accidẽtales,& ſic ꝓduxit ſiue diſpoſuit ꝓducere eas,ſcd̃m varios diuerſosq; ſtatus & illaꝶ cõditiones, ꝓducẽdo& ordinãdo aliqs eaꝶ pure materiales,aliqs pure ſpirituales,& nõnullas miſtas vt hoïes, ꝑpea ĩto nuit Moſes dicẽs.In prĩcipio creauit Deus cælos & terrã, vt habet textus hebraicus,ꝑ cælos ĩtelligẽs oẽs Angelos,& ꝑ terram omnia &ſimplicia & miſta.Nã omnia in eſse eſsentiali & quidditatiuo ſimul fuere ꝓ ducta , ſed qñ nõ erant in vltima ꝑfectione accidẽtali ꝓducta in prima die,ſed ſucceſſiue fuerunt producta, ideo deſcribitur qũo terra erat dicẽs. Terra autẽ erat inanis,ideſt inuiſibilis quia aquis cooperta, & vacua, quia ſine arboribus & plantis, & tenebræ erant ſuper facies abyſſi,ideſt obſcuritas ſuper facies quatuor ele-mentoꝶ.Nam elementa nondum erãt in vltima ꝑfe-ctione accidẽtali. Aqua.n.nõ adhuc erat in ſua perfe cta denſitate & fluxibilitate,vt modo, ſed quaſi vapor eleuabatur. Et elementa erãt in quadã confuſione & obſcuritate. Et ſpiritus Domini ferebatur ſuꝑ aquas. Sicut voluntas artificis ſuꝑ opus ſuum ꝑficiẽdum, ita voluntas diuina ſuper creaturas ſuas, eas ꝑficiendo in eſse accidentali , & ea ratione ordo ſex dierum & ꝓ-ductio fuit tm̃,quantum ad eſse accidẽtale ſiue ad ꝑfe ctiones accidentales. Nã in prĩo die ſimul oẽs fuerũt

Quo ordine creaturæ fue-runt ꝓductæ.

Ordó ſex die rũ fuit quãtũ ad eſſe accidẽ tale , non aũt quantum ad eſſe eẽntiale.

ꝓductæ in eſſe eſſentiali,& quidditatiuo. Et ſi recte re culis ſequitur littera. Dixit quoq; Deus fiat lux, & facta eſt lux. Nã licet ſol fuiſſet productus in eſſe eſſentiali, ſimul cum alijs, non tñ erat in ſua perfectione accidẽtali adhuc, ꝓpea non ſine magno myſterio Moſes & textus noſter hebraicus dicit. In principio creauit Dii, & non dixit in principio creauit Deus, vt habet textus alter, vt denotaret pſonarũ trinitatẽ, & eſſentiæ vnitatem. Nã per hoc qđ dicitur creauit denotatur vnitas eẽntiæ ſiue diuinitatis, p hoc qđ dicit dij, perſonarum trinitas expreſſe demonſtratur, qm̃ ꝓductio omnium creaturarum à tota eſt trinitate. Cũ oĩs productio ad extra ſit oĩno indiuiſa in tribus pſonis diuinis ꝓpter vnitatem principij productiui. ſ. voluntatis diuinæ, q̃ de neceſſitate eſt in tribus perſonis diuinis ante omnem creaturam, vt late diffuſeq; diximus. Sic itaq; manifeſtatur ſcđa conditio prouiſoris, q̃uo æternus Deus & diſpoſuit & diſponit illa eẽ faciẽda, & ſic dilecte fili dator omnium bonorũ Deus, in ſua pſcientia & ordinatione ordinauit rationalem creaturam in tertio inſtãti ad finem vltimũ, hoc eſt ad clarã apertã Dei & viſionẽ & fruitionẽ, & omnia alia creata ad finem illis conuenientem, quod nec hæreticus põt abnegare, qñ non tãtum ſacri doctores verũ etiã ſapiẽtiæ amatores hoc dicunt recta ſentiẽtes ꝙ Deus & natura nihil agunt fruſtra, & ſi ſtellis dediſſet motũ progreſſiuum, iam dediſſet eis omnia ad illum motũ neceſſaria. Et ſic patet cõditio ſecunda ad optimum præuiſorem ſpectans, quomodo Deus diſponit & ordinat, quæ ſunt facienda anteq̃ fiant.

Digitized by Google

De prouiſione neceſſariorum. Cap. 15.

Deus ab æterno ꝓuidit de neceſſariis oībus creaturis ſuis.

TErtia prouiſoris conditio eſt, prouidere de rebus neceſsaris ad eſse illarum, hoc aũt ſumme & perfectiſſime aſserimus eẽ in Deo glorioſo. Nãq; ab æterno ꝓuidit de omnibus neceſſarijs ad eſse omnium creaturarũ, tam ſpiritualium q̃ corporaliũ tam ſimplicium q̃ miſtorũ. Rebus enim inſenſibilibus quaſdã latẽtes dedit virtutes, qbus ſuos producerent effectus, & in eſse ſe conſeruarent, vt & ad vltimum finẽ tẽderent, tanq̃ ad vltimum ſaluatiuũ & conſeruatiuum illarũ. Rebus aũt ſenſibilibus & animatis ſimiliter quaſdã dedit virtutes ac naturales inclinationes, ꝑ quas ſuos ꝓducerent effectus, & ad vltimũ finem tenderẽt. Patet de graui, quod quantũ eſt de ſe ad centrũ tendit, & deorſum. Sed leue ſurſum. Rebus aũt rationalibus. ſ. hominibus & angelis tanq̃ nobilioribus, præter innumeras virtutes, intellectũ dedit et voluntatẽ, vt per intellectum Deum cognoſcerent, et eſsent capaces, & per voluntatẽ illum amarent illoq; fruerentur. Et non ſolum talia, verũ etiam nec angelis nec hominibus defuit, tribuens oportunũ remediũ ex quo creati fuerunt. Vñ poſtpoſitis angelis pro nunc, ex quo homo fuit creatus, nonne habuit omnia media neceſsaria ad vltimum finẽ? Nanq; in ſtatu innocentiæ ſiue naturæ deſtitutæ, nõne Deus prouidit & dedit legẽ naturalem hominibus qua cognoſcebant omnia bona & mala? Et quid faciendum & qd nõ faciẽdum? quæ quidem lex in illo ſtatu ſufficiens erat ad

ſaluandum quotquot viuere volebant ſcd̃m illam legem. Nam lex naturalis duo claudit principia, in quibus fundantur, & ex quibus dependent omnia præcepta legis, ſcilicet dilectionem Dei et proximi, hoc eſt quod ſaluator ait. Hæc enim eſt lex & prophetæ. Populo aũt moſaico velut nobiliori & grato legem dedit moſaicam, vbi explicite erãt data præcepta legis quibus tunc poterant ſaluari. In ſtatu naturæ redẽptæ dedit vnicum filium ſuum qui legem euãgelicam donauit, quæ lex eſt ꝑfectionis & gratiæ, & in illa omnia continentur ad humanam ſalutẽ neceſſaria, ꝓpꝫa prima veritas, Dixit. Amen amẽ dico vobis, ſi qs ſermonem meũ ſeruauerit mortem non videbit in æternũ. Ecce patet in Deo perfectiſſimã prouiſoris conditionem fuiſſe, ſcilicet ꝓuidere de neceſſarijs anteq̃ꝫ fiant, etenim ab æterno creaturis ſenſibilibus & inſenſibilibus, rationabilibus & irrationabilibus, neceſſaria ꝓuidit, & ꝓuidere nõ deſinit, vt ꝑ ſingulos ſtatus conſyderantes diximus. Et ꝓpꝫa ſacri doctores dicere non dubitãt ꝙ Deus ætern⁹ in q̃rto inſtanti vidit nos caſuros in Adam, & præuidit de neceſſario remedio ad ſalutẽ noſtrã, qũo humana natura redimi deberet per filij ſui paſſionem. Et ideo aſſerunt Deũ æternũ in nullo defeciſſe in remedijs dandis, neqꝫ ſuos cultores dimiſiſſe ſine remediis ad ſalutẽ neceſſarijs, ſed ĩ omni tp̃e poſt lapſum neceſſaria fuit deletio peccati originalis ad ſalutem, ergo omni tp̃e fuit remediũ aliqđ efficax ad hoc faciendũ. Et ſic patet de tertia ꝓuiſoris conditione. Præterea ſi Deus non ꝓuidet de oĩbus q̃ ſunt creaturis neceſſaria, aut neſciuit, aut nõ potuit, aut noluit.

Ratio efficax ꝓbãs diuinã prouidentiã.

Non

Non datur medium. Non pōt eſſe primū, quia ignorantia nō poteſt eſſe in Deo. Nam ab æterno omnia cognouit. Tum ēt qñ ignorantia dicit impfectionē, ſi eſſet in Deo non eſſet ſummū bonum, & per conſequens non eſſet Deus. Nec poteſt eſſe ſcđm, quia tūc eſſet Deus non oīpotens. Et non tm̄ non eſset omnipotens eo modo quo ſacri doctores dicunt, verumēt non eſset omnipotens ad mentē philoſophorum. Et id apud vtroſq; eſset abſurdum. Neq; tertium. Nam Deus tunc eſset inuidus. Et cum ſit defectus non poteſt eſse in eo.

## De productione creaturarum. Cap. 16.

QVARTA Prouiſoris conditio eſt illa ꝑducere in effectum ſicut ordinauerat, hoc aūt ꝑfectiſſime & infallibiliter eſt in Deo, non ſolum ad theologantium mētem, q̄ tenent Deum poſse omnia ꝑducere immediate ſine cauſis ſcđis. Et de facto multa ꝑduxit de nihilo creando, vt patet geneſeos primo. In principio creauit Deus cœlum & terram, & ſic materia prima angeli, cœli, & animæ de nihilo creātur, verumetiā ad mentem ſapientiæ amatorū quælibet creatura eſt à Deo ſaltem mediatæ. Tum ꝑp ordinem eſſentialem cauſarū, quia impoſſibile eſt prima cauſa nō concurrente ſcđam cauſam poſse producere, cum eſſentialiter dependeat ab ipſa prima. Tum qa vt dicūt ſapientes, cauſa pria prius influit in effectum q̄ ſecun-

Nota q̄ō creatura q̄libet de neceſſitate eſt à Deo ꝑducta.

da. Hinc philoſophꝰ ait. A primo ente, ſcilicet Deo deriuatur ſingulis eſse & viuere. Tum quia motus cauſa eſt generationis & corruptiõis. Deus itaq; cum primus ſit motor, ergo eſt cauſa oĩs creaturæ. Et ꝓpterea ſapientes probant Deum eſse vnum motorem, primum immobilem, optimum, æternum, incorporeũ, et indiuiſibilem, cõſtat ex dictis perfectiſſime in Deo q̃r tam eſse prouiſoris conditionem, ſcilicet ꝙ producit illa in eſse reali ſicut ordinauerat.

## De conſeruatione creaturarum. Cap. 17.

Creare & cõſeruare tm̃ ratione differũt

REliquum eſt quintam conditionem probare, ſcilicet ꝙ Deus cõſeruat in eſse illa quæ ꝓducit. Et hoc eminentiſſimo modo reperitur in Deo. Et hoc q̃a creare, ſiue ꝓducere & conſeruare differunt tm̃ ratione, quia cum non eſse creaturæ tp̃e præcedit eſse immediate, creatur, cum autem non eſse creaturæ natura tm̃ procedit eſse conſeruatur. Verbi cauſa & exempli. Anima petri in inſtantia. a. ꝓducitur, & non eſse tempore realiter præcedit eſse ipſius aĩæ, tunc illa productio aĩæ dicitur creatio. Cũ aũt in ſcd̃o inſtanti ſubſtẽtatur, & nõ eſſe ipſius aĩæ, tm̃ natura præcedit ſuum eſse dicitur conſeruatio. Ita ꝙ idẽ reałr vt cõparatur ad nõ eſse ꝓcedens imediate dicitur creatio, vt aũt cõparatur ad non eſse mediate, dicitur cõſeruatio. Si igitur creare & conſeruare ſunt idem reałr, & nõ differunt niſi tm̃ rõne, vt dictum eſt. Sequitur ergo Deus creat, ergo Deus conſeruat, an-

Digitized by Google

tecedens eſt probatũ, cõſequẽtia patet. Præterea, aut ſecunda cauſa ſeipſam conſeruat, aut conſeruatur ab alia, nõ datur medium, nõ à ſeipſa, qa cum ꝓducere & cõſeruare differant tm̃ ratione, ſi ſcđa cã conſeruaret ſeipſam, tunc poſſet ꝓducere ſeipſam, quod includit cõtradictionem, qa tunc eſſet prius ſeipſa, & ſic eſſet, & non eſſet ſimul, ſi cõſeruatur ab alia, & ꝓceſſus non datur in infinitũ (vt oẽs tenent) igitur oĩa conſeruantur à prima cauſa. Præterea ſi ſcđa cauſa põt cõſeruare ſeipſam, igitur circũſcripta per impoſſibile cã prima. Scđa cã adhuc eſſet, & ex altera parte, cum ſecunda cã eſſentialiter dependeat à prima (veluti & theologi & philoſophi tenent,) circũſcripta prima, ſecunda cã non eſſet, qa eſſentialr̃ dependet ab illa, & ſic ſimul eſſet & non eſſet quod claudit cõtradictionem. Præterea, ſi dependentia q̃ creatura dependet à Deo eſt idem realiter cum creatura. Si creatura non cõſeruatur à Deo, ergo põt eſſe ſine dependentia ad Deũ, Et cum illa relatio ſit idem realiter cũ creatura, ergo creatura non poſſet eſſe ſine tali dependentia, & ſic ſimul eſſet & nõ eſſet, qđ itidem claudit contradictionem. Et ꝓpterea dicimus Deum æternũ non ſolũ eſſe cãm ꝓductiuã creaturaꝝ, vt oĩum opinio tam theologorum q̃ꝫ philoſophoꝝ clara eſt, & manifeſta. Sed ẽt dicimus eſſe cãm cõſeruatiuã in eſſe, ita ꝙ vera eſt cã effectiua conſeruationis, qm̃ ſi iam in vno inſtanti deſineret Deus conſeruare illã, ĩmediate deſineret eſſe, ſic itaqꝫ Deus æternus vltimã habet conditionẽ optimi ꝓuiſoris, hoc eſt qđ conſeruet producta in tali eſſe ne deficiant. Et ideo æuum. i. menſura angeloꝝ, & nunc

Si ſcđa cauſa conſeruaret ſeipſam ꝓduceret ſeipſam.

Si ſecũda cauſa conſeruaret ſeipſam ſimul eſſet & non eſſet.

Si ſcđa cauſa non conſeruaretur à prima poſſet eẽ ſine prima.

Cã conſeruatiua ẽ uere cã effectiua.



Digitized by Google

æui, quãtum eſt ex ſe raptim tranſit, & eſse æuiterni. ii angeli, vt poſitũ eſt in iſto nunc, ex vi iſtius poſitionis p̄ciſe habet eſse in iſto nunc, & ſtatim nõ eſse, iſto nũc tranſacto, niſi eadem cã alia cauſatione poneret idem eſse in alio nunc, & ita conſeruat poſitiue cauſando, non aliud eſse, ſicut eſt in ſucceſſiuo, ſed idem eſse infinities, ita ꝙ prima cauſatio dicitur creatio, & ſcd̃a dicitur cõſeruatio. SALO. Et ſi videor ĩtellexiſse q̃ dixeris, excitat tñ (vt bene inter dicendum te aĩaduertiſſe credo) à latere meo ſocius, cui hæc modo dicta grauia videntur, & ſeuera, & non nihil latentis ſententiæ, aut ſenſus habere, & demum illi obſcura & clauſa, rogamus pater benigne fiant apta, ne cõfuſus veluti ab ſybillinis rñſis vt dicitur ipſe recedat. D A V. Habet ſane materia hæc nõ parũ difficultatis, & bñ aĩaduertimus ſociũ à latere tuũ ſigna dubitationis dare. Nõ. n. hilaré vt ſolẽt intelligẽtes vultum p̄ferebat, ego tñ ita exiſtimabã, te q̃nq; declaraturũ. Nunc q̃a vt video nõ deſyderas aliq̃d tp̄is poſt hæc in iis conſumere, non efficiam vt confuſus veluti à ſybillæ rñſis, ſed vt ab oraculo clariſſimo recedat. Dicimus & breuiter & clare, ꝙ ſi De⁹ ætern⁹ nõ cõſeruaret creaturã, tũc illa ꝓducta in p̄io inſtãti, ſtatim in ſcd̃o inſtanti deſineret eſſe, ita ꝙ ſemp̱ creatura dici poteſt fieri, non ꝙ illud ſit aliud & aliud eſſe abſolutũ, ſed q̃m ſemp̱ idẽ eſſe conſeruatur. Et ꝓpea ſacri doctores dicũt ꝙ ſicut aer reſpectu ſolis nõ eſt factus lucidus, ſed fit lucidus, alioq̃n abſente ſole remaneret lucidus, ita ſe habet creatura reſpectu dei. Et itez dicunt, creatura non ſe habet reſpectu dei, ſicut domus reſpectu edificatoris. Præterea exp̄ſſe

pātet Deū ſummā habere ꝓuidentiā. Nam ꝓuidentiā in creaturis, aut dicit perfectiōem, aut imperfectionē. Sed clariſſime patet non dicere imperfectionem, q̄ñ præcognoſcere, ordinare, præuidere, ꝑducere, & conſeruare, q̄ importat ipſa ꝓuidentia dicunt ꝑfectionē. Tunc arguo ſic. Omnis perfectio q̄ reperitur in creaturis, remota oī impꝑfectione ab illis ꝑfectionibꝰ, & attributa oī ꝑfectiōe, attribuēda eſt Deo. Sic tenēt theologi. Sic philoſophi, aľr Deꝰ nō eſſet ſummū bonū, & ꝑ cōſequēs Deus nō eſſet Deus. Sed iſta q̄ttuor q̄ ꝑtinent ad ꝓuidentiā videlicet ꝑcognoſcere, ordinare, ꝑducere, & cōſeruare, in creaturis dicunt aliquā ꝑfectionē, ergo remota ab illis omni imperfectione, & attributa omni perfectione, ipſa prouidentia in ſummo reperitur in Deo. Aliter Deus non eſſet ſummum bonum, & per conſequens Deus non eſſet Deus, quia aliqua perfectio illi deeſſet, quod eſt impoſſibile, & aduerſus theologorum & ſapientum ſn̄iam. Sic arbitror patere rationibus ſuperius expoſitis, nullam difficultatem claudentibus, in Deo ſummam eſſe prouidentiam nō vnius æthereæ regionis, (vt inſipientes dicere audent, quorum intellectus nequit niſi in īmerſa materiæ conſyderare.) Sed omnium creaturarum cœleſtium & terreſtrium abſque perſonarum exceptione. Sunt & ſanctorum qui bene hæc nouerunt, & ſacræ ſcripture authoritates. Aſſerūt enim ſummo Deo cuncta adminiſtrante, quæ fecit, nihil inordinatum, nihil iniuſtum ſiue ſcientibus nobis, ſiue neſcientibus. Et iterum nulla quæ in hoc mundo hominibus fiunt abſque omnipotentis Dei iudicio occulto eueniunt.

Ratio efficaciſſima diuinam oſtēdēs ꝓuidentiam.

Digitized by Google

Nam cuncta Deus futura præſciens ante ſæcula decreuit, qualiter per ſecula diſponantur. Statutum quippe eſt quantum proſperitas mundi ſequatur, vel quantum aduerſitas feriat, ne electos eius aut immoderata proſperitas euellat, aut nimia aduerſitas grauet. Et ꝓpterea pria veritas clamat. Ne ſolliciti ſitis animæ veſtræ quid manducetis, aut corpori veſtro quid induamini, non ne aīa plus eſt q̃ꝫ eſca, & corpus plus q̃ꝫ veſtimentū? Hinc factum eſt, vt tu fili ore prophetico diceres. Tu aūt pater oīa gubernas ſapiētia. Ex qbus iā manifeſtum eſt, diuinam ſapientiā omnia gubernare. Et quod in Deo ſumma ſit prouidētia. SAL. Et acutiſſime & clariſſime diſcuſſum eſt & ꝓbatum, in Deo optimo & maximo īmo ſummā eſſe prouidētiam, et ita probatum vt non rationes exiſtimandæ ſint, ſed potius demonſtrationes, qb⁹ niſi inſipiēs fuerit, & pingui minerua natus, qlibet intrepide merito poterit adhærere, & non aliter q̃ꝫ dictū eſt tenere, quibus eqdem ſolis, nulla alia expectata reſponſiōe iā qeſcerem, ſed ad vberiorē oīum notitiā & euidētiam, ne videremur contēpſiſſe obiectiones ex aduerſo dictas, libeat illis rn̄dere, atq; ſoluere. Namq; tibi erit facile, nobis vero nō moleſtū. DAV. Faciam & id q̃ꝫlibētiſſime, licet ex dictis ſatis viderētur ſolutæ obiectiones, ne ab aliorū more ſecedere videamur, ad illas deducamur. Sed vt eo ordine ſoluātur quo obiecta fuere nobis ꝓpoſita. Primo. Ad primū cum dicebatur, ꝙ ſi Deus haberet iſtoꝝ inferiorū ꝓuidentiam, non eſſent tot cōfuſa ī mūdo & inordinata, vt patet per ſingula ꝓpoſita. Rn̄demus ꝙ cū Deus cā ſit rectiſſima, imo ipſa rectitudo

Si qua confuſio eſt in mūdo ſoli humanę uoluntati attribuitur.

Digitized by Google

per eſſentiã, q̄ nec fallere pōt, nec falli, oĩa ab æterno in mente diuina rectiſſime ꝑduxit, & in eſſe exiſtentiæ ſcd̄m illam rectitudinem in tpe, in mundo ꝑduxit & fecit ex ſua infinita bonitate. Et ſi illam rectitudinē à Deo creatam conſeruaſſent, nullus eſſet error, nullus defectus, nihilq́; inordinatū in mundo. Sed ſi q̄d mali, ſi quid confuſi, aut inordinati extat, non ex diuinæ ꝓuidentiæ defectu aut culpa, ſed immediate ex mala & peruerſa hominum volūtate, & ex libero arbitrio, cui oĩa bona & mala ſubijciuntur. Vnde nō immerito, tu qn̄q; dixiſti. Deus creauit hominem rectū & ipſe infinitis ſe miſcuit q̄ōnibus. Pro cuius intelligentia eſt ſciendū, ꝙ Deus æternus creaturas ſuas in triplici differentia ꝑduxit. Quaſdã. n. mere īſenſibiles atq; inanimatas, vt corpora cœleſtia elementa & multa alia, quibus dedit latētes virtutes, ꝑ quas ſuos ꝑducerent effectus, & ſic cœlum & cuncta elemēta de neceſſitate influunt & ſuos ꝑducūt effectus vt illoꝝ ſunt innatæ ꝓprietates. Quaſdam ꝑduxit & ſenſibiles & animatas, q̄b⁹ p̄ter nōnullas virtutes naturales dedit inclinationes, per quas ſuos producerent effectus. Et ſic omnia irrationabilia vt ſuæ ſunt virtutes & inclinationes, ſic ſuos producunt effectus, & cum ſint agētia neceſſaria & agant de neceſſitate naturæ, & in ipſoꝝ ptãte non ſit poſſe agere, & non agere, ſed ſcd̄m inclinationem à Deo datam, & agant in cognitiōe primi dirigētis, qui nec fallere nec falli pōt, ſemꝑ recte operantur & errare non pn̄t. Sic cœlū, ſic terra, ſic elementa cūcta & ſimilia operantur, vnde graue omni remoto impedimento de neceſſitate tendit deorſum, & leue de ne-

Creaturæ in triplici dr̄ia fuerunt productæ.

Digitized by Google

ceſſitate tendit ſurſum, & Deus de potentia ordinata
non poteſt non cõcurrere ad illã opationẽ, qm̃ ſic or
dinauit & fecit. Aliquas vero ꝓduxit, qbus ꝑter ingen
tes virtutes & gratias, ĩtellectũ dedit & volũtatẽ, quo
intellectu oĩa bona & mala cognoſcerent, & ꝑ volũ-
tatẽ libere, & contingẽter, mala vitare poſſent, & bo-
na ꝓſequi, ſcd̃m imꝑium voluntatis illoꝝ, & ſicut æter
nus Deus ex infinita bonitate ordinauit ad opationẽ
rerum inanimataꝝ ſemper concurrere, & aliter facere
non poteſt, licet de potentia abſoluta poſſit aliter fa-
cere, & ſæpius fecit, vt patet de igne trium puerorum.

Et ſi deus de potẽtia abſoluta poſſit ſuſpẽdere opatiões noſtras tñ de potẽtia ordinata nõ poteſt.

A` fortiori ordinauit ſemper velle concurrere ad actũ
voluntatis noſtre, & quãuis de abſoluta potentia poſ
ſet illã impedire & ſuſpendere à ſua opatione, tñ illud
non facit. Namq; ex ſua bonitate infinita oĩa poſuit
in noſtræ voluntatis ꝑtãte, & cum ſit ꝙ noſtra volun-
tas libera ſit poſſe velle recte, vel nõ recte, bene & ma
le & eſt in ꝑtãte ſua, ꝓpterea poteſt deficere & errare,
& ſæpiſſime deficit et errat.

Nullus errõr pt eſſe ex pte dei neq; creaturarũ irrationabilium.

Quamobrem dicimus ꝙ
error oĩs, inordinatio, & confuſio quæ in mundo eſt,
ex Deo eſſe non poteſt, qui errare nequit, cum ꝑ eſſen
tiã ipſa ſit rectitudo & prima regula. Nec ex parte ĩ-
ſenſibilium & irrationabiliũ. Cum illa agant de neceſ
ſitate naturæ & ſcd̃m naturales inclinationes, q̃ ſunt
rectiſſime, & agunt in cognitiõe primi dirigẽtis erra-
re non pñt. Nec ex parte diuinæ ꝓuidentiæ, quin oĩa
congruenter & optime ordinauerit, ſed ex parte libe
ri arbitrij, & ex parte humanæ volũtatis, q̃ ex ſuo ĩpe-
rio & ad ſuum operatur libitum. Et Deus ex ſua lege
ordinata q̃ſi ſecũdario coopatur. Et non pōt non cõ

Oĩs error & confuſio ẽ ex pte uoluntatis noſtræ.

currere

currere ex lege diuīa. Hoc eſt quod ſancti viri dicūt: Deus res q̄s condidit ſic adminiſtrat, vt proprios motus agere ſinat. Et tu fili q̄nq; dixiſti quod alias repetiuimus. Deus ab initio conſtituit hominē, & reliq̄t eū in manu conſilij ſui, & adiecit ei mandata & p̄cepta, ſi volueris mandata ſeruare conſeruabunt te, appoſuit ante te ignem & aquam, ad quodcūq; velis apponas manū tuā, ante hominē bonum & malū, vita & mors; quod placuerit ei dabitur. Quapp ſi quis defectus & error ſi qua cōfuſio eſt in mūdo, non ex diuina prouidentia eſt, ſed ex noſtra procedit voluntate. SALO. Videtur ex hac r̄ñſione maximū deduci inconueniēs (mihi parcas) data eſt mihi ex benignitate tua facultas dubitandi & petēdi. Nāq; ſi voluntas humana eſt cā totalis (vt ſic dicam) ſuæ o p̄ationis, & Deus coageret ad cauſalitatem volūtatis noſtræ (vt dicis) ſequeretur q̄ Deus non eſſet prima cauſa omniū rerū. Et q̄d non primo produceret effectus cauſa℞ ſcd̄arū, q̄d eſt contra opinionē amatorum ſapientiæ, dicentium (vt alias dictum eſt). Prima cā prius influit in effectum q̄ ſcd̄a. Quia ſi Deus eſſet cauſa p̄riaria, & ipſe coagit, ergo non primaria, nec prius influit, quod videtur eē aduerſus ſapientes. DAV. Habet iſta dubitatio nō nihil apparētiæ, ſed cognita veritate facilius tollitur. Dico igitur q̄ licet volūtas noſtra ſit cā p̄riaria ſuæ operationis. Et ſit pro nunc totalis, vt dictū eſt ſi recte recolis in ratiocinio habito de origīe & cauſa peccati, tñ ex hoc non ſequitur q̄ Deus non ſit prima cauſa, & prius non influat in effectum, p̄pea q̄ ſtāte cauſalitate cauſæ primariæ voluntatis noſtræ, & totalis, vt di

Licet uoluntas nr̄a ſit cā totalis ſuæ operationis, tñ Deus eſt cauſa i triplici eē.

xiſti Deus æternus eſt prima cauſa in triplici eſſe, hoc eſt in eſſendo, in conſeruando, & terminando. Primo dicimus Deū eſſe primā cauſam in producendo quo ad actum primū, ſiue ad primū eſſe in quantū ab ipſo omnia ſunt ꝓducta, licet aliqui philoſophi aliter ſentiant, vt diximus & male, ꝓpterea Moiſes exaltauit vocē ſuam dicens. In principio creauit Deus cœlum & terram. & Ioannes clamat. Omnia ꝑ ipſum facta ſunt. i. omnia q̄ ſunt fuerūt & eſſe poſſunt, ſiue in eſſe cognito, & poſſibili, ſiue in eſſe eſſentiæ, ſiue exiſtentiæ & indiuiduali, ſunt ab ipſo. ſ. verbo. Cum omnis actio in diuinis ſit indiuiſa ad extra ꝑꝑ vnitatem principii productiui. Eſt igitur Deus cauſa omniū creaturarū quo ad primum eſſe. Et eſt cauſa prima in conſeruando, in quantum omnia ab ipſo Deo cōſeruantur ſua omnipotentia, vt ſuperius iam dixiſſe memini. Eſt & tertio cauſa omnium finitiua & terminatiua, in quantum terminat depēdentiā omnium rerum, & omnia depēdēt ab ipſo. Eſt etiam finis & terminus creaturæ rationalis, in quo anima noſtra vltimate & ꝑfecte q̇etatur, & extra quem nulla quietudo ſufficiens inueniri p̄t. ipſe ēt Deus prius influit in effectum q̄ꝫ ſcđa, & plus, quia producit cauſas ſcđas, & prius id eſt ꝑfectius ꝓducit effectum cauſæ ſecundæ, q̄ꝫ ipſa cauſa ſecunda. Nam Deus eſt cauſa perfectiſſima, tñ quātum ad actum ſiue operationem, Deus non primo producit illam licet poſſet, ſi vellet, ſua potentia abſoluta, immo producere & creare omnem effectum vt ſacri theologi tenent ſine cauſis ſecundis. Verumtñ vt dictum eſt ex bonitate infinita mere libere & contingenter, ꝑꝑ

libertatem voluntatis quam ipſe dedit homini, in cuius poteſtate ſunt omnia opera ſua, vult conſequenter concurrere quantum ad ſubſtratum, vt multi etiam tenent. Nam ſi prima cauſa primo cōcurreret, nō videretur qūo volūtas humana eſſet magis libera q̃ꝫ ignis in cuius poteſtate non eſt poſſe, & non poſſe agere. Concludimus ergo fili ꝙ non ſequitur (vt dixiſti) ꝙ Deus non ſit prima cauſa. Immo eſt prima in triplici eſſe, in eſſendo, conſeruando, & terminando. Sic reor patere vt dubitandum tibi non ſit vlterius. SALO. Quid ad reliquas aduerſariorum rationes dicendum videtur, dicas vt omnis pertinacia videatur exploſa et omnis mala voluntas. DAV. Explodamus cito vt cum illorum pertinacia confundantur. Et ideo ad ſecundum obiectum in quo dicitur, ꝙ Deus nō habeat iſtorum inferiorum prouidentiam, cū ipſe præcognouerit tot mala futura in mundo. Quare ſi prouidentiā habeat non abſtulerit, aut ergo Deus non videt añq̃ꝫ fiant, aut illis non prouidet, aut mala ei placēt, & cætera quæ ſunt impoſſibilia. Dicimus Deum æternum, ab æterno & in omni ſtatu quantū eſt ex ſe amouiſſe oīa impedimenta, q̃ poſſunt impedire rōnalem creaturā à bene beateqꝫ viuendo, ꝓ quāto dedit hoībus & angelis intellectū quo cognoſcerent & bonū & malū, & diiudicare poſſent facienda & non faciēda, & dedit voluntatē qua bona ſequerētur, & mala omni tpe fugerent, atqꝫ in quolibet ſtatu dedit legem qua dirigebantur circa omnia, quæ apud Deum & proximū erant neceſſaria, vt patet per legē naturæ, & ſingulos ſtatus, vt ſuperius late diximus, verumtamen creatura

Deus abſtulit oīa īpedimēta quantū eſt ex ſe in oī ſtatu & tēpore.



Digitized by Google

rationalis homo,ex propria voluntate mere libere & contingenter, cum ſit domina ſuarum operationum multa committit contra diuina pcepta, & ppea multa neſanda in mundo proueniunt,non quia Deus quãtum ex ſe eſt non abſtulerit,ſed qa homo libere,mere, & voluntarie ſe immergit, quãuis tñ ſua abſoluta potentia poſſet oẽm ſcdæ cauſæ opationem de facto ſuſpendere,& ex cõſequenti nullũ eſſet in mundo malũ, tñ Deus de potentia ordinata id facere non põt,quia conſtituit ad operationem cuiuſcunq; cauſæ ſcdæ vt dcm̃ eſt concurrere,nec ppea ſequitur q Deus ſit cauſa peccati. Nã vt ibi pbatum eſt cã totalis & primaria ſuæ operationis ſola hominis eſt voluntas,Et ſic Deus nullo modo eſt peccati cã. Tum quia Deus errare nõ põt,cum ſit ſumma rectitudo. Tum qa ſuperiorem regulam aut legem non habet cui de neceſſitate cõformari teneatur,cũ ipſa voluntas diuina ſit oĩum regula prima. Tum qa licet Deus ſit prima cã voluntatis noſtræ quo ad actum primũ. Siue quo ad primum eẽ nõ tñ eſt prima cã operationis noſtræ voluntatis,ſed cõcurrit. Nã alr̃ de potentia ordinata facere nõ põt. Tũ qa ſi ĩpediret voluntatẽ noſtrã illa non poſſet mereri & demereri. Tum qa voluntas non eſſet dña ſuæ opationis. Multaq; ĩpoſſia ſequerentur,ſi Deus voluntatẽ hoĩs ĩpediret ſua abſoluta potentia. Ex qbus patet q Deus æternus quantũ eſt ex ſe amouet oĩa incõmoda à rationali creatura. Et ſi qs defectus, culpa,aut peccatum intercedit,illud eſt ex libero arbitrio,& mala hominis voluntate,non ex culpa aut defectu diuinæ puidentiæ. Immo ſæpiſſime multa aduerſa hoĩbus eue-

Digitized by Google

nire cõcedit,vt à peccatis corrigãtur hoies & in me-
lius emẽdẽtur,vtputa peſtes,bella,pſecutiones, & alia
veluti bonus pater corrigẽs ſuos filios.Propterea di-
xit,quos ego amo corrigo & caſtigo. Et tu fili q̄nq̃
clarificat⁹ ex pte Dei bene dixiſti.Clamaui vos,& re
nuiſtis, expãdi manus meas,& non erat qui aſpiceret,
deſpexiſtis oẽ conſiliũ meum & increpationes meas
neglexiſtis. Ego quoq; in ĩteritu veſtro ridebo,& ſub
ſanabo,cum vobis aduenerit id qđ timebatis. Cũ ſup
uenerit repẽtina calamitas.Sic patet ad ſcđm.SAL.
Et qs eſt qui tot memoria digna repetitis adhuc du-
bitare poſſit,niſi excors & inſanæ mentis,& tanta mi-
neruа pingui formatus,vt in lapidẽ cõuerti dignus vi
deatur,qd plura oĩa ſũt ad plenũ euacuata.Sed rogo
ne tertium q̄ſitũ,aut dubitatum,ſiue obiectum p̄termit
tamus.DAV. Tertiũ hoc qđ dicis q̄ſitum,non adeo
aſſurgit vt valeat aliqd momenti & roboris habere,
ppea facilius veniet ſoluendũ.Cum dicitur q ad pui-
ſorem ſpectat ſaluare q̄ ſunt ſibi cõmiſſa. Cum ergo
Deus ſit pnior ad miſerãdum & ſaluãdum q̃ȝ ad per-
dendum,ſi in Deo eſſet prouidentia & regimen infe-
riorum,non pmitteret tot innumerabiles aĩas dãnari.
Cumq; ſciat infidelis vel chriſtiani animã dãnari,qua
re creat vel non adiuuat? Ergo non eſt in eo talis p-
uidẽtia iſtorum inferiorum &c. Dicimus,Deum æter
num nullatenus eſſe cauſam perditionis ſiue alicuius
animæ damnationis,immo quantum in ſe eſt, ſemper
vult animarum ſalutem,deditq; omnia media ad ſalu-
tem neceſſaria,quibus ad illam homo valeat puenire,
quod ſi non fuerit,nõ ex defectu prouiſoris, ſed mala

ex voluntate & operatione procedit, quamuis de potentia abſoluta poſſet nos vel nolentes vel volentes ſaluos reddere, de potētia ordinata non poteſt, qa ab æterno ordinauit, vt nullus adultus poſſet niſi p obſeruantiā mādatorum & debita media ad vitam æternā puenire. Et iō per pphetam dixit, Nunqd voluntatis meæ eſt mors impij dicit dn̄s, & non vt magis couertatur & viuat, quaſi dicat nō? Et p alium pphetam. Si impius egerit pœnitentiā & fecerit iudicium & iuſtitiam, vita viuet & non morietur, dicit dn̄s. Ex iis iam dictis, patet Deum non eſſe cām noſtræ dānationis, immo puidit & puidet de omnibus ad ſalutē neceſſarijs. Et cum dicitur ꝙ cum Deus determinate cognoſcat animā Petri dānandam, quare illam creat ad ſupplicium? Dicimus ꝙ licet Deꝰ cognouerit omnia ab æterno, vt certum eſt, tn̄ illa cognitio non tranſijt in pteritum, vt ppter talē cognitionē non poſſit anima illa ſaluari, vt diximus, cum de pdeſtinatione loquebamur. Nam idē eſt Deum pdeſtinare, pdeſtinauiſſe, & pdeſtinaturum eſſe. Et ſimilr idem eſt Deum cognoſcere, cognouiſſe, & cognoſciturū eſſe, cum hæc oīa mēſurētur inſtanti indiuiſibili æternitatis, qđ coadſiſtit pterito, pn̄ti, & futuro. Et ſemp vniformiter pmanens reſpectu cuiuſq; tpis differentiæ. Non igitur trāſit illa cognitio in pteritum, vt nos male opinamur. Tamen poſito quod anima Ioānis ſit creata pro inſtanti. a. & pro inſtanti. b. ſit dānata. Certum eſt ꝙ Deus cognouit determinate dānationem illius, & ꝙ non poterat pprijs meritis ſaluari, nec alienis. Diceres quare ergo illā creauit? Dicimus ꝙ licet aīa illa ſit dānata, & deus

Stante pfecta diſpoſitione & formatiōe

hoc infallibiliter cognoſcat, tñ non põt de potentia ordinata illã non creare, qa ab æterno voluntas diuina ordinauit, ꝙ pro quocunqꝫ inſtanti corpus humanũ eſt pfecte organizatum, pro illo inſtãti creare vnã animã. Et pro illo inſtanti animã infundere illi corpori. Et non põt aliter facere niſi de potẽtia abſoluta & miraculoſe, ſicut exiſtente igne & cõbuſtibili oĩ remoto ĩpedimento nõ põt deꝰ de potentia ordinata facere, qn ignis cõburat niſi miraculoſe & de potẽtia abſoluta. Et quare? qa vt ſæpius dictũ eſt ordinauit deus ſemp velle cõcurrere ad opationem cuiuſcũqꝫ cauſæ ſecũdæ. Sic eſt in ꝓpoſito. Cum ſit ꝙ Deus ab æterno creare animam, & illã infundere corpori ordinauit, ꝓ quocũqꝫ inſtanti corpus illud eſt pfecte organizatũ, & capax animæ intellectiuæ. Et in ptãte hoĩs eſt poſſe efficere & formare illud corpus ſic organizatũ, cõcurrẽtibus alijs cauſis. Et Deus & cauſæ aliæ non pñt non concurrere ad talem effectum, vt dictum eſt, ſeqtur ꝙ pro quocunqꝫ inſtãti corpus eſt ſic formatum, & aĩa de neceſſitate creatur à Deo, & infunditur tali corpori, ita ꝙ Deus de potẽtia ordinata aliter facere non poteſt. Sic euacuatum eſt argumẽtum, & illius ratio minime ꝓcedit, neqꝫ remanet alicuius mens dubia bene põderata & trutinata reſolutione iam dicta. Et qm̃ exẽpla magis mouẽt, nõ ab re viſum eſt hmõi exẽplum addere. Etenim quẽadmodũ princeps hñs præ oculis totius regni ꝓuidẽtiam, in toto regno varijsqꝫ locis ciuitatibusqꝫ ꝓprios cõſtituit magiſtratus, exhibens tamẽ leges diſtinctas & bene operãtibus ꝑmia, male vero agẽtibus pœnas repromittẽs, ſubinde illos

corporis humani Deꝰ nõ poteſt nõ creare animam.

Digitized by Google

ſua mūera & officia pſeuerare atq; exercitare pmittit. Et licet de facto illos bene agētes & miniſtrātes poſſit ſuis ex magiſtratibus remouere, tamen ex iuſtitia et potentia ordinata minime poteſt. Sic rex ille regum dñs & vniuerſæ terræ princeps ſummā habēs ptātem omnium quas creauit creaturaꝶ, conſtituit & fecit varias pfectiones quas illis q in ſua prima creatione tradidit, & in diuerſis officijs ſuos pducere effectus inſtituit, illis leges varias & pcepta dedit, pmia bene operantibus & male agentibus pœnas repromiſit, & ſuis in officijs pſeuerare permittit, qui quāuis de potentia abſoluta poſſet illas ab officijs & actionibus ſuis īpedire, opationesq; illarum ſuſpendere, tamen de potentia ordinata non poteſt. Videant ergo mentecapti, mundi amatores & cæci, videant & cognoſcant in Deo ſummam eſſe prouidentiam, qui ab æterno vltimum finem præcognoſcens oīa ad finē ordinauit, q cunctarum rerum ordinem diſpoſuit, qui oīa neceſſaria ad acquirendū vltimū finē preuidit & conſtituit, q omnia licet ab æterno in eē cognito, ſiue poſſibili, tñ ex tpe omnia in lucem produxit, qui ſua infinita oīpotentia omnia creauit, & ſua infinita ſapientia oīa conſeruat. Audiāt igitur audiant, quid Deus æternus ſuperna qua ſolet voce intonat. Nolite ſolliciti eſſe dicentes, quid mādūcabimus, aut quid bibemus, aut quo operiemur, ſcit enim pater veſter cœleſtis qa his oibꝰ indigetis, qrite ergo primū regnū Dei, & iuſtitiā eius, & hæc omnia adijcientur vobis, patet manifeſtiſſime Deū oīpotentē diuina puidētia & infinita, vniuerſum mundū, & ſingl'a q̄ in eo ſunt & regere & gubernare.

Quid

Digitized by Google

## Quid facit ſiue ordinat lex diuina. Cap. 18.

SALO. Peruenimus ad lucem in quibus ſolent implicari hominum mentes auditis tui illuſtrati animi rationibus, & acutiſſime, & ſapientiſſime dictis, & diuinitus reſolutis, quibus eqꝫdem vana, vaga, multorum conſyderatio merito propelli põt, & pro nihilo haberi de prouidentia, prædeſtinatione, & de neceſſitate rerum, ex qua omnia euenire dicebantur, remanet dicendũ de tertio & vltimo prĩcipali quæſito, videlicet quid facit atqꝫ ordinat lex diuina, aut qui ſunt legis diuinæ effect⁹, hoc ſane reor tertium in eo loco erat ꝓpoſitum. DAV. Hoc erat, recte memini, hoc erat tertio loco ꝓpoſitum, cuius q̃ſiti materia quãuis magna et ampla paucis (Deo ſic volente) expedietur. Scio enim oẽs breuitate gaudere. Dicimus itaqꝫ legem diuinã ordinare regulare & diligere rõnalem creaturam ad rite diligendũ Deum, ꝓximũ, & ſemetipſum vnicuiqꝫ tribuendo qđ ſuum eſt, ſcilicet Deo cultum latriæ ſiue ꝑꝑ ſeipſum diligẽdo. Seipſum in Deũ, ſcilicet ad vltimam beatitudinem. Et proximũ in Deo, & propter Deum .i. diligere illum in ordine ad vitam æternam. Tamen eſt aduertẽdum ꝙ lex diuina aliter & aliter ordinauit. Nam in lege noſtra hebraica aliqualiter imperfecte, ſcilicet ꝑ figuras & enigmata. Nam quæ in noſtra lege continentur, figurabant Meſſiam venturum, qui nos ad fœlicem patriam ducere debebat, & ꝓcioſiſſimo ſanguine ſuo redimere. Alio autẽ modo ordinat in lege euã

Quid lex diuina ordinat & diſponit.

gelica in qua vt christiani fatẽtur & distincte & expli-
cite omnia declarauit, quæ in nostra lege erant iã in-
uoluta & figurata. Et sic perfectiori modo dirigeret
hominem ad æternam vitam q̃ꝫ lex nostra mosaica.
Et licet varia diuersaq; p̄cepta in nostra lege sint or-
dinata. Vnde nonnulli affirmãt sexcenta & tredecim,
tñ reuera decem tm̃ existunt, illa potius sunt decem p̄-
ceptorum declarationes q̃ꝫ distincta præcepta. Nãq;
ad hæc decem superiora reducuntur. SALO. Ne de-
sistas amore nostri quia huiusce rei facta est mẽtio ex-
ponere atq; dilucidare nunc. Hæc decẽ pæcepta ad-
quæ superiora illa reducuntur, ad quid ordinabantur
& q̃ erant. Scis etenim nõ mihi tm̃ sed ab altero semp
expectari tua diuina poti⁹ q̃ꝫ hũana r͞nsa. DA. Decẽ
p̄cepta sunt duæ tabulæ digito siue virtute dei scriptæ,
q̃s Moses in monte sctõ sinay à Deo recepit, qñ legẽ
ab eo meruit accipere, in q̄bus q̄dẽ tabulis duabus de-
cẽ continentur diuina p̄cepta. Et in pria tabula tria
continentur, dirigentia hominẽ ad colendum & ho-
norandũ deum optimũ maximumq;. Primum est de
cultu latriæ. s. præcipiens oportere vnum solũ Deum
adorare veluti summũ & infinitum bonum à quo oẽ
bonum & totum esse nostrum dependet. Secundũ de
nois eius veneratiõe atq; honore, ne in vanũ & absq;
veneratione sanctissimum nomen suum adsumamus.
Tertium de particulari & determinato tp̄e ad colẽdũ
& honorãdũ Deum deputato. s. sabbato, quod reqes
in nostra lingua interp̄tatur. Namq; De⁹ ipse ætern⁹
ab op̄e quod fecerat die septimo reqeuit. Hæc tamen
dicuntur negatiua præcepta, obligãt enim hoiem ad

Nota quot sunt p̄cepta legis mosyacæ.

Ad q̄d ordinata sunt decẽ p̄cepta ad quæ illa sexcẽta & tredecĩ reducebãtur.

Digitized by Google

illorum obſeruantiã in omni ſtatu,lege,& tp̃e, aut ad
ſemper & ꝓ ſemper,ita ꝙ nulla pōt homo circũſtan-
tia excuſari de peccato mortali non obſeruatis tribus
præceptis iam dictis in oĩ loco & tp̃e determinato.
Scda tabula ſeptem cõtinet diuina p̃cepta, q̃ hoĩem
ipſum ordinant ad hominem & ꝓximum.Primum in
particulari.ſ.de reuerentia honoreq́;,& patri & matri
hoc eſt parentibus ſuis & ſubuentione exhibenda.
Scdm de homicidio cauendo ne ꝓximum occidat,
aut quo vis modo necet.Tertium de furti ꝓhibitione
ne furtũ fiat ſiue quouis modo aliena vſurpet. Quar-
tum de adulterio fugiendo,ne quis actu carnis indebi
tæ ſumpto, adulterium perpetrare audeat nec velit.
Quintum,periuria prohibet ne quis iureiurãdo inter
poſito decipiat proximum.Sextum aliena bona tem
poralia concupiſcere & deſyderare vetat.Septimum
& vltimum p̃cipit ac ꝓhibet ne in alterius vxoris cõ-
cupiſcẽtiã aliquis inflammetur exardeſcat'ue, aut in-
cidat. Quibus q̃dem p̃ceptis debet homo ĩterius,ex-
teriusq́; regulari,quo ad Deum & ꝓximũ, hæc tamẽ
ſecundæ tabulæ p̃cepta affirmatiua dicũtur.Et ſi obli
gant ad ſemꝑ ſtantibus circunſtantijs,non tñ ꝓ ſemꝑ,
q̃a ſi pater abſens ſit, vel filius non habeat vnde patri
ſubueniat,ad ip̃m honorandũ non tenetur. Similiter
quãuis homicidium ſit ſemꝑ ꝓhibitum,iudex tñ homi
cidam ſuſpendens non peccat,immo meretur. Prohi
betur quoq; homo aliena capere, verũtamẽ extremæ
neceſſitatis tp̃e illa capiens nõ peccat,hæc ſunt,& af-
firmatiua & negatiua,quæ à lege ordinantur p̃cepta
ad quæ oĩa alia referuntur.SALO. Satis clare intel-



Digitized by Google

leximus, q̃ à lege diuina ordinantur, et pp̄ qd ſit lex ipſa data, & quemadmodum p̄cepta in genere dicta ad duo reducantur affirmatiua, videlicet & negatiua, tñ exoritur mihi difficultas ex iis dictis, quæ talis eſt.

## Quomodo lex diuina poteſt diuidi cum ſit vnicus actus. Cap. 19.

Obiectio prima.

SI lex diuina (vt ſupius dixiſti) nõ eſt aliud q̃ʒ actus puriſſimus & ſimpliciſſimus diuinæ voluntatis, qui eſt vnus numero omnino indiuiſibilis & impartibilis, quomodo nunc dicitur, ꝙ quædam diuina lex eſt affirmatiua? vt in præceptis ſecũdæ tabulæ, & quædam negatiua? vt in præceptis primæ tabulæ. Igitur ſi ſic eſſent duo actus diuinæ voluntatis, & non vnus purus & ſimpliciſſimus.

## Quomodo nolle poſſit eſſe in Deo, cum ſit idem ꝙ odire. Cap. 20.

Obiectio ſecunda.

PRæterea hoc videtur impoſſibile, q̃a velle & nolle idẽ eſt ꝙ amare et odiſſe vel odio habere, odium autem nõ cadit in Deo. Nam dicit imp̄fectionẽ, & non cadit in Deo, p̄pterea dicit ſcriptura ſacra Miſereris omnium Deus, & nihil odiſti eoꝝ q̃ feciſti, ergo lex negatiua non põt eſſe in Deo. DAV. Sapienter dubitaſti, qm̃ in Deo non eſt

Digitized by Google

niſi vnicus actus voluntatis formalr infinitus oīno indiuiſibilis qui dicitur velle ſiue amare, quo actu, ſiue lege, omnia ab æterno ordinauit. Et nullo modo poteſt eſſe in Deo nolitio ſiue nolle, quod idē eſt quod odire, ſiue odiſſe, tamen iſte actus volūtatis diuinæ inquantum tranſit ad creaturam præmiandam, dicitur actus aut lex affirmatiua, inquātū autem ordinat creaturam puniendam, dicitur actus & lex negatiua nulla facta variatione ex parte actus voluntatis diuinæ ſiue diuinæ legis, ſicut apparet in actib⁹ volūtatis noſtræ. Nam eodem actu aut velle vel ſaltē alio & alio velle volo Ioannē præmiari, & Petrum volo puniri, & tamē vterq; actus eſt actus affirmatiuus. ſ. velle aut amare. Sic voluntas diuina inquātum creaturam ordinat ad vitam æternam, exprimitur per legem affirmatiuā. Inquantum ordinat ad pœnas æternas, exprimitur p legem negatiuā. Et ideo in veritate rei idem eſt actus voluntatis diuinæ omnino indiuiſibilis quo vult omnia, ſcilicet velle aut amare. Et ſic patet ꝙ nō ſunt plures actus diuinæ voluntatis in Deo. Et ex conſequenti patet reſponſio ad ſecundam obiectionem, ꝙ odire ſiue nolle non eſt in Deo cum ſit vnus actus ſimpliciſſimus voluntatis diuinæ omnino indiuiſibilis, omnino impartibilis, quo actu vult omnia, licet diuerſimode exprimatur ſecundum varios & diuerſos effectus.

Nolitio non pt eſſe ī deo.

Nota qūo idē actus uoluntatis diuinæ poteſt dici affirmatiu⁹ et negatiuus.

## Quid ſit lex naturalis. Cap. 21.

CALO. De lege diuina tantum ꝑcepimus, quātū benignitas tua voluit ac debuit & ꝓ ſubiecta materia, & ꝓ noſtra omniū intelligentia dicere, vt vlterius dubitare non videamur. Deſyderamus ſi placet de ſcđo principali non nihil ſentire, de lege ſ. naturali. Opinamur hæc breuia fore, ꝓpterea nec te tedeat incipere, nam magno tenemur deſyderio hæc tria breuiſſima percipere. Primo, quid ſit iſta lex naturalis. Secundo, in qbus præceptis conſiſtit. Tertio, q̄ ſunt illa quæ à lege naturali dependent. DAV. Noſti tua ſapīa fili, ex opinionibus ſcientiam & certitudinē haberi non poſſe, dixiſti enim te opinari ſic eſſe, hoc eſt breuia fore, quæ de lege naturæ dici poſſunt, quæ longiora q̄ȝ credis audies, an fortaſſe ironice mecum loqueris? aut hæc addidiſti vt me ad dicēdum prouocares? aut breuia ſint & pauca, aut maiora & plura? nū quā abs te recedam, niſi te quietum reddam. Igitur ad quæſita conuertamur. Ad tuæ petitionis euidentiam eſt notādum, ꝙ lex naturalis pro nunc intelligi dupliciter poteſt. Vno mō pro lumine naturali intellectus, quo lumine & virtute cognitis terminis intellectus iudicat ꝙ hoc eſt bonum, & illud malum. Et ſic lex naturalis accipitur cauſaliter, aut fundamentaliter, quia cauſa, ſiue fundamentum, ſiue principium legis naturalis eſt naturale lumen & concreatum à Deo æterno in anima noſtra, quo lumine & qua virtute propria iudicat, & diſcernit quid boni, quid mali, Verbi gratia. Cognito toto & cognita parte intellectus naturali lumine determinat & dicit ꝙ totū maius eſt ſua

Nota de duplici lege naturali.

Digitized by Google

parte, ſimil'r cognito bono & cognito malo naturali lumine & virtute nullo alio docente, dicit ac determinat bonum deligendum eſſe, & malũ fugiendum. Et hoc quia bonum ex ſua ratione formali eſt eligibile, cum ſit obiectum voluntatis, ſaltẽ quia voluntas amat obiectum inquantum bonũ, ſiue ſub ratione boni, aut apparentis, aut ex natura rei & exiſtentis, aut boni p̄ſtituti, quia nemo operatur ad malũ aſpiciẽs ſcd̃m ſapiẽtis dictum & ſniam. Et ſic accipitur lex naturalis pro lumine naturali intellectus, qd̃ eſt cã talis legis. Alio modo lex naturalis accipi põt formaliter. ſ. ꝑ illa notitia cauſata à lumine naturali, quæ actualiter ĩformat animã noſtram. Et ſic dicitur lex formalis & proprie. SALO. Audiuimus notabilem diſtinctionẽ legis naturæ. Et quod vno modo fundamentaliter, ꝑ lumine intellectus. Alio modo formaliter pro illa notitia cãta à lumine naturali intellectus, in hac notitia mẽs noſtra eſt dubia. Et modo huc, modo illuc impellitur, dicas rogo quid ſit iſta notitia, quæ dicitur lex naturalis. DAV. Notitia hæc quæ dicitur lex naturalis, non eſt aliud, q̃ notitia primorum principiorũ practica, & concluſiones q̃ neceſſario ex illis ſequũtur. Verbi gratia intellectus meus cognoſcit hoc totum & hanc pᵗem, puta in quantitate molis, & ſtatim lumine naturali dicit, ꝙ hoc totum eſt maius ſua parte, & cognoſcit aliud totum & ſuam partem. Et ſimiliter ſtatim dicit ꝙ hoc totum eſt maius ſua parte. Et ſic in omnibus iudicat, tunc facit hanc cõcluſionem. Omne totum eſt maius ſua parte. Iſta notitia vocatur lex naturalis, qa à naturali lumine cauſata nullo alio docẽte, & demo-

Quid ſit notitia quæ dr̃ lex naturalis.

ſtrante. Similiter intellectus meus cognoſcit bonum, & ſtatim lumine naturali dicit & determinat q̄d eſt diligendū. Et ſimiliter cognoſcit aliud bonū & iudicat idem, ergo eſt diligendum, & ideo facit hanc concluſionem. Omne bonū eſt diligendū, iſta notitia dicitur lex naturalis formaliter. Et q̄a ex iſtis principiis ſequūtur multa correlaria & concluſiones, dn̄r leges naturales, ſiue eſſe de lege naturali, quia ab illis primis prīcipiis ꝓcedunt. Verbi gratia ſummū bonū eſt ſumme diligendum, Deus eſt ſummū bonum, ergo Deus eſt ſumme diligendus. Summū malum eſt ſummo odio habendum, blaſphemia Dei, ſiue idolatria eſt ſummū malum, ergo ſummo odio habendum. Iſtæ concluſiones dicuntur eſſe leges naturales ſiue de lege naturæ. Et ſic patet quæ ſit iſta notitia q̄ lex naturalis dicitur.

## Quare lex dicitur naturalis? nūq̄d à natura eſt. Ca. 22.

CALO. Quare lex iſta dicitur naturalis? nunquid talis notitia eſt increata? ita ꝙ ſit à natura. Et ſi ē creata cum ſit ꝙ ſit à cā ſuꝑ naturali. ſ. à Deo, quare non dicitur ſuꝑ naturalis ſed naturalis?

Quar̄ lex iſta dr̄ naturalis & non ſuper naturalis.

DAV. Lex naturalis non eſt incauſata in anima noſtra, immo ſi loquamur de lumine naturali intellectus quod dicitur lex, primo modo. Siue loquamur de notitia quæ dicitur lex ſecūdo modo, vtraq; cauſata eſt. Primum. ſ. lumē naturale eſt à Deo cōcreatum in anima noſtra. Secunda. ſ. notitia eſt à lumine naturali intellectus vna cum obiecto, quia anima noſtra in ſua

prima

Digitized by Google

prima creatione eſt tanquam tabula raſa in qua nihil eſt depictum. Eſt igitur fili iſta notitia/ſiue lex naturalis cãta & creata à cauſa ſuper naturali, loquendo de lumine intellectus. Et cum quæris ſi eſt cauſata à cauſa ſuper naturali, quare non dicitur lex ſuper naturalis ſed naturalis. Dicimus, ꝙ licet lumē naturale dici poſſit lex ſup naturalis, inquantū comparatur ad cãm ſup naturalē creantem. ſ. Deum, tñ lex ſiue lumen dicitur naturale, in quantum ex ſua natura & virtute naturaliter operatur. Sicut licet cæcus ſit ſup naturaliter illuminatus, tñ poſtea naturaliter videt. Sic eſt de lumine naturali intellectus, quod licet poſſit dici ſuper naturale, ꝓ quanto immediate à Deo creatur, tñ poſt creationem naturaliter diſcernit & iudicat. Si aūt loquamur de lege ſecundo modo, illa non dicitur ſuper naturalis, ſed mere naturalis, quia immediate cauſatur à lumine naturali intellectus. Sic credo manifeſtum eē quare dicitur naturalis & non ſuper naturalis.

## In quibus conſiſtit lex naturalis. Cap. 23.

AD ſecundum venio benedicte fili ꝙ quærebas. ſ. in quibus præceptis cōſiſtit lex naturalis. Dicimus ꝙ naturalis lex triplex eſt, multaqꝫ continet in ſe ꝑcepta, ſed omnia ad duo ordinãtur, hoc eſt dilectionem Dei & proximi. Et hæc duo ad vnum. ſ. bonum eſt faciēdum & malum fugiendū, ſuper quo fundamēto omnia legis naturæ præcepta fundantur. Ad naturalem legē pertinet illud thobiæ.

Præcepta legis naturæ ordinantur ad duo & hæc duo ad unū.

T

Quod tibi oderis fieri alteri,ne feceris, & ideo q̃cũq; vultis vt faciãt vobis homines,& vos facite illis.Hæc eſt enim lex & prophetæ.Quapp̄ lex naturalis implicite tam veteris q̃ȝ noui teſtamenti præcepta omnia cõtinet,patet quia diuina præcepta(vt diximus)in noſtra lege ad decem tm̃ præcepta legis reducuntur, q̃ Moiſi data in tabulis lapideis fuerunt in mõte ſinay, hæc autem decem fundantur ſuper illo præcepto & fundamento legis naturæ. Videlicet bonum faciendum,& malum fugiendum.

## Omnia præcepta legis fundantur ſuper vnico præcepto legis naturæ. Cap.24.

CALO. Dic benigne pater, quõ decẽ præcepta legis fundantur ſuper illo vnico naturæ legis præcepto.DAV.Dicam fili.Et ſi à te ipſo hæc nouiſſe me video,qualiter omnia præcepta legis immo prophetarum omnium fundantur in illo naturæ legis præcepto. Bonum eſt faciendum &c. Nam ſuper hanc primam particulam bonũ eſt faciẽdum fundantur quatuor diuinæ legis præcepta.ſ.vnum colere & adorare Deum,tanq̃ȝ ſummum & infinitum bonum.Nomen Dei cum reuerentia & honore nominandum.Aliquo certo & determinato tpe Deum eſſe laudandũ.Patrem & matrem & honorandos & nutriendos,hæc quatuor ſup illud verbum legis naturæ iam dictũ firmãtur.Nã recognoſcere & adorare vnũ ſolum Deum, vnum principiũ, & cãm omniũ creaturarum bonũ eſt. Non in vanũ & fruſtra adſumere ſiue

Nota quõ decẽ p̃cepta legis fundãtur ſup illud præceptum legis naturæ.

Quatuor diuia præcepta fundãtur ſup primum p̃ceptũ legis naturæ.

iurare nomen illius, bonum eſt. In aliquo certo & determinato tēpore ipſi cultui diuino, ſiue laudi eius incūbere & operam dare, bonum eſt. Patres & matres à quibus tot & tanta bona filii acceperunt honorare & ſubuenire, bonū eſt. Vides ergo fili mi ſup hoc verbū ſiue legis naturæ ſniam. Bonū eſt faciendum, quatuor præcepta diuina fundari. Præterea in reliquo ſex alia bene fundantur. Hoc eſt malū fugiendum. SAL. Et dicas hæc reliqua pater obſeruande. DAV. Dicā libētiſſime. Et ſi facillima ſunt intellectu. Nā certū eſt occidere hoīem malū eſſe. Mechari & luxū indebite exercere quōcunq; malū eſt. Bona aliena furari, quomodocunq; & iniuſte auferre, malum eſt. Falſum iurare, & ꝓximum decipere malum eſt. Concupiſcere & iniuſte appetere bona ꝓximi tui malum eſt. Inhoneſte deſyderare vxorem ꝓximi eſt ſimiliter malum. Ecce quomodo in eo omnia hæc fundātur. Sed qm̄ omnia alia p̄cepta tam legis moſaicæ q̄ aliorum prophetarum omniū ad hæc decem reducantur, & hæc omnia decem ad illud legis naturæ bonum faciēdum & malum fugiendū, ꝓpterea dicendum eſt diuina præcepta omnia ſuper illam naturalem legem fundari.

Sex diuina p̄cepta fundantur ſup ſecundū præceptū legis naturæ.

## Si lex naturalis fuit ſufficiens, ad quid lex moſaica & euangelica data eſt? Cap. 25.

SALO. Ad plenum nouimus oīa diuina p̄cepta, & p conſequens omnia alia noſtræ legis. Sic etiā ꝓphetarum reduci ad præceptum illud legis naturæ, & in illo fundari, propterea quærimus id

qđ inter audiendum occurrit. Ex quo Deus æternus nullo tpe deſtitit à remedio dãdo & ad noſtram ſalutem oportuno. Cũq; tempore legis naturæ quilibet per eam ſaluus fieret, ſecus defeciſſet Deus in neceſſarijs, quod abſurdum videretur & impoſſibile, qa diuĩa ꝓuidẽtia deeſſe nõ poteſt. Sequitur ex hoc, aut ꝙ lex naturalis fuerit diminuta, aut lex moſaica ſupflua, multo magis euãgelica, ex quo videtur alia lex, hoc ẽ ĩcõueniens & manifeſte falſum, ergo illud ex quo ſeqtur.

Obiectio ꝙ lex naturalis fuit ſuperflua aut dimiuta.

## Si lex moſaica & euãgelica fundantur ſupra legem naturalem, ergo lex naturalis eſſet perfectior vtraq; lege. Cap. 26.

ADditur etiã hoc. Si noſtræ legis moſaicæ præcepta & potiſſimũ illa decem q̃ digito Dei viui ſcripta fuerunt, ſunt fundata ſuper legem naturalẽ, cum omne fundamentum ſit aliquo modo pfectius fundato, ergo lex naturalis perfectior eſt lege noſtra diuina. Et ſic opus Dei reſpectiue ſaltem eſſet imperfectum, hoc autem videtur abſurdum, quia lex noſtra perfectior ẽ lege naturali, & pariter lex euangelica q̃ chriſtiani merito tenent. DAV. Bene inter audiendũ dubitaſti, & melius fuiſti argumentatus, conabor optime ſnĩam animi mei aperire, ſentiant tñ alij quid voluerint. Et ideo ad primum, ſi diuina prouidẽtia in oĩ ſtatu & tpe ꝓuidit de oportuno remedio &c. aut lex naturalis fuit ſufficiens, aut nõ, ſi fuit ergo noſtra ſuperflua, quod viſum eſt impoſſibile. Dicimus ꝙ neq; lex

Digitized by Google

naturalis fuit diminuta, neq; noſtra aut euãgelica fuit ſuperflua. SALO. Quare igitur ſi illa fuit ſufficiens, ſecunda. ſ. noſtra non fuit ſuperflua. DAV. Dico, ꝙ vna & eadem fuit lex naturalis, moſaica, & euangelica. Sed tantum iſtæ tres leges differunt quo ad hoc, videlicet inquantum vna lex magis explicite & clare dicit & ordinat, quod alia lex implicite & ĩuolute & figuratiue dicebat, patet nam lex naturalis implicite & inuolutæ importat oĩa quæ ſunt ad ſalutẽ neceſſaria. Et quãtũ ad Deũ ſemetipſum & ꝓximũ, qa in illis (vt vidímus) oĩa præcepta diuina noſtræ legis fundantur & ꝓphetarũ, tñ lex noſtra per illa decẽ p̃cepta diſtinctius, & clarius dicit & ordinat ea quæ in lege naturæ ſunt clauſa. In lege aũt euãgelica p̃cepta legis naturæ ſunt magis clara q̃ȝ in noſtra lege moſaica. Nã licet in noſtra lege, per illa decẽ p̃cepta & alia. 600. & tredecim moſaica ſint magis exp̃ſſa & declarata, q̃ȝ in lege naturali, verũtñ in lege euãgelica multo magis & clarius manifeſta ſunt. Et p̃cepta legis naturæ, & legis noſtræ moſaicæ. Nã illa q̃ figuratiue & ænigmatice cõtinebãtur ĩ noſtra lege, explicite & ꝑ manifeſta myſteria ſunt adimpleta, vt cuilibet ſpeculãti ſatis patet. Conſeq̃ns igitur eſt ꝙ nulla lex diuĩa ſit ſuꝑflua, neq; naturalis diminuta, qa nõ ſũt plures leges, ſed vna. Et nõ differũt niſi ſcd̃m ꝙ magis & minus vna q̃ȝ alia p̃cepta magis exprimit & manifeſtat. Ad ſcd̃m qd̃ dubitabas. Si p̃cepta diuinæ legis ſcripta digito dei fundata ſuꝑ legẽ naturæ erãt, ergo lex diuina eſſet imꝑfectior lege naturali, qd̃ videtur manifeſte falſum. Rñdemus, ꝙ diuinã legẽ eſſe nobiliorẽ lege naturali poteſt

Nota q̃ó lex naturalis euãgelica & Moſaica ſunt una lex.

Digitized by Google

Nota qūo lex euangelica & Moſaica ſit pfectior lege naturali.

intelligi dupliciter. Vno modo ꝙ præcepta diuīæ legis ſint perfectiora & maiora p̄ceptis legis naturæ, q̄ implicite includūtur in ea. Altero modo ꝙ diuina lex ſit perfectior .i. efficacior ad merendū q̄ꝫ lex naturalis. Si loq̄mur de lege diuina primo modo. Sic dicimus ꝙ lex diuina nō eſt pfectior lege naturali. Nam vidimus qūo omnia præcepta non tm̄ illa decem, ſed etiā prophetarū includuntur in lege naturæ, aliter fuiſſet diminuta quod eſt falſum, qm̄ vt dictum eſt, naturalis, moſaica, & euangelica, ſunt tantum vna lex, & nō differunt quantū ad p̄cepta, niſi ꝙ vna magis explicat q̄ implicite includuntur in lege naturæ. Si autē loq̄mur de lege diuina, ſcd̄o modo .ſ. quo ad maiorem efficaciam merēdi. Sic dicimus, legem moſaicam naturali perfectiorem eſſe multipliciter. Primo quia in noſtra hebraica lege, præcepta in lege naturæ īuoluta, explicata ſunt & declarata, & ſic facilius inſtruit hominem ad cognitionem veritatis, & ſemitam quæ ducit ad vitam æternā. Secūdo, qm̄ Deus nunq̄ꝫ voluit acceptare noſtrā aliquā operationē, niſi quis crederet in Chriſti paſſionē ſui filij futurā, ita ꝙ nunq̄ꝫ aliqua creatura eſt ingreſſa vitam æternam niſi crederet in Chriſti paſſionem, tamen lex noſtra moſaica maiorem habet efficaciam in hoc q̄ꝫ lex naturalis, quæ nullam faciebat explicite mentionē de incarnatione & paſſione filij ſui, in noſtra autem moſaica, ſunt leges & prophetæ q diſtincte loquūtur de incarnatione, paſſione, & morte illius, ppea magis diſtincte credidim⁹ paſſionē futurā, et p cōſequēs opa noſtra ſunt & fuerunt deo magis grata. Tertio, qa in noſtra lege plura ſunt ſacramēta, qb⁹.

Lex euangelica pfectior ē lege moſaica multipliciter.

Digitized by Google

cõfertur maior gratia. Nã in lege natutæ ꝑter matri-monium aliud non erat præceptum. Sed in Moſaica plura ſacramẽta, ſicut circunciſio, & alia. Quarto qm̃ in moſaica tot ſunt ſacrificia ordinata & Deo acce-pta, in naturali non erant talia. Et ꝑpea quantum ad efficaciam & virtutem operandi & merendi, lex no-ſtra perfectior eſt lege naturæ, & quia Meſſias venit euangelica, lex multo perfectior eſt & naturali & mo ſaica. Tum quia euangelica magis eſt declaratiua di-uinorum præceptorum, quæ figuratiue & ænigmati-ce in alijs continebantur. Nam in ea euãgelica myſte ria omnia ſunt adimpleta, & omnibus manifeſta. Tũ quia, qui erant in naturali & moſaica merebantur cre dentes in paſſionem & mortem filii Dei præuiſam, in euangelica vero operantur & merentur credentes in paſſionem & Chriſti mortẽ in effectu poſitã. Et ideo maiorem efficaciam habent. Tum quia in euãgelica lege plura ſunt ſacramenta, q̃ȝ in naturali & moſaica. Tum quia euangelica ſacramenta maiorem efficaciã habent, qm̃ illa moſaica habent virtutem ex paſſione præuiſa, quæ ſunt euangelicæ legis ex paſſione exhi-bita. Quamobrem maior gratia confertur in iſtis q̃ȝ in aliis. Multa prætermittimus breuitatis cauſa tuæ ſa pientiæ confidentes, & ex his concludimus ꝙ lex diui na quantũ ad efficaciam & virtutem merendi ꝑfectior eſt lege naturali. Et comparatiue lex euangelica per-fectior moſaica. Ad id quod dicitur, ꝙ diuina lex fun-datur ſuper legẽ naturæ, & illud quod fundatur vide-tur eſſe imperfectius eo &c. Et ſic lex diuina eſſet im-perfectior lege naturæ. Reſpondemus nõ ſimpliciter

Nota hãc reſponſionem.

admittendo antecedens,quod ſi intelligatur ꝙ lex diuina fundatur ſuper legē naturalem tanq̄ꝫ ſi eſſet lex diſtincta,loquendo quantū ad præcepta incluſa in lege naturali.Sic negatur quod lex diuina fundetur ſuper legem naturalem.Nam ſatis diximus iſtas tres leges vnam eē,& quo ad præcepta non differre, niſi ꝙ in vna ſunt inuoluta,in moſaica & euangelica explicata.Si autem intelligatur ꝙ lex diuina fundetur ſup legem naturalem,in quantū lex naturalis eſt prior tēpore lege diuina,ſic concedo,tamen ex hoc non ſeqtur quod ſit perfectior,quia prioritas temporis nō arguit perfectionem,& ſic patet reſolutio plena quantum ad dubitationem.

## Quæ dependent à lege naturali. Cap.27.

SALO.Innotuit nobis diſtincte quæ ſit lex naturalis,& quæ ſunt illius præcepta in quibus fundatur,velis dicere ſaltem per rerū capita quæ ſunt illa quæ dependēt à lege naturæ,ad hoc vt pleniſſime hæc à te ſint magis explicata q̄ꝫ ab alijs.Noui enim ſatis clare ſatisq́ꝫ aperte cuncta exponere.

DAV.Non credas fili hoc parum laboris minimáq́ꝫ difficultatem continere,ꝙ petiſti,ſed quia ſoles tua ſapientia ſic humaniſſime tua petere,vt nemo denegare auderet,multo minus Dauid qui filio ſuo in aliquo deeſſe non poterit. Dicam vt vires ſenioris parentis tui poterunt opem afferre.

Aliquid eſſe de lege naturæ pōt itelligi dupliciter.

Pro quo aduerte, ꝙ aliq̄d eſſe de lege naturæ aut dependere à lege naturali pōt

dupliciter

duplíciter intelligi. Vno modo loquendo de lege naturali.i.de lumine naturali intellectus, quod vocatur lex naturalis effectiue, aut cauſatiue, vt ſupradiximus. Alio modo pro notitia à lumine naturali intellectus cauſata. Et hæc notitia ſiue dicatur notitia primorum principiorũ, aut notitia cõcluſionũ, quæ à principijs illis deducũtur. Et talis notitia dicitur lex naturalis ſecundo modo dicta formaliter, qa tanq̃ forma informat intellectum noſtrum. Si igitur loquamur de lege naturali primo modo dicta.ſ.de lumine naturali intellectus. Sic dicimus ꝙ oĩs lex iuſta ſiue diuina ſiue humana dependet à lege naturali.i. à lumine intellectus naturali. Nam aut lex illa fuerit notitia primorũ principiorum, aut fuerit notitia demoſtrata de neceſſitate effectiue ſiue cauſatiue dependet à lumine naturali intellectus. Et omnis alia notitia quæ lex debet vocari, de neceſſitate oportet, ꝙ ſit conformis legi naturali, aliter nõ eſſet lex, ſi eſſet cõtra recte rationis dictamẽ. Et ſic cum ratio ſit anima legis, ſi lex fuerit ſine ratiõe, nõ põt vocari lex, ſed legis deſtructio. Et à primo ad vltimũ ſeqtur, ꝙ oĩs notitia q̃cũq; ſit illa, ſi lex vocari debeat, oportet ꝙ depẽdeat à lege naturali, aut ꝓprie, ſicut notitia primorũ principiorum, aut cõcluſionũ demoſtratarum, aut ĩproprie, ſicut eſt notitia ſatis conſona legi naturali, ſecũdo modo dicta. Dicamus ergo, ꝙ oĩs les dependet ſuo modo à lege naturali, qa cum illa fundetur ſuper illud fundamẽtum.ſ. bonũ eſt faciẽdum & malum eſt fugiendũ, et ordinat aut dirigat hominẽ ad recte viuendum quo ad ſe, Deum, & proximũ, & oĩs lex cõſtituta ordinatur vel ad regendũ vel

Oĩs lex recta dependet à lege natura

Nulla doctrina lex uocari poteſt niſi depẽdeat à lege naturali ꝓprie uel ĩpropie.



Digitized by Google

ad gubernandum ſeipſum vel circa Deum, vel proximũ, ſequitur ꝙ nulla notitia põt recte & ꝓprie vocari lex, niſi aliquo modo depẽdeat ab iſta lege prima naturali, ſiue proprie vt eſt notitia primorũ principiorũ & demoſtratarum cõcluſionum, ſiue improprie, vt eſt notitia conformis & conſona legi naturali. Aliter lex nullo modo vocari debet vt plene diximus. Ex hoc ſequitur, ꝙ ex quo notitia decem præceptorũ, ſiue decem præcepta ſunt ac dependent à lege naturali, quia ſunt concluſiones primi principij legis naturæ .ſ. bonum faciendũ, & malum eſt fugiẽdum, ab illa prĩa particula .ſ. bonũ &c. Sequũtur quattuor prĩa ꝑcepta, videlicet. Vnum ſolũ principium primum et cãm oĩum creaturaꝝ ſup oĩa adorare et venerari, à quo oĩa procedũt, & eſt totum eſſe noſtrũ. Quare ꝗa bonum eſt. Nomen Dei ſanctiſſimũ maximo cum honore & reuerentia nominare. Aliquo determinato tẽpore eius cultui diuĩo vacare & laudare, ꝗa bonum eſt. Patrem & matrem ꝗ te genuerũt reuereri & alere, ꝗa bonum eſt. Vides nunc quattuor ꝑcepta qũo tanq̃ cõcluſiones depẽdẽt à lege naturæ veluti à primis principijs. Et ſimiliter ſex alia ꝑcepta ab illa particula malum fugiendum, aut non faciendum. Et ꝓpea ſeqtur homicidium nõ eſt faciẽdum quare? ꝗa malum. Aliena bona non ſunt iniuſte capienda, ꝗa malum eſt. Nõ mœchãdum. Non falſum teſtimoniũ cõtra ꝓximum. Nõ cõcupiſcẽda aliena bona. Non vxor proximi indebite deſyderãda, quare? ꝗa hæc mala ſunt. Ecce patet hæc oĩa decem diuina præcepta à lege naturæ depẽdere. Et ſimilr ſexcenta & tredecim ꝑcepta moſaica ꝗ ſunt

A prima ꝑticula legis naturæ depẽdẽt quatuor ꝑcepta legis diuinæ.

Sex ꝑcepta diuina depẽdẽt ex ſcđa particula legis naturæ.

Digitized by Google

diuinorum pceptorũ declaratiua & expreſſiua, ſi ſunt cõcluſiones q̃ de neceſſitate ſequuntur ex primis principijs, ſic ſunt de lege naturæ ꝓprie & ſtricte loquendo. Si autẽ non ſunt cõcluſiones neceſſariæ ex primis principijs illis, ſed ſunt cõtingẽtes, licet ſint cõformes primis principijs ſic depẽdent à lege naturali, & largo modo. Si vero loquamur de lege euãgelica, in illa ſunt pcepta q̃ de neceſſitate ab vltimo fine auertũt, ſic ſunt de lege naturæ ꝓprie loquẽdo, vel dicunt nõnulli duo pcepta primæ tabulæ eſſe de lege naturali ſtrictiſſime loquẽdo. De tertio autẽ dubitatur. Et oĩa pcepta ſecundæ tabulæ eſſe de iure naturæ large loquendo, vt aliq̃ dicunt. Nam ſunt cõcluſiones q̃ neceſſario ſequuntur ex primis principijs. Si autẽ ſunt cõſilia & de bene eſſe, ſunt de lege naturæ large loquendo, patet. Nam licet ſeruare caſtitatẽ, relinquere mundum, & ſimilia q̃ ſunt opera pfectionis, ſint bona & laudabilia, nõ ſunt ſimpliciter neceſſaria. Et ꝓpea oĩa conſilia ſunt cõformia legi naturali, licet non ſint cõcluſiones neceſſariæ ſequentes ex illis primis principijs. Concludimus ergo dilecte fili, & breuiter, ꝙ oĩs lex Diuina, Moſaica, Euãgelica, ſiue humana, ſi in veritate lex vocari debet à lege naturæ dependet vel ꝓprie vel ſtricte, ita ꝙ ſit concluſio de neceſſitate demoſtrata per principia legis naturæ, vel ꝙ ſit cõſona aut cõformis legi naturali, licet neceſſario non ſequatur, & cum oĩs lex recta detur per modũ præcepti vel cõſilij vt apparet in omnibus ordinationibus, ſequitur neceſſario ſiue vno mõ, ſiue altero accipiatur, ꝙ depẽdet à lege naturali. Si vero non eſt concluſio neceſſa

Oĩs lex depẽdet à lege naturali proprie uel ĩproprie.



Digitized by Google

rio ſequens,neque conformis legi naturæ, dicimus ꝙ nullo modo poteſt vocari lex, imo potius deſtructio legis, & abuſio mala & maxima,præſertim ſi legi naturæ repugnat,hæc habeas fili de lege naturæ. SAL. Voluiſti pater nobis obſequi,& de lege naturæ & diuina dicere ad noſtrā petitionem dilucidandam,et ea dixiſti quæ & naturæ legem & diuinā & quæ ex illis deducuntur aut dependent, ſic clare aperuerunt ſiue per modū neceſſitatis,ſiue contingentiæ,vt merito q;libet poſſit ſine aliqua mētis caligine vtrāq; legem & quæ ab iis cōtinentur intelligere. Velis & in hoc obſequia ꝓſtare vt de lege humana nonnulla q̃; breuiſſime petenda aperias,hæc enim erat vltima lex ſi recte meminiſti,per quam datur aditus ad tabernaculū Dei & ad montem ſanctum.

## Ad quid data eſt lex humana, cum moſaica & euāgelica eſſet ſufficiens ad ſalutem. Cap.28.

Primum.

SI Deus æternus per legē naturæ & diuinam euangelicamq; tot præcepta dederit,totq; conſilia quibus pōt homo bene dirigi & gubernari,tam apud ſe, q̃; apud Deum & proximū, vt quid facta eſt lex humana? & ad quid neceſſaria,nū quid naturalis & diuina fuerint diminutæ & inſufficientes? Si leges humanæ ſunt neceſſarie, qui ſunt illi, & quales debent eſſe qui leges condunt & conſtituunt.

Secundum.

Tertium.

Quales debent eſſe leges, adhoc vt ligent & ſint recte ordinatæ. DAVID. Dicam q̃; libentiſ-

ſime. Ad primum cum q̃ris ſi lex diuina et naturalis et tot præcepta ſint & conſilia q̃bus pōt regi homo tā apud ſe ipm̄, &c. nunq̄d illæ leges ſint diminutæ? Rn̄deo dilecte fili, ꝙ neq; diuina fuit diminuta, neq; naturalis lex. Sed quia cōiter leges diuinæ, & naturales pūniunt aut adnuntiant delinquētes puniri pœna æterna & æternis cruciatibus, multiq; inueniantur qui nec Deum timent, nec homines venerentur, neq; credunt ſupernam neq; inferorum vitam inueniri, ac depoſito pœnaꝝ quæ in inferno ſunt timore in peius ſemper ꝓcedunt, Deum, & proximum, & ſemetipſos offendentes, propterea opus fuit humanas leges ordinare, quæ non ſolum dicunt male factores dignos eſſe pœnis æternis, ſed præcipiunt & volunt huiuſcemodi homines acerbiſſime puniri pœnis tp̄alibus, ſcđm quantitatem & qualitatē delicti, immo q̄nq; vltra quantitatem ad maiorem timorem, quo humana coerceatur audacia, & tuta inter improbos ſit innocentia. SAL. Nōne in noſtra lege ſunt ſexcenta & tredecim præcepta, q̄bus non tm̄ pœnis æternis mandatum eſt peccatores puniri ſed vt plurimum pœnis tp̄alibus? DAV. Bene dicis fili, quamuis in noſtra lege hoc ſit mandatum vt dicis, tn̄ adhuc opus eſt, vt præter ea quæ dicta ſunt ĩ noſtra lege inſtituātur aliq̄ ſtatuta municipalia, ſiue leges, quia aſſidue varij & diuerſi defectus & errores incidunt, qui per generales illas leges non facile puniri poſſunt, namq; ea quæ de nouo emergunt nouo indigent conſilio & remedio, ꝓpea noſtri doctores antiqui nouas ordinare conſtitutiones non ceſſauerunt, ex quibus confectum eſt vt fabricaretur. Tal-

Nota q̃re fuit neceſſariū ꝙ leges humanæ conſtituerentur.

Nota quot ſunt ꝑcepta ĩ lege moſaica

Lex humana fuit neceſſaria.

Digitized by Google

quod,in quo de viuendi modo multa determinantur, & inter chriſtianos humanæ leges multo magis abũdant & multiplicantur.

Quare tãta humanaꝝ legũ multitudo repitur. C.29.

Quare ma-ior numerus legũ eſt inter xpianos q̃ in ter hebræos.

SALO. Quare inter chriſtianos maior eſt multitudo humanarum legũ q̃ꝫ inter nos? DAV. Ideo inter chriſtianos eſt maior numerus legum, quia iudicialia noſtra nõ recipiunt neqꝫ acceptant, ne videantur iudaizare. Et ideo magis indigent ſtatutis & legibus humanis, vt recte viuere valeant. Et licet multa de præceptis noſtris iudicialibus accipiant, tñ illa nõ obſeruant, vt pcepta moiſis, ſed vt inſtituta à chriſtianis, ſcilicet pontifice ſummo, vel imperatore, vel aliquo alio vt recte ſpeculanti patet. Habes igitur fili quõ cõgruum fuit leges humanas inſtitui præter naturalem moſaicam & euangelicam.

Quales eſſe debent legis latores. Cap.30.

Qui ſunt qui poſſunt condere leges.

NVnc redeo ad ſecundum in quo dubitabas qui ſunt illi & quales eſſe debent qui cõdunt leges & ſtatuta, ſi humanæ leges ſunt neceſſariæ. Dicimꝰ ꝙ condere leges ad chriſtianoꝝ caput pertinet potiſſimũ. Et in ſpiritualibus ad pontificem ſummũ, & in tpalibus ad imperatorẽ, illi quidem

Digitized by Google

poſſunt condere leges vniuerſales, q̄ ſup omnes chri-ſtianos Dñi ſunt, quibus chriſtiani obedire tenentur. Nemo enim pōt præcipere non ſubditis ſuis, & iſtæ proprie dicuntur leges imperiales & canonicæ ſiue eccleſiaſticæ. Cæteri aūt Dñi temporales collegia & reſpublicæ poſſunt ſtatuta aut leges municipales, & particulares inter ſe condere, quæ proprie non dñr leges, quia non vniuerſales. Ex quibus habes, qui ſunt q̄ leges condere poſſint, quæ ꝓpriæ ſunt leges, & q̄ im-propriæ, ſcilicet particulares. Cum aūt quæris quales debeant eſſe legum conditores. Dicimus ꝙ quilibet princeps leges condens, debet dotibus & gratijs ful-gere tribus. ſ. Ducatu rationis. Conſilio ſapientis. Et exēplo virtutis. Primo, debet ducatu rationis fulgere, quapropter Reges à recte agendo vocati ſunt, & à recte faciendo regis nomen tenetur, & peccādo auer-titur. Reges ergo fili mi vocātur, qui tam ſubditos, q̄ȝ ſemetipſos mortificare nouerunt. Sed nemo poteſt ſe regere aut alios niſi ſub principatu ꝓpriæ rōnis, qua refrænantur paſſiones, ſine quarū refrænatiōe nullus pōt bene principari, dic quæſo fili cui libere imperabit q̄ non poteſt ſuis cupiditatibus imperare? refrænet primū libidines, ſpernat voluptates, iracūdiā tēperet, auaritiā coerceat, cæteras animi labes repellat, tuncq́ incipiat alijs imperare, quum ipſe improbiſſimis dñis dedecori ac turpitudini parere deſierit. Opus eſt igi-tur primo loco dictamine rectæ rōnis. Sc̄do dicimus opus eſſe fulgere conſilio ſapientis, principes & legū conditores, hoc eſt eſſe ſapiētes, q̄ȝ bene fili ore pro-phetico dixiſti. Rex inſipiens perdet populum ſuum,

Quibus gratiis debent fulgere legū cōditores.

Digitized by Google

beatas igitur fore reſpublicas nouim⁹. Si eas vel ſtu-
dioſi ſapientiæ regerent vel earum rectores ſapientiæ
ſtudere contigiſſet. Non ergo inſipiētibus aut inex-
pertis datur conſtitutio legum, aut reſpublica regen-
da, ſed ijs quos modo diximus ſapientibus. Tertio, di-
cimus oportere eum qui leges condat, exemplo virtu
tis fulgere. Nam quemadmodū cæcus corpore non
poteſt eſſe tutor & dux, cum non poſſit res pupilli ꝑ
ſe gubernare, ſic nec cæci ſpiritualiter, ꝗ habent ocu-
los, & non vident, minime ſunt apti aut cuſtodes, aut
aliorum rectores. Nam ſi ſibi bonus non erit cui tan-
dē erit? huiuſmodi pricipes aut rectores nō cuſtodiūt,
ſed corrumpūt ſubditos, ꝓpea ſi debent principari ſu-
per oēs debēt virtutibus ornari, fœlices reſpublicæ,
fœlices homines cuius vis tp̄is, fœlix eccleſia Dei, ſi ta
les principes reperirētur, ꝗs nō timeret eos? ꝗs eorum
mandatis non libenter pareret, quis eoꝝ exemplo nō
moueretur? hæc.n.eſt ſupiorū cōditio, vt quod agunt
præcipere videantur, quod ideo fit quia oēs eorū exē
plo ducuntur, quapꝑ fili, debent principes eſſe alioꝝ
exemplaria. Sed heu, heu, heu, nam mundus penè to-
tus ijs principibus gubernatur, ꝗ non ſunt reges. Nā
recta ratione non ducūtur, qui nō ſunt ſani, ſed inſipiē
tes & inſani. Nam recto & ſapientium cōſilio nō gu-
bernātur, ſed facti ſunt fures ciuitatum diſſipatores, or
phanoꝝ & viduarum perſecutores, ꝗ illorum ſangui-
ne & carnibus nutriūtur, & ſuo exēplo peſſimo alios
ad ſcelera exhortantur, inuerecunde peccāt, homines
non verentur, Deum non timent, iuuenes & virgines
& demū omnes ad facinora prouocare non ceſſant.

Et ideo

Digitized by Google

Et ideo ait propheta & non immerito. Veh ciuitati cuius rex puer eſt,& cuius prĩceps mane comedit nõ ad neceſſitatem,ſed ad ebrietatẽ ſectandam, veh,veh, eccleſiæ ſanctæ Dei,quæ hodie pueris & inſipiẽtibus & laſciuis paſtoribus vt plurimũ gubernatur, q oues non cuſtodiunt ſed diſſipant ac deuorant,& ſuis exẽ-plis malis ad mala prouocare alios non ceſſant,præ-tereamus hæc ſilentio potius,& redeat ſermo ad principium. Opus enim eſt vt exemplo virtutis fulgeat q leges cõdere volet,& alios gubernare,aliter qũo po-terit alios reprehendere & increpare? Rectus enim p̃t loripedem reprehendere. Et albus ethiopem deride-re,vt ſua bona vita & viuendi moribus ad recte viuendum ſolo exẽplo excitare poſſit. Nam cuius vita de-ſpicitur,oportet vt eius doctrina & lex contemnatur. Et ideo oportet eum omnibus virtutibus tum iuſtitia & æquitate vigere,qui vult leges condere,& alijs præcepta dare,ideo per ſpiritum ſanctum qñq; dixiſſe me mini. Diligite iuſtitiam qui iudicatis terram. SALO. Cur potius de iuſtitia q̃ȝ de alijs virtutibꝰ eſt facta mẽtio pater obſeruande? DAV. Fili benedicte nõ ab re ſpirituſſanctus de iuſtitia meminit potius,nihil enim ẽ magis ad gubernationem expediens q̃ȝ iuſtitia,q̃ ſine prudentia eſſe non poteſt,hæc eſt illa vniuerſalis iuſtitia in qua omnes aliæ continentur virtutes. Nam prudentia interdum eſt aſtuta calliditas,fortitudo vbi eſt, ibi qñq; iracundia,pariter de alijs quæ latentia conti-nent vitia,iuſtitia vero vt lucifer inter ſtellas concordiam tenet aliarum virtutum, & ꝓpterea maxĩe opus eſt ipſa iuſtitia. Deinde ratione gubernationis, ſine iu

Quar̃ magis iuſtitia q̃ aliæ uirtutes req̃ratur.

ſtitia enim nulla pōt gubernari reſpublica. Nā remo-ta iuſtitia, quid aliud ſunt regna niſi latrocinia? Vltio ratione rectificationis. Nam operatiōes quæ ſunt hominis ad ſeipſum rectificantur & regulantur paſſionibus rectificatis ab alijs virtutibus moralibus. Sed operationes quæ ſunt ad alium indigēt rectitudine ſpeciali, & regimine, quæ quidem rectificatio fit per iuſtitiā. Debet igitur fili princeps aut conditor legis fulgere exemplo virtutis cuiuſlibet, iuſtitiæ præſertim, ſi volet bene gubernare & rempublicam regere.

## Quales debent eſſe leges vt ligent. Cap. 31.

AD tertium à te ꝓpoſitum in quo petis qles debent eſſe leges. Scias hoc non à me, ſed potius petendum à te. Et ꝓpterea à me ſilendū, viges enim ſapientia, in qua omnes leges continentur. Sed ſi volueris dicam. SALO. Dic benigne pater, eſt hic qui hæc non nouit, vt ſæpius eſt à me dictum, & à te cognitum, ſic in dicendis oībus. DAV. Dicam libenter, ꝙ leges debent eſſe rōnabiles, ꝓbabiles, & vtiles, ad hoc vt recte leges vocari poſſint. Et primo dico ꝙ debent eſſe rationabiles, q̄a lex eſt omne illud quod ratione conſiſtit, quod religioni conuenit, quod diſciplinæ, quod ſaluti proficiat. Si vero lex ipſa rationabilis non fuerit iuriſditionem aliquā non obtinet. Et ideo ſi leges humanæ repiantur q̄ legi naturali, diuinæ, aut eccleſiaſticæ repugnant, ſiue aliquo modo contradicāt, nullo modo ſunt obſeruādæ, qm̄

Quales debent eē leges ſi leges uocari debent.

Oīs ordinatio hūana cōtradicēs legi naturali aut diuiæ aut eccleſiaſtice lex uocari nō debet.

leges impatorũ ſiue cuiuſcũq; creaturæ,non eſt ſupra legem diuinã,aut naturalẽ,aut eccleſiaſticam, & p cõſequens non pñt leges illas diſſoluere & diſſipare,qñ igitur leges ſunt ad morum cõpoſitionẽ & ad vitioꝶ refrænationẽ,tunc rationales ſunt & tenẽdæ. Scđo dico ꝙ lex humana debet eſſe ꝓbabilis,qa oĩs lex & cõſtitutio ligat poſtq̃ ad aures ſubditoꝶ ꝑuenit. SAL. At ſi quis dicat quod voluerit vti illicitis,quia ſic ſunt in omnium vſu,vt forte ſit in aliquibus & regionibus & locis. DAV. Nõ excuſatur à peccato ille, nam ꝑꝑ bonæ vitæ tranſgreſſores lex poſita eſt, & non ꝓpter iuſtos,iuſtis enim lex non datur neq; ꝓpter illos ſundatur. Tertio leges debẽt eſſe vtiles. Conſtituũtur.n. pro cõi vtilitate & non priuata. Certum eſt bonum quanto cõmunius tanto melius,vt amatores ſapiẽtiæ dicunt,debet igitur ad cõem omnium vtilitatem fieri, contingit autem ſæpius aliquid obſeruari cõmuni vtilitati & ſaluti eſſe vtile,vt in pluribus, aliquibus tñ inutile. Et ideo oportet ponere ſecundum ea quæ vt in pluribus accidunt,vnde ſi contingeret caſus,in quo legis obſeruatio ſit dãnoſa communi vtilitati,nõ eſt obſeruãda,vt in ciuitate obſeſſa ſtatuitur lex ſic,porte ciuitatis in obſeſſione clauſæ ſint,& ſi aliqui ciues illius reipublicæ paterentur perſecutionem hoſtium, & niſi aperiantur portæ captiui fierent,illa lex obſeruanda non eſt. Debet etiam lex eſſe vtilis & poſſibilis, qm̃ ſi obſeruari non poteſt in conſcientia excuſantur qui illam obſeruare non poſſunt,nec ad pœnã eis imputatur,debet eſſe iuſta & honeſta,quia lex vocari non debet quæ iuſta nõ ſit. Erit igitur lex omne quod ratio-



Digitized by Google

ne conſtiterit dumtaxat, quod religioni congruat, qđ diſciplinæ conueniat, quod ſaluti proficiat, erit lex honeſta, & poſſibilis, ſecūdum naturam & conſuetudinē patriæ, atq; locorum, tpiq; conueniēs, neceſſaria, manifeſta, ne aliquid propter obſcuritatem in deceptiōe contineat, nullo priuato cōmodo, ſed pro cōi oīum vtilitate ſcripta, hæc ſunt quæ de legibus habētur dicēda, quæ ſi contra diuina præcepta, ſiue legem naturalem fuerint, audiēda non ſunt, attamē quæ cum illis, eiuſmodi ſunt, vt omnes obedire, & obſeruare teneantur, ſecus non paruo ſupplicio digni exiſtunt.

Pars tertia de iudicio temerario præcauendo, quot & qbus modis cōmittitur, & qūo poſſumus p̄cauere.

יְהוָה מִי יָגוּר בְּאָהֳלֶךָ מִי יִשְׁכֹּן בְּהַר קָדְשֶׁךָ הוֹלֵךְ
Hoc eſt תָּמִים וּפֹעֵל צֶדֶק וְדֹבֵר אֱמֶת בִּלְבָבוֹ׃

DOmine quis habitabit in tabernaculo tuo? aut quis requieſcet in mōte ſancto tuo? qui ingreditur ſine macula, & opatur iuſtitiam, qui loqtur veritatem in corde ſuo. Audi qd Deus æternus dicit, qui loqtur veritatem in corde ſuo, ille habitabit in tabernaculo ſancto ſuo, hoc eſt qui non male iudicat de p̄ximo ſuo in aīa ſua, aliter ibi habitare nō poterit. SALO. Animaduerto animi tui benignitatem & deſyderium qđ clarificādi mentes noſtras te tenet, qn̄ ſponte ad id accedis, quod nos ipſi intelligere deſyderamus, vel forte alia te tenet occupatio, qua ſic ci

tius te cupis expedire,& à nobis ſecedere. DAV. Nihil tam arduũ tamq́; difficile accidere poſſet,vt à conuentu noſtro & colloqo de hac re pſertim poſſit me amouere, proinde pete quod volueris,& ſi vires non defuerint,quæ tuæ ſapientiæ poſſint ſatisfacere, nulla erit in me mora. SALO. Non diffidebam paternæ benignitati,ſed quia decet filium parentibus in oĩbus obſequi,hæc addidiſſe volui,nũc ad ꝓpoſitũ redeo.

## Quomodo in cogitatione poteſt eſſe peccatum, cũ tantum conſiſtat in voluntate. Cap. 1.

CLarum eſt Deum æternum nõ punire aliquem pœnis æternis, niſi ꝓpter peccatũ mortale. Nunc autẽ cum ſit ꝙ peccatum mortale tam actuale, q̃ȝ originale ſit in voluntate,patet,quia iuſtitia habitualis ſiue originalis,quam habuit primus noſter parens. Et ſimiliter iuſtitia actualis, ſiue acquiſita mediantibus meritis ſunt in volũtate. Ergo & peccatũ originale,& ſimil'r actuale,ſunt formal'r & effectiue vel defectiue ſaltem in voluntate,& per cõſequens cogitatio,ſiue cogitare male de ꝓximo,cum ſit actus ſiue opatio intellectus,nõ poteſt eſſe pctm̃. Dic ergo obſecro qũo male cogitare de ꝓximo põt eſſe peccatum,cum ſit ꝙ opatio ĩtellectus ſaltẽ natura præcedit actũ voluntatis,qa volũtas nõ fertur niſi in præcognitũ,& ex cõſequenti non poſſit ſubeſſe voluntati. DA. Hæc dubitatio ardua eſt,eſt enim vt videor videre ex penetralibus philoſophiæ,cui ſtuduiſſe non memini.

Digitized by Google

Peccatũ formaliter eſt in uolũtate, materialiter autẽ ĩ actibus' aliarũ potẽtiarũ.

Conabimur tñ noſtra qua vtimur & ſolemus via rñdere, ꝑpterea dicimus verum eſſe ꝙ peccatum primo formal'r & ꝓprie ꝑtinet ad volũtatem ſiue ad actũ voluntatis, ita ꝙ nullum pctm̃ eſt niſi voluntarium. Vnde in actibus aliaꝶ potentiaꝶ ꝓprie loquendo nõ poteſt eſſe peccatum, tñ in alijs actibus aliaꝶ potẽtiarum poteſt eſſe pctm̃ materialiter, inquãtum ſubſunt imperio voluntatis. Pro cuius intelligentia eſt aduertẽdum, ꝙ cum volũtas ſit dña & motrix in toto regno animæ, & omnia ei obediant, ſicut ergo voluntas in actu ſuo aut in opatiõe ſua tenetur habere & dare rectitudinẽ actui ꝓprio, ſic tenetur habere illã rectitudinẽ, & dare alijs actib⁹ exteriorib⁹ ad quos coopatur vt motrix et dña, ſicut igitur mouẽdo recte potẽtias ĩferiores, act⁹ eaꝶ potentiaꝶ ſunt recti rectitudine participata, ita ẽt per oppoſitum mouẽdo non recte ſunt actus eaꝶ nõ recti, quã rectitudinẽ voluntas tenetur illis dare, & ita mouendo non recte priuat eas illa rectitudine. SALO. Dicas pater rogo & oro, & breuius & clarius. DAVID. Duo petis contraria, nam breuia obſcura ſunt, & clauſa, qũo igitur clara? SALO. Non diffido claritudini & tui intellectus lumini, qui hoc poteſt & ſolet, propterea ſi volueris fiet quod peto. DAV. Dicã q̃ʒ res ipſa patitur. Q đ nulla operatio alicuius potentiæ naturalis, aut intellectiuæ, vt ipſe intellectus, ſiue ſenſitiue vt auditus, viſus, odoratus, & cætera, eſt aliquo modo peccatum mortale niſi pro quãto talis actus ſiue opatio eſt ſub imperio & poteſtate volũtatis. Et quia voluntas ex quo eſt dña iſtarum potentiarum põt & tenetur regulare illas potentias in opera-

Nulla opatio alicuius potẽtiæ eſt peccatũ niſi ſit ſub impio uoluntatis.

tionibus ſuis ſcđm rectam rationem, & quoties nō regulat illas ſcđm rectam rationem, & operatio illa eſt circa obiectum circa quod pōt fieri peccatum mortale, ſi voluntas illis pleno cōſenſu cōdeſcēdat, mortaliter peccat. Et ꝓpea dicimus ꝙ circa actus aliarū potentiarū quæ ſunt ſub imperio voluntatis poteſt eſſe peccatum materialiter, pro quanto illæ potentiæ verſantur circa obiecta quæ de ſe ſunt materia peccandi, ſiue mortaliter, ſiue venialiter, ſi voluntas illis oꝑationibus pleno conſenſu cōdeſcendat & velit. Et ex hoc ſeꝗtur ꝙ illæ oꝑationes quæ non ſunt ſub imperio & dominio voluntatis, non poſſunt eſſe meritoriæ, neqꝫ demeritoriæ, niſi forte ante factum eſſent ſub imperio voluntatis aliquo modo. Verbi gratia poſſe pingueſcere non eſt ſimpliciter in poteſtate voluntatis, ꝗa eſt actus potentiæ augmentatiuæ, & digeſtiuæ, quæ non ſunt in poteſtate voluntatis, tñ inquantum nutrimentum eſt in poteſtate voluntatis, ex cuius ſuꝑfluitate ſequitur pinguedo, & volūtas poſſet non dare tm̄ cibi ſuperflui & nutrimenti, pro tanto poteſt dici eſſe ſub poteſtate voluntatis, & non aliter, & pro tanto poſſet eſſe peccatū cum ex illa ſequantur multa mala.

## Quomodo actus intellectus poteſt ſubeſſe imperio voluntatis. Cap. 2.

ALO. Bene audiuimus, quomodo circa actus aliarū potentiarū à voluntate poteſt eſſe peccatum materialiter. Nō aūt ꝓprie & formaliter, obſecro dicas qūo actus ītellectus poteſt eſſe ſub po-

teſtate voluntatis,cum ſaltem natura actus intellectus p̄cedit actum volūtatis,& per conſequens,actus intellectus non poſſit ſubeſſe actui ſeu poteſtati volūtatis. DAV. In hoc multi & ſapientiſſimi & antiqui doctores laborauerūt,q̄bus dimiſſis,etenim noui quod à me ſcire deſyderas. Dicam quod ſentio,& pro huius difficultatis ꝑpoſitæ elucidatione eſt bene aduertendum, qđ exiſtēte vna intellectione ꝑfecta in intellectu, multæ intellectiones īdiſtincte & imꝑfecte poſſunt ineſſe, patet in exēplo,vtpotè in viſu qui in pyramide & infra baſim videt vnum puntū in cono diſtincte,& tn̄ in eadē pyramide & infra eandē baſim videt multa imperfecte & indiſtincte,& tn̄ vna eſt tantum viſio perfecta iſtius.ſ.ſuper quod cadit baſis pyramidis. Si hoc eſt poſſibile in ſenſu, multo magis in intellectu. Dico vltra ꝙ cognitione exiſtente poteſt voluntas ſibi cōplacere in illa intellectione, & in obiecto illius intellectionis,& non complacere ſibi. Ex hoc ſequitur ꝙ voluntate cōplacente ſibi in intellectione, intellectio firmatur & intenditur. Et nolēte infirmatur & remittitur,quod patet,quia agens quod eſt diuerſarum operationum & actionum,ſi circa vnum & idem verſatur fortius & perfectius agit,q̄ꝫ ſi circa diuerſa, ſi ſecundum diuerſas potentias agat, & circa deſperata obiecta,virtus enim vnita fortior eſt & perfectior, igitur ſi anima ſecundū omnes potentias ſuas agat circa idem,fortius & perfectius agit q̄ꝫ ſi agat ſcđm diuerſas potentias & circa diuerſa obiecta. Et ideo ſi volūtas operetur circa idem, circa quod operatur intellectus confirmatur intellectus in intellectione ſua,vt pa

Nota q̄ͦ actus intellectꝰ poſſit ſubeſſe actui voluntatis.

tet clara

tet clara rei experientia. Dico ergo ꝙ vna intelle-ctione intellectus exiſtente perfecta, poſſunt ibi eſſe multæ cõfuſæ & imperfectæ, illis ergo confuſis & im-perfectis ibi exiſtentibus, põt voluntas cõplacere in qualibet earum, etiam ſi illa intellectio non fuerit co-gnita vt obiectum actualiter, & tunc voluntate com-placente in aliqua intellectione cõfirmat illam & in-tendit, illa igitur quæ fuit remiſſa & imperfecta ꝑ iſtã complacentiam fit intenſa & perfecta, etiã poterit im-perare cogitationi & conuertere intellectum ad illã. Voluntate aũt nolente aliam intellectionẽ & non cõ-placente in ea remittitur illa & deſinit eſſe. Et ſic dici-tur voluntas auertere intellectum ab illa intellectione, ſicut patet de oculo, qui ſtans in comparatione eadẽ ad aliquod corpus viſum ſine motu aliquo, & manen-te eadem pyramide põt virtus viſiua in aliũ punctũ, quem prius videbat licet imperfecte, & ſic benedicte fili, cogitatio põt eſſe in poteſtate voluntatis vt dixi-mus. SALO. Verba hæc tua non potuerunt adhuc penetrare intima noſtri intellectus, bene tñ dicta, vera tñ dicam non bene à nobis percepta, & quia ſoles & potes clarifica nos tua intellectus & verborum clari-tate. Dic obſecro clarius. Et paucioribꝰ verbis, vt cõ-ſueuiſti, qũo intellectio ſiue cogitatio ſit in ptãte volũ-tatis. DAV. Grandes materie paruas reſponſiões ex-ꝑpare non poſſunt. Addam quãtum mihi fas fuerit claritatem intellectus vobis, verborum paucitatẽ ad-dere non potero. Dicimus igitur ꝙ ꝑpea cogitatio ſiue cognitio ſubeſt voluntatis imperio, qa licet intel-lectus vnam habeat perfectam cognitionẽ vnius ob-

iecti actualiter, tñ de facto põt habere multas alias imperfectas, & voluntas poteſt cõplacere ſibi in illis imperfectis, & ſic firmare voluntatem, & præcipere intellectui vt conſyderet illas, & hoc modo illa cogitatio ſubeſt imperio voluntatis, quia niſi voluntas eſſet intẽta circa illam cogitationem, & conuerteret intellectũ ad conſyderationem illius, intellectus occupatus circa illam cognitionem perfectam actualiter, cum nõ poſſet habere duas cognitiones æque perfectas, non conſyderaret illam, & ſic voluntas eſt cauſa illius conſyderationis. Similiter ſi volũtas non cõplacet ſibi in illa imperfecta cõſyderatione ſeu cognitione, intellectus occupatus circa illã pfectã non conſyderaret de imperfecta & ſic illa deſinit eſſe, & hoc modo cogitatio illa dicitur ſubeſſe imperio voluntatis, quia ſi vellet intellectus conſyderaret, vt dictũ eſt. Et ſi complacet ſibi, ſic dicitur conuertere intellectum. Si autẽ non complacet, ſic dicitur auertere. Dico igitur dilecte fili, ex quo ſub imperio voluntatis ſunt cogitatiões, voluntas poteſt aliquid inordinate ſibi concupiſcere & complacere in illo, & etiam potentiis inferioribus p̃t aliquod inordinatum cõcupiſcibile deſyderare, & in hoc complacere in illo, & eodem modo põt quo ad actum intellectus. Quando igitur voluntas imperat cogitationẽ alicuius illiciti, qua vult quod obiectum ſit ſibi præſens ad continuandam delectationẽ, & cõplacentiam in illo. Si illud cogitatum ſit illicitum in complacentia plena illo modo eſt peccatum mortale. Et hoc non ſolum de carnalibus vt cogitare luxuriam. Sed ẽt in actibus intellectus reſpectu aliorũ ob-

iectorum,vt imaginari & morari in cogitatione mortis inimicorũ,& ſic patet ꝙ cogitatio de obiecto illicito procedens ex cõplacẽtia voluntatis in illo poſt deliberationem eſt peccatum mortale,ſicut eſt peccatum mortale voluntatem concupiſcere ſibi obiectum illicitum.Et delectationem de illo obiecto illicito,& illam etiam vel aliam cõcupiſcere potentiæ inferiori, ſic ẽt peccatum eſt velle cogitationem de iſto obiecto , exiſtimo fili dilecte ſolutam quam adduxiſti dubitationem.

## Quotuplex eſt iudiciũ qđ fieri põt circa ꝓximũ.C.3.

SALO.Nulli dubium eſt neq; poterit eſſe non ſolutã eſſe dubitationem ſic diſtincte recitatã, per quã clariſſime nobis cognitũ eſt,qũo cogitatio ſubeſt imperio voluntatis,& qũo circa cogitationẽ poteſt eſſe peccatũ. Sed ne te pigeat ad maiorem euidentiã nobis aperire quotuplex eſt iudiciũ,quod fieri põt circa proximũ? DAV. Triplex iudicium mihi videtur eſſe quod erga proximum põt cõtingere.Primum dicitur dubiũ.Secundũ dicitur verum.Tertium dicitur temerariũ. *Triplex eſt iudicium.* SALO.Dictum eſt quotupliciter,dic obſecro qd dubium, quid verum,& qd temerariũ extat iudicium,vt offenſionem proximi quilibet poſſit effugere.DAV.Iudiciũ dubium eſt qñ nõ cõſtat de qualitate alicuius,bonus ne ſit an malus? *Quid ſit iudicium dubiũ.* & ideo dubium eſt qũo ipſum iudicare debemus bonum ne an malũ?Iudiciũ verum eſt qñ certitudinaliter *Quid ſit iudicium uerũ.*

eius qualitas habetur. Et ꝓpterea certum iudicium de eo facere poſſumus, hoc eſt qualiter exiſtimare debe-
Quid ſit iudicium temerariū.
mus. Iudicium temerariū eſt mala exiſtimatio aut opinio alicuius de quo nulla pn̄t haberi ſigna mali, vel inſufficientia habeãtur, ꝓpterea debet cōſyderare quilibet & ſemper credere aliquē potius bonum q̃ ꝑuerſum, qn̄ illius nulla habetur certitudo, vel de bonitate vel de neq̄tia illius. Nãq; nullus de proximo male debet iudicare abſq; cã cogēte. Aliter enim contra ꝓximi charitatē efficeret, & contra naturæ legem, qđ tibi non vis alteri ne feceris, quod quidē fieri nō pōt dum male de ꝓximo vel ſuſpicamur vel cogitamus ſufficiētem cãm non hñtes, & ideo peccamus. Scđm dicitur verum & certū iudiciū, cuius rei cã eſt aduertēdum ꝙ quoties videmus aliquē operari & male, vtpote blaſphemare Deū, occidere hoiem authoritate priuata, ꝓculdubio tenendū eſt eūdem malum eſſe & diuinorum ꝑceptorum tranſgreſſorē, & ſi ſecus crederemus aut teneremus oppoſitū id eſſet extra veritatē, imo videremur malū approbare, verūtamē ſi quis publicus fuerit peccator nō debet aliq̃s contra eum murmurare, aut detrahere, aut demū ad inferos iudicare venturum, neſcimus.n. finem ſuum, neq; adhuc eſt in termino ſuæ dãnationis, poterit ſane pœnitētiam agere, & ſuorū peccatoꝝ remiſſionē inuenire, non eſt igitur aliquid indiſcrete dicēdū aduerſus illum, ſed Deus orandus ut eius mentē illuminet. Et ideo caueat unuſquiſq; ne cadat, nemo.n. tam ſanctus qui aliqn̄ non labatur & cadat, quãobrē fili compatere illi nam fragilis ē & debilis. Tertiū iudicium & temerariū extat dum in ali

quo non eſt euidens malũ nec mali ſignum, imo & ſi-
gna & opa eius ſunt bona. Sed prauæ mentis homo
malũ opinatur et de illo iudicat, etenim ſunt qui vidẽt
hoiem humana cõtẽnere, caſtitatẽ & humilitatem ſe-
ctari, eccleſiæ ſacramẽta frequentare, malos conuẽtus
fugere, & tñ dicunt illum hypocritã, & ea facere ex
prauæ mẽtis effectu, vel ſi viderint de facili iniurias re-
mittere ex puſillanimitate illa feciſſe, & iniurias remi-
ſiſſe. Et econtra aut ex oppoſito iudicant mala opera
ꝓ bonis, exiſtimãtes raptorẽ, adulterũ, fornicatorẽ, la-
tronemq; eſſe bonũ temerarie iudicantes, cõtra quos
Eſaias bene intonat. Veh ꝗ dicitis bonũ malũ, & ma-
lum bonum, ponẽtes dulce amarũ, & amarum dulce,
dicentes tenebras lucem, & lucem tenebras.

## Quot modis iudicium temerarium cõmittitur contra proximum. Cap. 4.

CALO. Hæc nouim⁹. ſ. quot modis cõ-
mittitur iudiciũ erga ꝓximũ. Dic obſe-
cro quot modis hoc temerarium iudi-
cium & peſſimum cõtra ꝓximũ cõmit-
titur, vt poſſit qui mecum audit hæc ip-
ſa pãdere, & alioꝝ mentes dubias, & fortaſſe huius rei
neſcias inſtruere atq; erudire. DAV. Dicam fili & li-
benter ſex modis iudicium temerariũ cõtra ꝓximum
cõmitti poſſe. Primo ex parte iudicãtis per vſurpatio-
nẽ officij ſibi nõ impoſiti, vt ſi qñ iudicat aliqs ſeruum
alienum ꝗ non eſt ſuæ iuriſditionis & dñij, hic abſque
dubio temerarie iudicat vſurpãs ſibi alienum dñium.

Iudiciũ temerariũ cõtra ꝓximũ cõmittitur ſex modis.

Digitized by Google

Secundo,ꝑꝑ indignitatē, nullus enim indignus p̄ſer-
tim peccatis multis oneratus debet magis dignum iu
dicare , nec aliū quēuis, nāq; cum alium iudicat,ſeip-
ſum cōdēnat. Tertio,ꝑꝑ ignorantiā,ignorans namq;
cæcus eſt, & de re quā neſcit,diſcernere & iudicare ne
quit. Quarto,qn̄ de futuris euentibus iudicat, ꝑpea ꝙ
nemo deſperādus eſt. Quinto,qn̄ intentio iudicatur,
vt ſi qs libenter ad audiēdum verbū dn̄i ſe contulerit,
& tn̄ tu vel alius iudicat illius intentionem non eſſe tā
lem qualē oſtendit,ſed malā. Sexto, dum occulta iudi
cātur. Certum eſt.n. de occultis & incertis temerariū
eſſe iudicium, habes igitur quot modis temerarium iu
dicium cōmittitur in proximum.

## Vnde pronitas ad male dicendum procedit. Cap.5.

SALO. Vnde ꝓcedit homines ſic pro-
nos eſſe ad male iudicandum de proxi
mo,cum ſit cōtra legem naturæ & cha-
ritatē? DAV. Reor tribus ex cauſis ho-
minē de proxīo male iudicare . Prima
qn̄ aliquis eſt in ſeipſo malus,& ſic ſuæ malitiæ cōſci9
facilius de altero malum opinatur. Nec mirum eſt,q-
lis enim ē ipſe,natura trahitur,vt ſimiles alios iudicet,
propterea bonus ſuæ bonitatis conſcius bene iudicat,
& immunditijs plenus quid pōt niſi male iudicare? Se
cunda cauſa eſt ex odio in proximum ſuū. Cum enim
aliquis odit aliquem aut inuidet,ex leuibus cauſis ma-
le opinatur,& ex mala opinione male iudicat,& de ꝓ
ximo exiſtimat. Tertia,mali iudicij cauſa eſt lōga ex-

Ex trib' cauſis homo iudicat male d̄ proximo.

Digitized by Google

Perientia. Et ppea ſenes expti, multoꝝ defectus, & errores ſuſpitioſi, vt plurimũ male opinantur et iudicãt.

## An poſſit aliquis iudicare ſine peccato ex aliquibus indicijs. Cap. 6.

SALO. Nouimus vnde malum iudicium procedat, poteſt ne ex aliquibus ſignis homo male opinari & de proximo iudicare ſine peccato? Volui hoc dixiſſe pater obſeruande, ppea ꝙ frequens eſt conſuetudo & quaſi vſitatiſſimus ĩter homines vſus, vt vix reperiri poſſit, qui non ſit ad male iudicandum promptiſſimus. DAV. Tria ſunt ſignorum genera ex quibus põt quis male de proximo iudicare. Quædã ſunt violẽta ſigna. Quædam probabilia. Quædam leuia. Violenta ſunt quæ per violentiam credere malum de aliquo oportet. Nã dum in eo omnia ſigna ſunt mala & nulla bona, & tunc per talia ſigna iudicare malum de aliquo non eſt peccatum. Sicut nec iudicare per euidens factum. Nam & tu fili per hoc ſignum iudicaſti inter duas mulieres quarum vna dicebat filium eſſe ſuum, & altera ſuum. Et tandem dixiſti afferte mihi gladium, & diuidite puerũ. Quæ mater nõ erat acquieſcebat tuæ ſentẽtiæ, quæ vero erat mater, minime, ſed volebat viuũ dare ſociæ, & tu prudenter iudicaſti & ſapienter illius eſſe filium quæ viuum volebat filiũ. Pariter dicendum eſt & iudicãdum de homine ſuſpectam mulierem domi habente, põt etenim de carnali copula iudicari. Et ſimiliter, quando vir vxorem gra-

Signa uiolẽta.

Iudicare male de ꝓximo ꝑ ſigna uiolẽta non ẽ peccatum.

uidam inuenit quam prius non nouerat. Hæc manifeſta ſunt & ſimilia exempla in q̃bus homo poteſt ſine peccato iudicare. Altera ſigna probabilia ſunt, quod eſſe ſolet in homine & in opere eius, quando plura ſigna mali q̃ꝫ boni videntur. Veluti ſi iuuenis omnino validus & ſanus, qui poſſet integrum diem ſine cibo pertranſire, ieiunia & præcepta ordinata non ſeruet. Et ſi mulier domi ſuæ inculta, foris & in publico altera ſtudet venus videri. Similiter ſi abſente marito ſemper fuerit & ĩ cultu & ornatu. Hæc ſigna mali ſunt & probabilia, fortaſſe ille iuuenis propter paſſionem aliquam occultam à ieiunio excuſatus, & illa mulier vt placeat viro, aut propter leuitatem & vanam gloriã illa faciat. Et ideo hæc probabilia ſunt, & per ea non licet iudicare aliquem eſſe malum vel mortaliter peccare, verumtñ veh homini illi per quẽ ſcandalum venit. Tertia & vltĩa ſigna ſunt leuia, qñ ſcilicet ſunt multa ſigna boni & aliqua mali, vtputa, ſi vir bonæ famæ vitæq́ꝫ in loco honeſto, raro & tempore congruo cũ muliere valde infami loquatur, ꝑ hoc ſignum leue, de ſancto illo viro male iudicare peccatum eſt, & ex ijs colligimus ꝙ per violenta ſigna iudicare licitum ſit, ꝑ probabilia non, multominus per ſigna leuia.

Nota de ſignis ꝓbabilibus q̃ ſunt.

Per ſigna ꝓbabilia iudicare male de ꝓximo quis ſine peccato non poteſt.

Nota de leuibus ſignis q̃ ſunt.

Per ſigna leuia male de ꝓximo ſine peccato quis iudicare non poteſt.

## An iudicare male de ꝓximo ſit pctm̃ mortale. Ca. 7.

SALO. Hoc peccatum eſt ne mortale, an veniale, graue vel leue? DAV. Dicã ꝙ male iudicare de proximo peccatũ eſt mortale, eſt enim cõtra charitatem, quæ malum non cogitat. Nam ꝑ illud

Male iudicare de ꝓximo eſt peccatum mortale.

iudicium

iudicium proximus iniuria afficitur; propter malam opinionem, quā de illo recitat, præſertim abſq; cauſa ſufficiēti, tñ vt clarius habeatur à ſocio tuo. Eſt aduertendū ꝙ ad hoc ꝙ iudicium temerariū ſiue de proxīo male iudicare ſit peccatum mortale, tria requiruntur. Primum vt firmiter credat ac teneat ꝙ aliquis fecerit aliquid mali. Secundum qđ credat illud malum à proximo factum eſſe peccatum mortale. Tertium ꝙ hoc credat ſine euidentia operis & violento ſigno. Dico ergo ꝙ pp hoc ꝙ ſuſpicaris aliquem eſſe malum vel feciſſe, & tamen id non eſt tibi certum, neq; pro certo habes, menſq; tua eſt incerta, ſtatq; ſic ſuſpenſa nō peccas mortaliter, talis enim ſuſpitio nō eſt peccatū mortale, ſed pertinet ad ſuſpitionē humanam, ſine qua iſta vita non ducitur. Incipere ergo dubitare de bonitate alicuius propter leuia ſigna & indicia eſt peccatū veniale & leue. Nam melius eſſet ſi bene inciperes iudicare de illo. Secundum dico propter hoc ꝙ ſi iudicares indubitāter aliquem feciſſe aliquod malum quod eſſet veniale, dato ꝙ nō fecerit, neq; peccas mortalr. Tertiū dico ꝙ ſi eſſet violentia opis, aut ſigni, iudicās nō peccat mortalr, vt dictū eſt. Derelinquat igitur filiꝰ ipius viā ſuā. Et vir malus cogitationes ſuas, & reuertatur ad dñm, & miſerebitur eius, & ad Deū noſtrum, qa multus eſt ad ignoſcēdum. Quāobrem habitabit ille in tabernaculo meo dicit dominus, & requieſcet in monte ſancto, qui ingreditur ſine macula, qui operatur iuſtitiam, qui loquitur veritatem in corde ſuo, vt plene dixiſſe memini, hoc eſt qui non male neq; temerarie iudicat de proximo ſuo.

Ad hoc ꝙ iudicium temerariū ſit peccatū mortale tria regrūtur

## Pars quarta quot modis detrahitur fama ꝓximo, & q̄uo poteſt homo tali infamia liberari vt ſaluetur.

יהוה מי יגור באהלך מי ישכן בהר קדשך הולך תמים ופעל
Hoc eſt צדק ודבר אמת בלבבו לא רגל על לשנו

DOmine quis habitabit in tabernaculo tuo? aut q̄s requieſcet in mōte ſancto tuo? Qui loquitur veritatē in corde ſuo. Qui non egit dolum in lingua ſua. Audi dilecte fili quid vlteriꝰ eſt opus ſeruare volenti patriam ſupnam adire, & illa frui, & fœliciter tenere, dicit dn̄s qui non egit dolum in lingua ſua, hoc eſt, q ꝓximi ſui famā nō detraxerit, aut abſtulerit. Nō.n. ſatis eſt loqui veritatē in aīa ſua, ſed dolum non agere in lingua ſua detrahendo & alterius bonum nomen auferendo.

### Quomodo ſermo eſt in poteſtate voluntatis, & q̄uo in illo poſſit eſſe peccatum. Cap. 1.

SALO. Non poſſum non dubitare ex ſupioribus dictis aliq̄d nō opponere, cui ſemper videtur noua emergere obijcienda, quæ nouā & ſalutarem expectant rn̄ſionē, quæ velut aurum in igne tuæ ſapientiæ & doctrinæ diuinitus datæ examinatum, clariora eluceſcant, idcirco iube dicere quæ ſentio. Diximus enim ꝙ peccatū eſt tātum in voluntate ut in ſubiecto, & effectiue aut defectiue eſt ab

Digitized by Google

ipſa voluntate, ex cõſequenti aliaꝝ potẽtiaꝝ actus & opationes nõ ſunt pctm̃, niſi inquãtum ſubijciũtur voluntati, & ipſa tenetur dirigere & regulare actus aliarum potentiaꝝ ſcd̃m rectam rõnẽ. Et cum ſic regulãtur actus eaꝝ poſſunt eſſe meritorij. Cum aũt non regulãtur ſcd̃m rectã rationẽ ſunt demeritorij, dic ergo obſecro qũo ſermo eſt in ptãte voluntatis, & qũo in illo poſſit eẽ peccatum. DAV. Dicam, tu aduerte ꝙ potẽtia motiua in hoĩe eſt in obedientia ſeruili reſpectu voluntatis, quæ primo politice vocatur diſpotica. Vnde intantũ ſibi obedit ꝙ nullum membrũ habile ad motũ niſi ſit aridum reſiſtit impio volũtatis. Sed formare voces articulatas eſt actus potẽtiæ motiuæ, licet nõ poſſit elici niſi p̃cedente actu imaginationis vel intellectus, ergo ſermo eſt in ptãte volũtatis ſi lingua non ſit ĩpedita, ſed diſpoſita ad motum, habes ergo qũo ſermo eſt in ptãte voluntatis. Et hoc ad primum. Ad ſcd̃m. Dicimus ꝙ malitia vel peccatum eſt in ſermone materialiter, in volũtate vero formal'r. Nã recta rõ iudicat oẽs actus humanos debere eſſe circũſtantionatos rectitudine ſibi debita. ſ. rectitudine participata, loquẽdo de actibus potentiarũ inferioꝝ, ſed actus potẽtiæ motiuæ ſubeſt volũtati, ergo debet eſſe circũſtantionatus & rectus rectitudine ſibi debita, ꝙ trãſeat ſup debitã materiã, vt ordinetur ad debitũ finẽ, vt. ſ. ædificet ꝓximũ & ꝙ notificet illud qđ eſt in cõceptu mẽtis, aliter. n. eſſet mẽdaciũ. Ex defectu igitur alicuius circũſtantiæ quã debet ĩperare volũtas eſt peccatum & malitia formal'r in voluntate, & materia'r in ſermone. Et ſic reor ſecundum dubium patere.

Nota qũo ſermo eſt in poteſtate voluntatis.

Nota qũo potentia motiua eſt in potẽtia ſeruili reſpectu uoluntatis.

Nota qũo peccatum eſt in ſermone.



Digitized by Google

## Quomodo proximo ſama detrahitur. Cap. 2.

CALO. Bene & ſatis diſtincte percepimus, quomodo ſermo ſit in poteſtate voluntatis, & quomodo ſit peccatũ & malitia in eo. Deſyderaret ſocius et ambo, diſtincte cognoſcere, quonam pacto auſertur ſiue detrahitur ſama proximi, nec tibi ſit moleſtum hæc documenta dare, deſyderantibus illa audire, & per claras diſtinctiones tuas intelligere.

Quõ auſertur ſama ꝓximo.

DAV. Declarabo, tui & ſocij cauſa ꝗ͂ libentiſſime, & ꝓpea dicimus. Septem modis ſamã proximi poſſe detrahi. Primus modus dicitur occultatiuus. Secundus negatiuus. Tertius peruerſiuus. Quartus venenatiuus. Quĩtus publicatiuus. Sextus adgrauatiuus. Et ſeptimus inuentiuus. Primus modus occultatiuus eſt, quo ſit proximi detractio, cum proximi bonum ex malitia cõticetur, quando & vbi taceri non debet. Non ſolum enĩ homo detrahere poteſt proximo ſuo loquendo, ſed etiã tacendo, itaq; queãdmodum bonitatem & virtutem alicuius boni viri cõmendare & manifeſtare eſt bonum, & ad dei honorẽ, & proximi vtilitatem, ſic tacere illam & abſcondere fraudulenter detrahere eſt, & peccatum, ꝓpea grauis eſt illa rapacitas, cum alterius gloriam mendacio nõ corrumpis ſilentio, malitioſe præteris. Hoc aũt ex inuidia procedit, quæ bonitatem & proximi innocentiã occultat, & ſic in profundum proximi bonum mittit, ne ad aliorum aurẽs perueniat, & ex hac concluſione nonnulla documenta videntur animaduertenda.

Fama ꝓximi auſertur ſeptẽ modis.

Non tm̃ detrahitur ſama ꝓximo loqn do ſed etiam tacendo.

Digitized by Google

Primum, ꝙ ſi requiratur teſtimonium alicuius ad libe randũ hominem ab iniuſta morte, quacũq; pœna, vel infamia falſa, vel aliquo iniquo dãno, tunc tenetur ho mo teſtificari & vera dicere, ét ſi requireretur ab alio q̃ à ſuperiore, quod ſi non facit peccat, quia qui veritatẽ occultat, & qui prodit, vterq; reus eſt, hic quia prodeſſe nõ vult, ille quia deſiderat nocere. Immo magis di cam, ſi quis in iudicio requiſitus, vbi per ſentẽtiam res furto ſublata vel alias iniuſte detenta poſſit reſtitui do mino ſuo, & talem veritatem dicendo non imĩnet pi culum mortis, ſui ſtatus, nec ꝓpriæ perſonæ, talis non manifeſtando non ſolum peccat, ſed etiam ad omne damnũ quod inde ſequitur læſo ſatisfacere tenetur.

Nota q̃ño ali qs tenetur ad teſtificãdũ ꝓ fama iniuſte infamati.

Se cundum documentum, ſi aliquis veritatẽ nouerit de il lo præſertim qui morte iniuſta, aut quacũq; pœna pu niatur, vel falſa infamia, aut aliquo alio dãno, ét ſi eius teſtimoniũ nõ requiratur, facere tenetur quod in ſe eſt, vt alicui veritatem denũciet, qui prodeſſe poſſit, iccir co pſalmo nuntiauimus dicentes. Eripite pauperẽ & egenũ de manu peccatoris liberate. Et tu fili q̃nq; di xiſti. Erue eos qui ducuntur ad mortem, & eos qui du cuntur ad interitum liberare non ceſſes.

Sciens verita tẽ ꝙ aliqs in iuſte infama tur tenetur fa cere quãtũ in ſe eſt.

Tertium do cumentum quod inde ſequitur eſt, ꝙ illa conſuetudo ſeu potius corruptela quæ hodie in ſynagogis & ec cleſiis obſeruatur, ſcilicet ꝙ fiant excõicationes vt fur ta & alia huiuſmodi inueniantur, non eſt laudanda, li cet prælati id denegare non poſſint læſis partibus & expoliatis, ipſi tamen læſi procurantes ſimilia nõ ſunt omnino à peccato excuſati, quia illaqueant animas & abſq; aliqua vtilitate hoc faciunt. Nam quilibet te

Procurantes excõicatiões fieri nõ excu ſantur à pctõ.

Digitized by Google

netur reuelare ſciens aliquem iniuſte dānificari, & maxime illi qui pōt prodeſſe, nec aliter abſolui poſſunt huiuſcemodi homines niſi reuelent. Secūdus modus detractionis negatiuus dicitur, quando alicui viro bono bonitatem & virtutē in eſſe denegas. Vnde detrahere eſt bona à Deo alicui collata peruertere vel denegare (vt puta) ſi quis dixerit ſapientem ſapientiā nō habere, nec caſtum caſtitatem. Multi ſunt enim detractores qui antiquæ virtuti & bonitati alicuius addunt diminutionem dicentes, illum non efficere dimidiatā partem illius rei quā debet, vel dicunt nō eſſe verum, ſic eſſe honeſtum, vel bonum vt dicitur, & ſunt ſimiles veſpis, quæ non ſolum non mellificant, ſed aliena mella deuorant, hoc eſt quod dixi in pſalmo. Quem perfeciſti dn̄e deſtruxerunt, iuſtus aūt quid fecit? ſcilicet in aquirendo iuſtitiam ſuam. Nam ſi quis bonus eſt, ideo bonus, quia Deus fecit illum, ꝓpea denegātes ij detractores bonitatem proximi & virtutē, opus dei abnegant & partes diaboli abſq; dubio exaggerant. Tertius modus detractionis dictus eſt peruerſiuus, quum bonum alterius datractor ille in malum conuertit, dicens illud non fuiſſe bonum, quum ab eodē multa ſint mala deducta, aut ſi nequit hoc facere illud conuertit in malam intentionem facientis. Et vſq; adeo peruerſus eſt detractor, quod contineri nō pōt quin aliquod venenum addat, ſi penitus extinguere nō poteſt, ſuſpectum illud reddit, dicens id non fieri ex intentione boni, ſed aut vana gloria ductū, aut vt bonus habeatur, aut melius ſua expediret negotia, & ſi iniuriam remittit id fieri dicit ex puſillanimitate, ſi ieiunet aut elemo-

Detractóres aſſimilantur ueſpis.

Digitized by Google

ſinã exhibeat,aut ſacram audiat concionem inſimulat intentionem illius,dicens vtinã hæc vera eſſent apud Deum,et demũ ſi quid boni faciat hypocriſi adſcribit & non rectitudini vitæ,vt ſi qs reficiat vires corporis ab eo guloſus dicatur,ſi patientiam tenet,timidus appellatur,ſi ſimplex fuerit fatuus,eſt ſi ſocietati vacauerit,ſæcularis nũcupatur,ſi ſilẽtio,ſimulator,ſi coreptioni aliorũ,temerarius dictus eſt, ſi vigilijs & orationibus indiſcretus,ſi cõmuni & neceſſariæ dormitioni ſõnolentus,ſi prædicationi & alioꝝ ſaluti,appetitor laudis,& ambitionis exiſtimatur, ò infœlix detractor, an ideo iuſtus es quia alios laceras,certe non, nam alios mordere,non eſt vitia emẽdare,ſed peccata peccatis addere,non habitabit igitur in monte ſancto nec in tabernaculo Dei,ait enim magnus ille Deus qui non egit dolum in lingua ſua hic habitabit in tabernaculo meo,hoc eſt qui famã ꝓximi non detraxerit.Quartus modus detractionis dicitur venenatiuus, quid enĩ eſt aliud detrahere & de proximo male dicere,niſi ꝓximũ & illius nomen venenare infamia,vt pene nullo modo liberari,& abſtergi ab illius macula poſſit.

## Quomodo detrahere ſit venenare. Cap. 3.

SALO. Mirum eſt quod modo audiui detractorẽ poſſe venenare, an venenũ offerat illi cui detraxerit?quõo hoc detrahere ſit venenare? eſt ne aliqd qđ lateat in verbo?DA.Hæc ſunt tibi notiſſima, petis vt deperdam tp̃s & verba,nõne tua ſapiẽtia po-

teris hæc oĩa vel tp̄is momento conſyderare atq; ad plenum appræhendere, an id facis ne cũ ſocio aliquã horulam tẽporis deperdas. SALO. Et quid tẽpore p̃ciosius & inemendabilius, ſi ſolus poteris vtriq; ſatiſ facere, vt q̄d per duos vni ſatisfaciendum putas? dicas rogo. DAV. Dicã, q̄ detrahere ſit venenare. Et prio quãtũ ad veneni effectum, effectus ſane veneni eſt hominem priuare vita corporali, & illum interficere, per detractionẽ homo vita priuatur ciuili, quæ ſi vera dicere volumus, nil aliud eſt, niſi bona & honeſta, merito igitur detractor venenare dicitur, & ſerpenti aſſimilari, qui regulus vocatur, qui quidẽ tres dicitur habere ꝓprietates. Prima eius veneni proprietas eſt, vt ſubito tãgens aquæ fontẽ licet magnum ita inficit, vt veneni efficacia totus fons venenatus, & veneno affectus remaneat. Secũda vt ſibilando interficiat oẽs audientes ſeu volatilia ſint, ſeu greſſibilia quæ audiunt. Tertia vt dicitur circũſtantia loci in qua vel habitat vel ſpatiatur frequenterq; verſatur, ſterilis fit, & herba caret atq; priuatur. Has tres habet ꝓprietates lingua detractoris peſſima. Nam primo ſuis maledictis & criminationibus non ſolum hominem vnum ſed ciuitatẽ prouinciam & regnũ aut regionẽ integram venenat & inficit, & quod longe peius eſt, perſiſtens in regione una penetrat ad regionem maxime diſtantem & ſemotã, in qua fortaſſe fuerit ille qui detrahitur, cuius nomẽ & fama abſumitur, & percalcatur, hic eſt ille ſerpens q̄ à longe intelligitur. Secundo detractoris lingua ſibilando hoc eſt detrahendo venenat audientes. Sic, videlicet primo ſe, quia peccat. Secundo illum quẽ infamat.

Nota q̄ño detrahere ſit venenare.

Detractor aſſimilatur regulo.

ſamat. Nam veluti exhauſto ſanguine homo naturaliter extinguitur, ita detracta boni nominis fama in mũdo moritur, nec plus exiſtimatur apud alios q̃ ſi fuiſſet mortuus. Tertio venenat audientes qui & inficiuntur & alios inficiunt, eadem repetẽtes quæ à detractore acceperunt, & ab vno infinita mala producuntur. Tertia detractoris proprietas ſimilis ſerpẽti, in cuius habitatione herba minime põt naſci, hoc eſt non põt eſſe pax in eis, cum quibus habet cõſuetudinẽ, nũc vni nunc alteri deferens, quæ nec viderit nec ſenſerit ſeminans diſcordias, & frequentes diuiſiones, ꝓpea fili bene dici põt detractoris linguã beſtias ferocitate, aues velocitate, ſerpentes veneno atq; virulentia excedere, & ſic patet. Secundo modo detrahere eſt venenare quantum ad modũ propinandi venenũ. Nam queadmodũ & eo modo quo propinatur venenum ſic ſæpe detractor in detractione veneni ſui ſe habet ad propinandum, namq; non datur alicui venenum purum et ſolum, ſed cũ dulcibus & mellitis ferculis immiſtum & coniunctum. Sic detractor bona malis immiſcet vt ſibi fides adhibeatur, q̃m ſæpe vera præponit qui falſa dicturus eſt, vt poſtq̃ fidẽ adquiſierit ad reliqua mendacia audientes faciat credulos, pari modo commendat detractor eum prius cui detrahere cupit, & aliquãdo culpam propriam declarat, vt honeſtius & ſecuriꝰ contra alios loqui poſſit, ſicq; ſeipſum diffamare non curat, vt alterius famam denigrare valeat, vt ſi dixerit ego profecto exiſtimabam illum & bonũ & integrũ, veruntñ me ad furãdum & plura ſcelera ſuis perſuaſionibus perduxit, ecce ſeipſum lædit vt alterius famã

Detrahere eſt uenenare q̃tũ ad modũ ꝓpinãdi uenenũ.



Digitized by Google

deturpare poſſit, qñqȝ ſe dolere oſtendit de peccato proximi, & ſub dolore indicat alterius malum, doleo enim dicens virũ illum in tantã cæcitatem perueniſſe, & interrogatus ab auditore fingit ſe nolle dicere, vt magis auditorẽ incitet ad petendũ & audiẽdi deſyderiũ, et tandem euomit omne venenũ quod ex ꝓximo conceperat. Sunt & multi qui præſentes laudant, abſentes mordent. Sunt et alij qui per ſuſpiria emiſſa cũ væhementi & ficto dolore dicunt, diligo illũ ſatis, ſed non potui ab eiuſmodi vitio reuocare quod per me nunq̃ patuiſſet, niſi multis eſſet manifeſtũ, ego veritatem negare non poſſum. Vides fili benedicte quo nã pacto detractor peſſimus famã proximi auferre nititur & laborat? neque habitabit in monte ſancto Dei. Quintus modus detractionis dicitur publicationis, pateat hoc per poſitũ hoc eſt caſus poſitionẽ. Ponatur aliquẽ peccaſſe cuius ſcelus eſt ſecretum, et inter pauciſſimos notũ, inter quos tu es vnus. Dic mihi eſtne tibi licitum illud peccatum publicare an non?

## Quare non licet reuelare peccatũ occultũ. Cap. 4.

Quare non licet publicare peccatum occultũ ꝓximi.

SALO. Et quare non? Si dixero verum, aliquid non addẽs, & à veritate non recedens. DAV. Licet fili verũ dicas, nec aliq̃d addas, pietas tamen prohibet, non enim obſeruas fraternæ charitatis ordinẽ, ſcilicet corrigere eum inter te & ipſum ſolum, hoc autem uidetur, & eſt cõtra naturæ legem. Quæ non vul-

Digitized by Google

tis ut faciant uobis homines, nolite facere illis. Sicut enim iam nolles peccatum tuum publicari, ſic nec pximi publicare debes, ad quod obſeruãdũ multæ nos adducunt rationes. Prima corripiẽdus eſt frater & pximus ſeorſum, ne poſtq̃ admiſerit uerecundiam obſtinatus maneat in peccato. Nam cũ aliqs uidet peccatum eẽ manifeſtum, minus curat ſe ab illo auertere, ſed uiſo peccato adhuc ſecreto ne pateat, timore infamiæ ductus, qñq; ſe emendat. Secundo nõ eſt manifeſtandũ peccatum proximi ne aliorum eiuſmodi peccatum perueniat ad infamiã, & apud vulgus eiuſmodi homines habeantur infames. Tertio ne alij prouocentur ad peccandũ, & præcipue fragiles & imperfecti. Cum enim audiunt hanc vel illam perſonam boni nominis & famæ hoc peccatum feciſſe, adſumunt ſibi audatiam & temeritatem (diabolo inſtigãte) & facilius peccant. Et qui magis peccant magis obſtinati ſunt in peccato, cum vident ſe ſocios habere. Propterea corripiẽdus eſt frater ſeorſum, ne tot mala inde ſequantur, aliter contra charitatem facerent omnes, ſed heu fili, charitas mortua eſt & vſq; adeo extincta, ut vix hodie audito peccato proximi vel viſo poſſit aliquis reſiſtere, ne ſubito reuelet, & tota ciuitas adimpleatur, cuius rei peruerſe principium fuit vnus, immo eſt aliud maius malũ, nam audito alicuius ſcelere, ſtatim lætatur & gaudet detractor, et vbi eſt illud manifeſtat, & in manifeſtãdo impinguatur, hic & huiuſmodi homines non habitabunt in tabernaculo Dei. SALO. Et quare iſti in maledicendo ſic oblectantur? nunquid eſt qđ moueat eos, ne à maledicẽdo deſiſtant? DAV.

Quare hoĩes delectantur i maledicẽdo.

Quare aliqui delectantur i infamia proximi.

Dicimus eſſe ex maligna illorum natura, vſu & cõſuetudine confirmata, qui adeo maligni, vt publice infament, & ſocios habeant in iſamia, hi omnino crabronibus aſſimulantur quorũ natura eſt, non in roſis aut floribus odoris permanere, ſed in animaliũ ſtercorib⁹ quibus oblectantur, ſic iſtorum malignitas non conſyderat bona & honeſta hominũ opera, ſed tm̃ feces & peccata, in quibus volutantur, ꝑpea caueat qlibet ab huiuſmodi animalibus, quæ retro gradientes in foueas incidunt, caueat à detractore in hoc genere animaliũ poſito. Quintus modus dictus eſt adgrauatiuus, detrahunt enim proximo ſuo ꝓximi delictum adgrauantes. Nam aliquoties peccatũ veniale adeo adgrauant & modis & geſtis & inuentionibus qbuſdam detractores praui, vt videatur peccatum eſſe in ſpiritum ſanctum, & ex paruo, peruerſitate quadã augent pene in infinitum, veluti de ſimplici & imprudẽte vxore quæ coniugem ſuum dixerat peperiſſe ouũ. Et ideo cum quis audiuerit aut ſentierit de proximo malũ, non debet illud interroganti referre, ſed quantũ fieri poteſt diminuere, hec eſt voluntas dñi Dei noſtri in ſua reuelatione. Si quis tamen voluerit ſecreta ſua conticeri, ne pãdat illa alijs, melius eſt enim tacere q̃ alterum rogare vt taceat. Nam ſi tibi ipſi non imperaſti vt taceres, cur ab alijs ſilentium quæris? Non igitur erit in tabernaculo ſancto. Septimus & vltimus dicitur inuentiuus, & peſſimus eſt aliorũ omnium, quẽ tenent & ſeruant hi qui ex inuidia aut odio & inteſtino malo dicunt aliquẽ cõmiſiſſe aliquod ſcelus aut peccatũ, & mentiuntur & falſo illi adſcribunt. Et hoc mul

Quibus inuẽtionib⁹ detractores detrahunt famam proximo.

Digitized by Google

tripliciter fieri ſolet, vel libellis famoſis, pluribus in locis, vt puta ĩ muro, in theatris, et alibi poſitis, atq; fixis, vel epiſtolis, literis, cãtilenis, aut verbis obſcuris, & extraneis deriſionibus formatis, & pluribus ſignis, q̃ nec decet me dicere, nec te audire. Et ſic detrahunt nomẽ alicuius innocentis, quorũ ſceleribus neſcio qũo vnq̃ parcet Deus, quamobrem fili non erunt in tabernaculo meo dicit dñs, egerunt enim in lingua ſua dolum. SALO. Nunqđ præter modos à te recitatos poſſit fama & nominis celebritas auferri proximo, videtur enim in hoc maxime inſiſtendum, quando ſub priuatione viſionis diuinæ hoc nobis mãdetur, & præcipiatur, & quæ leuia ſunt apud homines grauiora habentur apud Deum, qui examine diligẽtiſſimo & exactiſſimo cuncta trutinatur.

## Tripliciter põt ꝓximus in genere diffamari. Cap. 6.

DAVID. Sapiẽter dicis & petis, nam claudicat iudiciũ humanum ex omni parte ſi cũ diuino cõparetur. Et ideo ne diminute pertranſeam, hoc qđ nõ erat noſtri ꝓpoſiti ſed tuæ ſapiẽtiæ recenſenda exiſtimaui, fiat tandẽ qđ petis. Nam aliqs tripliciter põt proximũ infamia lædere & famã auferre & hoc in genere. Primo falſum crimen imponendo. Secũdo verum crimẽ occultũ, tñ non ſeruato ordine iuris in publico ꝓponẽdo. Tertio verũ crimẽ, ſed occultũ in publico tñ ſibi ĩpoſitum negando, qa in hoc notat ĩponẽtẽ de calũnia, exẽpli cauſa. Si dixeris Ioã-

Tripliciter põt aliquis diffamare proximum.

nem feciſſe homicidiũ vel adulteriũ quod quidẽ mentiendo feceris illum falſo crimine lædendo. Aut ſi noueris eundẽ aliquod furtum feciſſe ſiue homicidiũ: qđ qdẽ eſt occultum, & illud manifeſtaueris. Aut ſi à Ioãne accuſatus fueris alicuius ſceleris, qđ re vera feceras quãuis pctm̃ ſit occultum, ſi negaueris te feciſſe auferes famã & nomẽ bonũ à Ioãne. Nam ille denotatur aut ſugillatur de calumnia, & ſic in genere tripliciter fieri poteſt, nominis, & famæ derogatio.

## Quomodo detractor teneatur ad reſtõnem. Cap. 7.

PALO. Satis alte videris rñdere, & q̃a in genere loq̃ris nõ poſſumus ſic apte appræhẽdere, in genere eñi latent æquiuocationes & cõfuſiones, ꝑpterea expetimus ſcire q̃ũo teneatur hõ ad ſatiſfactionẽ, cum aliquo iſtoꝝ trium modoꝝ proximum ſuũ læſerit, & in hoc declarando rogamus vt clariori modo apias illa genera, & illoꝝ ſatiſfactiones. DA. Dicã, vos aduertite, ꝙ q̃libet auferẽs famã ꝓximi iniuſte aliquo trium modoꝝ quos diximus, tenetur ad reſtitutionẽ. Et primo ad primũ modũ infamiæ falſum crimen imponẽdo, tenetur ad reſtõnẽ retractando illud quod falſe depoſuit, ita publice & corã illis apud quos ĩfamauit, & nõ palliate, aut ſuboſcure, ſed clare, & publice, eo modo quo ĩpoſuit aut depóſuit. Alioquin nõ ſeruaretur iuſtitiæ æqualitas reſtituẽdo proximo quod ſuũ fuerat. Et non tantũ læditur ꝓximus cuius famæ detraxit, ſed & oẽs quibus malã opinionem

Q̃ñ tenẽtur ad reſtitutionẽ falſum crimẽ imponẽtes.

Digitized by Google

de proximo generauit. Nã q audiuerunt detractoris verba, & præſertim ijs delectantur, i temeraria iudicia de proximo incidunt, & pp hoc mortaliter peccant. Tum ẽt læduͤtur hi qui pp bonã opinionem illius cuius fama læditur plures vtilitates & tẽporales & ſpirituales fortaſſe cõſequebãtur, qbus pp infamationem priuãtur, & his oĩbus tenetur ad reſtõnem. Sic credo patere primũ modũ diffamationis & eiuſdẽ reſtõnis.

## An homo teneatur magis diffamare ſeipſum, q̃ȝ non reſtituere famam diffamati. Cap. 8.

SALO. Durũ hoc videtur pater qđ dixiſti. Nam Ioãnes (vt reor) magis tenetur zelare ꝓ fama ſua q̃ȝ aliena, quã non põt reddere ſuum verbũ retractando, niſi ſeipſm infamaret, & ꝑ cõſequens non videtur ad talẽ reſtõnẽ teneri. DAV. Iam bene ſcis bona corporis vel exteriora nõ eſſe diligenda niſi in ordine, ad bonũ aĩæ & ad Deũ, hoc autẽ nõ eſt niſi vt iuſte poſſit cõpetere illi qui diligit. Et iõ quilibet cui iuſte põt cõpetere fama in ſe debet magis diligere illã ſibi, q̃ȝ alteri, cui nõ põt iuſte cõpetere. Sed ſi ſibi non põt cõpetere niſi iniuſte, & alteri iuſte, magis debet diligere illã alteri cui iuſte cõpetit, q̃ȝ ſibi cui iniuſte. Sic in ꝓpoſito accuſato de falſo crimĩe iuſte conuenit fama, accuſanti aũt poſt talẽ accuſationẽ iniuſte, nõ ſolũ qa mentitus eſt in accuſando, ſed ẽt qa publice mentitus eſt, in quo ſufficienter iudicial'r ſe infamauit, & iõ poſtea directe oſtendẽs innocentiã alte-

Obiectio.

Nota qñ hõ tenetur magis diligere famã ꝓximi, q̃ propriam.

rius cui tenetur & indirecte nocentiam ſuam, non tūc proprie infamat ſe. Sed tunc admouit falſam laudem qua iſte poſt accuſationem mendacem indignus eſt. Exemplum fornicatur q̄s tribus videntibus, deinceps illi accuſantes non infamant illum, ſed ipſemet ſe infamauit in ſcelere publico. Nam cōmittendo q̄dcunq; crimē publice incurrit ſuæ dignitatis læſionē, & amittit famā quantū eſt in ſe, nec notificatio illa aut publicatio per quam notificatur illa læſio aufert illi famam, ſed tantūmodo facit illud ſcelus magis in publicū deuenire, quod ex natura actus prius publicum fuerat.

## An referentes mala ꝓximi teneantur ad reſtōnē. C. 9.

SALO. Recte ꝑcepimus & optime reſtitutionem falſi criminis, & q̄uo magis debet diligere famā proximo q̄ꝫ ſibi, in hoc caſu cum ſibi iniuſte cōpetit & accuſato iuſte, nunc ſi aliquis non imponit falſum crimen proximo ſed murmurat, aut indirecte loquitur, vel alicui coram multis narrat non tanq̄ꝫ ſibi certum ſed ſic veluti audiuerat. Nunquid teneatur iſte ad reſtitutionē. DAV. Rara fides ideo quia multi multa loquuntur, propterea dicimus ꝙ ſi tātum ſe audiſſe dixerit, & ex modo dicendi non oſtendat aliquā certitudinem maiorem q̄ꝫ ex cōmuni relatione, nō aufert ex natura actus in opinione aliorum famam ipſi, quia ſi illi firmiter concipiunt illum de quo eſt ſermo criminoſum eſſe, leues ſunt, quia q̄ cito credit leuis eſt corde, verumtn̄ fili q̄m̄ à ſcandalo puſillorum oportet

cauere

Digitized by Google

capere & multi ſunt tales puſilli leues ad credendum mala, ideo periculoſum eſt eis talia audita ex relatiõe referre illis, tamen licet nihil tu addideris ſed tm̃ audita dixeris, ſi animo lædendi aut proximũ infamãdi dixeris, non eſt facile excuſare, q̃a ſit contra charitatẽ, et ex cõſequenti peccatũ mortale, ſi vero fiat corã talibꝰ ex inconſyderatione, durũ eſt q̃ exeat genus peccati venialis. Nam lingua in lubrico poſita eſt, & q in verbo non offendit hic vir perfectus eſt.

Si relata res fers aĩo lædẽdi non excuſatur à mortali.

## Ad quam reſtitutionem tenetur verum crimen tñ occultum in publico præponẽdo. Cap. 10.

SALO. Audiuimus quæ de primo modo audiẽda deſyderauimus de falſo crimine imponendo, & eius reſtitutione, q̃n ſit mortale, quãdo veniale. Ad ſecũdum ſi placet. ſ. verum crimen tamẽ occultũ non ſeruato iuris ordine in publico præponendo. DAV. Dicimus q̃ non tenetur retractare verbũ ſuum quod præpoſuit in publico. Nam hoc faciens mentiretur, cum ſciat illud quod propoſuit eſſe verũ, & non tenetur mentiri propter quodcũq; bonũ alteri reſtituendum. SAL. qd ergo facere debet? DAV. Dico q̃ tenetur alio modo licito famam reſtituere, vt puta, per huiuſmodi verba, nõ credatis eum eſſe talẽ, male enim dixi & fatue, quia non ſeruato iuris ordine propoſui in publico quod nõ erat publicum verum, & perſuaſio iſta, ſcilicet non credatis illũ malum bõa eſt. Nam quilibet præſumendus eſt bonus, donec pa-

Nota quo tenẽtur crimẽ occultũ manifeſtantes.

Obiectio. teat contrariũ. SALO. Adhuc non quieſco in reſpõ ſione, parcas rogo, qm̃ aut circunſtantes ſciunt hunc ſatisfaciendi modum, aut non. Si ſciunt, hec nõ videtur ſatisfactio, ſed potius confirmatio detractionis. Si non ſciunt, omnes qui audiunt talia verba dicentem, credunt, & ſine dubio tenent eum mentitum fuiſſe, & ſic infamat ſeipſum, quo igitur erit aut vocari poterit ſatisfactio. DAV. Dicimus ꝙ alio modo ſatisfacere non tenetur, & hoc facere omnino debet, primo quia ſi retractaret verbum ſuum omnino mentiretur, qđ penitus facere non debet. Nam aliter ſeipſum infamaret quod maius peccatũ eſt, q̃ȝ infamare proximum. Secundo, ſcilicet hunc modum ſatisfaciendi omnino facere debet ſicut peccauit, ſolum in hoc ꝙ propoſuit illud in publico quod non erat publicum verum, ſic oportet ſatisfacere & dicere ſe male feciſſe illud in publico dixiſſe, quod tñ non erat verum publicum, & in hoc ſatisfecit proximo quãtum in ſe eſt. Et cum dicis aut illi audientes ſciunt hunc modum, aut non, ſi ſciũt tunc clarius vident & cognoſcunt de nouo illud confirmare, ſi neſciunt infamat ſeipſum. Dico ꝙ ſi ſciunt & adhuc percipiunt, ꝙ ſatisfecit ad illud quod tenebatur. Nam ad aliam ſatisfactionẽ non tenetur, ſed tãtum dicere ſe male feciſſe. Dicens illud eſſe verum publicum quod non erat publicum. Nec ſequitur ꝙ diffamet ſeipſum, quia audiẽtes non poſſunt dicere ſe neſcire, qm̃ in illa ſatisfactione expreſſe fit mentio de malo commiſſo, ꝙ propoſuit illud verum publicum qđ non erat. Et non dicit ꝙ non ſit verum; ſed expreſſe male feciſſe, ex hoc quia cõtra ordinem charitatis di-

Digitized by Google

xit publicum illud quod non erat, & ſic patet ꝙ non poſſunt dicere ſe ignorare. Colligamus igitur nos ad breuitatem dicentes, ꝙ qui detraxerit proximo tenetur facere debitam ſatisfactionem, & iſtam quã diximus, quia in hoc peccauit, ex qua ſatisfactione non ſequitur ꝙ illud ſit magis ratum & firmum, quia primo iam aſſertiue dixit hoc eſſe verum, & quãtum ad hoc non tenetur reiterare verbum ſuum, ſed tantum cõfiteri ſe male feciſſe, illud malum dixiſſe tanq̃ publicum, quod in veritate non erat publicum. Nec ſequitur ẽt ꝙ apud neſcientes talem modum ſatisfaciendi, ſit infamatus aliquis, quia in illa ſatisfactione fit expræſſe mẽtio ſe illud dixiſſe in publico. Et ꝓpterea dici non poteſt ſe fuiſſe ignorantem.

## An cũ reſtõ fuerit dãnoſa infamato fieri debeat. C. ii.

CALO. Satis audiui qũo teneatur ad ſatisfaciendũ & reſtitutionem hanc faciendam, tñ remanet nobis difficultas, nam ex quo detractor nõ tenetur reſtituere famã infamato, qñ reſtõ famæ eſſet detrimentum & infamia eius, & ſic retractando poſſit cõfirmare infamiã illã, & ſic vt mihi videtur nõ debet facere illã ſatisfactionẽ, vt per ꝓcedentia ꝓbari põt hæc dubitatio noſtra. DAV. Satis acute inquiris hanc materiã, tñ dico breuiter quod qñ reſtõ famæ eſſet detrimentum de nouo ipſi infamato tenetur oĩno facere ſatisfactionẽ, ſi vult ſaluus fieri, non tñ debet reiterare illa verba q̃ ſunt iſamatoria de verbo ad

Nota qño tenetur ſatisfacere qñ reſtõ nõ poteſt fieri ſine iſamia infamati.

verbũ, qa tunc de nouo infamaret illum, ſed tm̃ debet dicere culpã ſuã de oĩ offenſa & ĩfamia ab eo facta, & illum reſtituere ad priſtinã ĩnocentiã, eo modo cõuenienti & bono quo fieri põt, vel talis reſtõ non eſt oĩno ꝑtermittenda, ſed vſq; ad aliquod tp̃s differẽda, donec fieri poſſit ſine infamia illius ꝑſone læſæ, & hoc vt diximus fieri debet nõ retractãdo ignominiã aut iniuriã ad verbũ, ſed tm̃ in genere, ne iterũ ĩfametur, & ſic patet quod erat in ſcđo loco ꝓpoſitũ in diuiſione de crimine vero occulto tamẽ non ſeruato iuris ordine in publico præpoſito.

## An negans crimen ſibi impoſitum tamẽ verum, licet in publico teneatur ad reſtitutionem. Cap. 12.

SALO. Miror q̃uo infamans aliquẽ vero & crimine occulto, & in publico illi impoſito, negãdo teneatur ad reſtõnem. DAV. Dico fili ꝙ non teneatur retractare verbũ. ſ. negationẽ ſuã qua negauit ĩ publico verum crimẽ ſibi impoſitũ, namq; nõ tenetur quicũq; ſtatim in iudicio cõfiteri ſe reum nõdum cõuictus, tenetur tñ per verba quædã ſobria, vt dictum eſt in ꝓximo dubio reſtituere famam illi quẽ notauit indirecte de calũnia, dicendo non habeatis ipm̃ calũniatorẽ, nam credo bonã habuiſſe intentionẽ ꝓponendo, vel forte ſe credidit probare verbum ſuũ, & eſt deceptus. Et ſi illæ inſtantiæ ſupius factæ in mente ꝓueniẽt aut occurrant ibi, illæmet inſtãtiæ poſſunt fieri, quia eſt quaſi eadem reſponſio, & il-

Nota q̃uo tenetur ad reſtitutionẽ uerũ crimẽ ſibi impoſitũ negãdo.

Iaſmet reſponſiones opus eſt dare.

## An negans crimen ſibi impoſitum, licet ſecretum, in publico peccet mortaliter. Cap. 13.

SALO. In tuis benedictis, & reſpõſis, accidit difficultas quædã in anima, an ille qui negat verum crimẽ licet ſecretum in publico ſibi ĩpoſitum peccat mortaliter. Dic obſecro pater, nam videntur aliquæ rationes ſatis claræ. Tum quia mentitur mendacio pernicioſo, quia contra accuſantem ipſum infamando. Tum quia eſt contra rempublicam. Nam reſpublica propter mendatiũ eius publicũ impeditur à punitione eius iuſta. DAV. Nam inopportuna fuit inſtantia & dubitatio tua, quæ quia breuis, breuẽ habebit reſpõſionẽ. Scis enim in noſtra lege ſcriptum eſſe. Iuſtæ qđ iuſtum eſt exequeris, non igitur reſpublica omnia mala debet punire, ſed quæ iuſte ſunt puniẽda, poteſt iſta humana poteſtas iuſte punire, & ea ſunt quæ corã ſæculari iudice probari ſufficiẽter poſſunt, & propterea non læditur reſpublica ſi iudiciũ diuinũ excedat iudicium eius, vt aliqua reſeruentur diuino iudicio ſuper q̃ non poteſt eſſe iuſtum iudicium reipublicæ, homo. n. non poteſt videre ea quæ latent, ſed quæ patent, Deus aũt intuetur cor, & omnia. Et vt breuius dicam, & clarius poteſtas humana tñ ea iuſte punire poteſt, quæ poſſunt eſſe ſufficiẽter deducta & probata in iudicio, quæ ſunt occulta iudicare non poteſt, ſed diuino iudi

An negãs uerũ crimẽ ſibi ĩpoſitũ peccet mortaliter.

Nota q̃ poteſt reſpublica iuxte punire.

cio relinquūtur, in quo omnia nota ſunt & manifeſta. Nam eccleſia iudicat quæ foris ſunt, Deus autem eſt perſcrutator cordium & corda ipſa intuetur. Propterea concludimus, occulta & ſecreta non pertinere ad humanum iudicium, neque ad rempublicā, & per conſequens non eſt contra illam. Ad illud cum dicis ꝙ eſt pernicioſa contra accuſantē. Dicimus (tua pace) hoc verum non eſſe, ſed ipſemet eſt ſibi pernicioſus, qui eo modo præponit quo præponere non deberet, immo deberet non præponere. Et ideo ſibi imputetur ſi aliqua infamia ſequatur. Nam ipſe eſt cauſa non ille negans. Nam defendet innocentiam ſuā in publico vbi non eſt nocens nec habendus eſt pro nocente, donec fuerit conuinctus.

## An negans verū crimē ſibi impoſitū peccet. Cap. 14.

CALO. Recte percepiſſe & optime videor q̄ dixeris, tñ difficultas quædā ad dicēdū me mouet, dic pater peccat ne iſte mentiēdo ꝑ ſe, qa negat veritatē & ꝑ cōſequēs mētitur? DA. Durū videtur ꝙ qlibet accuſat⁹ ī publico ab vno ſtatī teneretur de neceſſitate ſalutis ī publico cōfiteri illud. Et ſic ſtatim exponeret ſe ꝑiculis et in iudicio ſanguinis. Sed habēdo oculū nō tātum ad ꝑſonas, ſed et ad honeſtum & inhoneſtū nō apparet honeſtū illud & ſcd̄m rectam rationē ꝙ debeat confiteri corā tali iudice. Nam ipſe pluſq̄ꝫ quicūqꝫ alius accuſans auferet ſibi famā, qa cōfitēti cōtra ſe in iudicio creditur, qd ergo? cauta eſt re-

Nota ꝙ homo non cōuinctus non tenetur ſe exponere iudicio ſāguinis.

Digitized by Google

ſpōſio legiſtaꝝ. Nego ꝑpoſita vt ꝑponuntur, & hæc ſine mēdacio poſſunt dici in ꝑpoſito, q̄a proponuntur in publico & vt publica publice ꝓbanda. Sic aūt ea negare pōt ille, ſi ſcit ea nō poſſe ꝓbari in publico.

## An accuſatus corā iudice de crimine occulto, poſſit cōpelli vt ſimpliciter neget, aut affirmet. Cap. 15.

CALO. Quid dicēdū eſt ſi iudex cogat eum vt rn̄deat & cōfiteatur ꝓpoſitū crimen vel neget, q̄d faciet quū fuerit accuſatus? ſi ſimpl'r negabit, ſic mētietur, quia cōtra veritatē, ſi confiteatur, cōtinuo infamat ſeipm̄, & ſe iudicio ſanguinis tradit. DAV. Dicimus ꝙ accuſatus atq; infamatus rn̄dere pōt iudici, ꝙ ipſe ſufficiēter rn̄dit, & ꝙ nō vult ab illa rn̄ſione declinare, & ſic eſt modus iuriſtarū, faciet ergo iudex erga accuſantē q̄d iuris eſt. Et ſic patet dilecte fili ꝙ nō mētitur ille qui eſt accuſatus in iudicio, q̄a non debet ſimpl'r affirmare vel negare, ſed negare præpoſita vt præponūtur, q̄a præponuntur vt publica & publice ꝓbanda. Et ſic negādo non mētitur. Nam veritatem dicit negādo illa tanq̄ publica, quia nō pn̄t in iudicio probari, nec poteſt compelli à iudice ſecundum iura aliter reſpondere. Nam talis eſt mos iuriſtarum & legis peritorum.

Q̄ō accuſatus i iudicio debet rn̄dere

## An teneatur pœnitere negando crimen ſibi impoſitum non exprimendo illa verba vt præponuntur. Cap. 16.

SALO. Nūquid ſi neget, intendens tñ negare illud vt præpoſitū eſt, licet non exprimeret omnia illa verba, ſicut ſacerdos facit, dicēs nihil mali ſcio de homine iſto, quia loqtur vt in publico, audiuit autē in alio foro, nūqd ergo teneatur iſte qui ſic negauit pœnitere de illa negatione, ex quo negauit illud propoſitū non exprimēdo illa verba.ſ. vt præponūtur, licet haberet hanc intentionē ſic negādi. DA. Bonarū mentiū eſt cognoſcere culpā, vbi culpa non eſt. Et ideo vbi dubitatur an ſit culpa, & qualis, bonæ mentis eſt cognoſcere illā, iccirco in tali caſu bonum eſt culpā agnoſcere indiſtincte ſi ſit mortale, tanꝗ̃ de mortali, & ſi ſit veniale tāꝗ̃ de veniali. Et ſic clarent tria quæſita de detractione ipſius famæ.

## An detractionis peccatum ſit maius alijs. Cap. 17.

SALO. Non ſunt hæc negligenda, ſed pleno mentis affectu & diligentiſſime conſyderanda, huiuſcemodi enim ſceleribus mundus videtur oīno plenus, paucíq; animaduertunt ꝙ grauiter offendunt Deum, animā, & proximū, non inmerito Deus optimus & maximus abnegat huiuſcemodi detractores habitare in tabernaculo ſuo, & eſſe in monte ſancto ſuo, ſunt enim polluti, coinquinati, & illa macula denigrati, qua aulam ingredi non merentur. Sed nec tibi ſit moleſtum quum tātum diſpliceat Deo hoc detractionis peccatum dicere nunquid ſit maius alijs?

DAV.

Digitized by Google

DAV. Graue omnino eſt & abominabile peccatum hoc detractionis. Vis ne fili cognoſcere & videre q̃ graue ſit detractionis peccatum. Dicas quæſo, nonne graue peccatum eſt ſubripere bona temporalia proximi? certe ſic. Eſt enim contra præceptum dñi nõ furtum facias, tñ detrahere proximo incõparabilius eſt maius peccatum. Namq; peccata commiſſa cõtra pximũ penſantur & cõmenſurantur ſcđm nocumenta, quæ illi inferuntur, vt quanto maius eſt nocumentũ tãto maius peccatũ. Nam ex hoc habetur ratio culpæ. Tunc ſic. Nocumentũ tanto maius eſt, quanto bonũ quod demitur eſt maius. Exempli gratia dato ꝙ quis abſtulerit tibi centum, alius vero ducentos aureos, cæteris paribus, magis peccat ſecundus q̃ primus. Et ex hoc latiſſime patet veritas, detractionis peccatũ eſse maius q̃ furtum. Nam ſi ſtatera ex vna pte contineat omnia fortunæ bona mobilia vel ſtabilia, viciſſim vel ex altera parte contineat omne bonũ nomen & famã bonã, vtrum illorum credas eſse melius? & certe bonũ nomen dices & famam, hoc eſt qđ tu litterarũ monumentis mandaſti dicens. Melius bonum nomen q̃ diuitiæ multæ, & alibi Curã habe de bono nomine, hoc enim magis permanebit tibi q̃ mille theſauri & pretioſi & magni. Ex qbus ſequitur ꝙ magis peccat detractor q̃ fur, latro, vel incendiarius. Secundo dicim⁹ magnum & graue eſſe peccatũ detractionis quod ex hoc videre licet & clare, nonne tibi videtur magnum peccatũ homicidium? SALO. Certe ſic. DAV. Propterea conſtanter & firmiter credo ꝙ non eſt maius peccatũ q̃ peccatum detractionis & infamiæ. Nam

Maius peccatũ eſt famam pxio auferre q̃ bona tẽporalia.

Non uidetur minus peccatũ infamiæ, q̃ homicidii.

cum infamas aliquem aufers moralem vitam & ciuilem, quæ nobilior eſt corporali, quõ illa cõmunis eſt nobis & vermibus, & non ſolum occidis vnũ, ſed multos, primo teipſum, ſecundo infamatã perſonam, tertio audientes. Et ideo concluſio hec merito in ſacris codicibus eſt conſecrata. Vnde ſcribitur. Nemo peritorum aut prudẽtium putet, ꝙ minus ſit peccatum in verbis lingua mentiẽdo, ꝙ̃ manibus ſanguinẽ fundẽdo, igitur patet ꝙ̃ graue ſit peccatũ detractionis qđ maius eſt ꝙ̃ homicidium. SALO. Dura ſatis viſa eſt hec deciſſo multis, ꝙ homicidium maius ſit ꝙ̃ detractio. Eſt ne aliquid aliud quod te moueat, & ad corroborandũ hoc & citet. DAV. Licet aliqui oppoſitum ſentire videantur, tamẽ in ſacris canonibus ſi recte memini, & non tm̃ in iure canonico, ſed in iure ciuili vt I c. Nemo peritorũ. xi. q. iij. Et ſunt verba Auguſtini. Nemo peritorũ aut prudentiũ putet, ꝙ minus ſit peccatum in verbis lingua mentiẽdo, ꝙ̃ manibus ſanguinẽ fundendo. Et prima chor. ix. Expedit inquit apoſtolus magis mori ꝙ̃ gloriã quis euacuet. Et in lege iuſta cauſa de manumiſſis iudicata. ff. habetur ꝑ argumentum ꝙ periculũ vitæ & periculum infamiæ æquiperantur. Idem oldradus conſilio. xcv. quã deciſionẽ ad illorum mentẽ recitatã & ad robur dictorum dixiſſe volui vt illis aliter ſentientibus non videamur à rectitudine deliraſſe. Tertio. Nonne magnũ eſt peccatum detractiõis et graue, quod homicidio cõparatur, quid põt eſſe aliud niſi humanum ſanguinem ſugere? SALO. Ita reor quidem. DAV. Suxiſti ne vnꝙ̃ humanũ ſanguinẽ. SALO. Auertat Deus pater obſer-

Non minus peccatũ ẽ peccatum detractionis q̃ hũanum ſanguinem ſugere.

uande. DAV. Detraxiſti nunq̃ proximo. SALO. Tot ſunt quæ ad aures peruenerunt. Ex huius peccati varietate quod hydræ capitibus ſimile videtur, vt impoſſibile pene ſit ſine tali peccato pertranſire, & ſic latenter ingreditur vt difficile factu ſit poſſe illud euitare. DAV. Scias hoc benedicte fili quod ſi quis alicui detraxerit illius ſanguinem ſuxerit. Si quis enim prælatis, & eccleſiaſticis perſonis notam criminis addiderit, & ſanguinem illorum ſuxerit & carnes lacerauerit & manducauerit, ſic de alijs eiuſmodi, cauendũ eſt igitur à tali crimine & vitio. Nam detractor lupo & rapaciſſimis animalibus deterior eſt. Nam canis caninã nõ comedit. Nec aĩalia eiuſdem ſpeciei, homo vero q detractor eſt, peſtiferis dentibus hoĩem deuorat & comedit. Et ad hoc accedunt multa quæ hoc peccatum reddunt abominabile. Itaq; videamus vindictam huius ſceleris ex qua peccati grauitas cognoſcetur. Nõne in noſtra lege habemus numeri. 12. quod Maria ſoror Moſis effecta eſt leproſa, quia contra ſuum fratrẽ moiſen murmurauit? Datan & Abiron cũ vxoribus filijs & omni eorũ ſubſtantia deuorauit terra, & in infernum viui deſcenderunt pp murmurationis peccatum. Numeri. 16. contra Moiſen & Aaron ducẽti & quinquaginta viri proceres & ſynagogæ & qui tempore conſilij per noĩa vocabantur, quia conſenſerunt murmurationi eorum interempti ſunt ab igne à domino miſo. Legitur ẽt ibidẽ (vt noſti) q̃ propter murmurationẽ factam contra Moiſen et Aaron concremati ſunt q̃tuordecim millia hominũ & ſeptingenti, & multa alia quæ breuitatis cauſa pertranſimus. Caueat igi

tur fili peccator ab huiuſmodi peccato. Nã maxime diſplicet Deo vt ſatis clare demoſtrauimus.

## Quomodo poteſt homo peccatũ detractionis euitare, ne tantum malum cõmittat. Cap. 18.

SALO. Et metuenda ſunt & cauenda tanti facinoris pverſa ſcelera, vt & rõnibus & exẽplis ſatis plene aperire nobis voluiſti. Sed totus ferè mundus videtur in hoc tã graui ſcelere verſari. Et quãuis multi caueant in hanc maculã incidere, tñ ſic latenter obrepere conatur, vt inſipientes fallat & ſapiẽtes, omittamus eos qui in detrahendis & mordendis alijs oblectãtur, & ſinamus eos in valle lachrymarũ & miſeriæ pmanere, te (vt reor) cui grauitas ſceleris eſt notiſſima, medicina latere nõ põt, obſecramus igitur nec te tedeat, manifeſtare quibus modis tantũ ſcelus poterunt homines euitare & illæſi euadere. DAV. Dicam qd facturi ſint oẽs, vt tãtũ ſcelus euadere poſſint, cum detractores aduerſus pximum loquũtur, accipiant igitur hoc documentũ quod vocatur diſcreta reprehenſio, exẽpli cauſa, cum audis aliquẽ proximo detrahentem, velis eum diſcrete rephendere, & dicas, obſecro amice qeſcas & ſileas, ego in iis q̃ grauiora ſunt quotidie delinquo, qão illum damnare potero? hoc ſane medicamẽto duo pficies, nam te & ipm curabis. SALO. Quid faciã pater, ſi ſint maioris dignitatis & q̃litatis hoĩes quibus talia dicere non auderẽ, & præſertim qñ vt plurimum ſunt inimici huiuſmodi detracto-

Quid faciendum ut detractiões euadere poſſimus.

Primũ documentũ dr̃ diſcreta correptio.

res, nec ꝑpterea à detractione deſiſterēt. DAV. Si q̄d tale accideret honeſtiori modo velis ꝓcedere, nec illū rep̄hendere velis, & ideo ſeruetur hoc documentū q̄d charitatiua excuſatio appellatur. Et dicas cum excuſatione, forte illa ꝑſona nō fecit hoc malum quod dicis. Et forte nō habuit intentionem malefaciendi, vel nō cognouit, quod ſi cognouiſſet ſine dubio non feciſſet. SALO. Quid ſeruandū eſt, cum ſint aliqui detractores ꝑtinaciſſimi, qui quanto magis rep̄henduntur, tāto magis obloquūtur cōtra illas perſonas, quæ excuſantur. DAV. Cū tales inueneris, noli eos rep̄hēdere, ſed alio remedio vtaris quod nuncupatur cauta elōgatio, hoc eſt elonga te, & fuge à conſpectu detrahētis, cui dicas parcito, ſunt enim mihi multa expediēda, & recedas in Dei noīe, nec mentieris. Namq; animam tuā à peccato ſeruabis. Nōne in ſcriptis reliquiſti ò bone fili. Detrahētia labia procul ſint à te. Et alibi cum detrahentibus ne cōmiſcearis, q̄m repente cōſurget perditio eorum & ruinā vtriuſq; detrahentis. ſ. & gratis audiētis, quis nouit quaſi dicat nemo. SAL. Sæpius accidit aliq̄bꝰ in locis, tēporibus & perſonis in quibus non licet rep̄hendere, nec charitatiue excuſare, nec fugere detractores, q̄d igitur fiet? DA. Quū huiuſcemodi caſus cōtinget, in quo neq; rep̄hendere neq; excuſare, aut fugere ſit cōueniens, hoc ſaltē remedio vtaris, oſtende faciem tuā mœſtam & contriſtatā, vt manifeſte appareat ꝙ detractio proximi tibi diſpliceat. Nam nemo inuito auditore libēter refert. Sagitta in lapidē nunq̄ figitur, ſed aliq̄n reſiliēs repercutit dirigentē. Accidit. n. detractori ſicut prædicatori qui

Secundū dr̄ charitatiua excuſatio.

Tertiū documentū dr̄ cauta elongatio

Quartū documētū faciē triſtē et meſtā oſtendas.

populum minime attentum dimittit citius. Si igitur detractor viderit te non libẽter audire, quod cognoſcitur per vultum triſtem tũc recedit à detractione, & labia eius exiccabũtur, vultus palleſcet, & vlterius loq nõ audebit. SALO. Et ſunt alij vſq; adeo temerarij, audaces, & effrænati, vt quacũq; demoſtratione habita & viſa, deſiſtere non ceſſant à detractione, igitur qd? DAV. Habeas de pxio firmã ſtabilitatẽ, hoc eſt non credas de pximo malũ qđ audis, ſit cor tuũ lapis duriſſimus & adamãti ſimile. Nã ſignum prudẽtis eſt non ita facilr credere mala pſertim, vt bene dixiſti als. Qui cito credit leuis eſt corde. Nam vir grauis & ſapiens nõ cito mouetur niſi ſatis certe nouerit, qđ credibile videtur, qđ pro documento habeatur, ne qs primis informationibus credat, vnde multa mala exoriũtur, & qđ deterius eſt inqetat hoc mẽtem & animam, & crebræ diſſenſiones oriuntur & odia, & ex amiciſſimis inimicos facit. Et capiat hanc qlibet doctrinã, vt in audiendis detractionibus ſuccurrat recordatio pteritorum ſuoꝝ, vt cum de altero maledicitur ſuccurrat de te maledici poſſe, & de alijs, q̃ maledicta fuerũt, cũ qbus cognoſces falſa, & incõparabiliter minora eſſe q̃; dicantur. Nemo. n. eſt de quo non q̃nq; maledictũ ſit, & ſine veritate maledictũ. SAL. Sunt quidã publice peccantes, qui nullo modo excuſari poſſunt, quos publicant ipſi detractores & manifeſtãt, q̃uo dabitur pro eis aliqua excuſatio? DAV. Quũ audis detractores talia ſcelera publice facta enarrãtes cõpatere illis pſonis quæ peccauerunt, nec debes diffamare, & publicare, ſed ora pro eis, adiuua eos, & conſilio, & mo

Quintũ documentũ nõ credas de pxio malum qđ audis.

Sextumdocumentũ dr pteritorũ recordatio.

Septimũ documentũ cõpatere illis pſonis quibus detrahitur.

nitis, vt emendẽt vitam ſuam. Namq; ſi præſtamus auxilia corporibus humanis deficientibus, quãto magis debemꝰ aïæ opem ferre? Si qs ceciderit corporaliter, nonne cogimur ex munere charitatis ſubuenire? cur nõ magis ſpiritualiter, ſi ceciderit nõ eſt ſuccurrẽdũ? Sed heu fili charitas mortua eſt, charitas perijt, charitas extincta eſt. Et qs eſt q adiuuet? qui opituletur? aut opem ꝓximo ſuo afferat? Quãobrem vt animã ſuam quilibet à peccato ſuo ꝑſeruet, audita alioꝝ detractione, hæc documenta diligenter obſeruet.

## Qui ſunt qui audiendo detractores peccant. Cap. 19.

SALO. Satis argute audiuimus, quõ qlibet ab detractoribus cauere poterit, ne incurrat detractionis peccatum cũ illis. Deſyderaret hic ſociꝰ meus ſcire vt mihi ſignificauit, qui ſunt illi qui audiendo detractores peccant ſimul cũ illis. DAV. audiens detractores tripliciter peccat. Prĩo ſi taceat. Secundo ſi placeat. Tertio ſi inducat. Primo audiens detractionẽ, & tacẽs põt eſſe in peccato pp tria. Primo quia forte alicui incumbit ex officio ſeu gradu corrigere detrahentem, & tamen hoc non facit, nec oſtendit detractori, ꝙ diſpliceat ſibi detractio. Et ideo prælati, parentes, & ſuperiores audientes detractionem et non corrigentes ex officio peccant mortaliter. Secũdo audiens põt mortaliter peccare pp periculum qđ inde ſequi põt, tunc enim audiens nullo modo debet conticere vt ipſi periculo obuiet. Nam (vt aiunt) ſacri

Nota quõ audientes detractiones tripliciter poſſunt peccare.

Digitized by Google

canones. Non caret ſcrupulo concesſionis occultæ, qui manifeſto facinori deſinit obuiare. Tertio pp radicem, quia timor humanus quandoq; pōt eſſe peccatū mortale. ſ. quando per illud aut pp illū dimitteret agere vel corrigere quod eſſet contra præcepta Dei, his modis tribus pōt quis mortaliter peccare audiens detractionē & conticens. Secundo modo pōt quis peccare audiens, ſi placet & delectat eū audire, qui detraxerit pp odium illius cui detrahitur, examinet ergo ſi li mi ſeipſum homo, & videat ſi aliquando audiēs detractionē fieri contra aliquem, placuerit ne ſibi vt denigretur fama illius, & quoties toties confiteatur, quia iam peccauit mortaliter, & non minus q̄ ipſe detractor, immo posſibile eſt ꝙ magis, qa ſcilicet forte magis delectatur in audiendo, q̄ detractor in detrahendo. Tertio & vltimo audiēs detractionē peccat, ſi ad detractionem inducat, & maxime ſi malitioſe aut aſtute fiat, & talis inducens detractorem plus offendit q̄ detrahens, quando ſcilicet homo maiori malignitate procedit, & talis inducens debet coram Deo rationem reddere de omnibus malis, & detractionibus factis. Et demum, vt ad finem huius detractionis de qua agitur perueniamus, eſt tenendum aliquos peccare venialiter detractoꝝ auditores, & illi ſunt qui detractiones audiendo non firmiter credūt detractoribus, licet mentes eorum titubent & vacillēt, tn̄ non eſt actus voluntatis & plenus conſenſus, qui quidem non peccāt mortaliter. Quāobrem benedicte fili q voluerit in tabernaculo dn̄i habitare non detrahat ꝓximo ſuo honorem & famam, & non agat in lingua ſua dolum.

Nota q ſunt illi q audiunt detractiōem & nō peccāt mortaliter.

Pars

Digitized by Google

## Pars quinta quot & quibus modis poteſt proximus offendi quo ad corpus & animam.

יהוה מי יגור באהלך מי ישכן בהר קדשך חולך תמים
ופעל צדק ׃ ודבר אמת בלבבו לא רגל על לשנו ׃ לא
עשה לרעהו רעת Hoc eſt


Omine quis habitabit in tabernaculo tuo? aut quis requieſcet in monte ſancto tuo? qui nō egit dolum in lingua ſua, nec fecit ꝓximo ſuo malū. DAV. Ait dn̄s deus patrum noſtrorū, Deus Abraam, Deus Iſaac, Deus Iacob, ô dilecte fili ille habitabit in tabernaculo meo in militāti eccleſia ꝑ gratiam quæ domus eſt ſpecialis eius, & requieſcet in monte ſancto meo, in triūphanti eccleſia & cœleſti aula ꝑ gloriam. Q ui ingreditur ſine macula peccati originalis. ſ. actualis & mortalis & venialis. Et operatur iuſtitiam, hoc eſt diuinam naturalem & humanā. Q ui loquitur veritatem in corde ſuo, videlicet, qui non temerarie & male iudicat de proximo ſuo ī anima ſua. Q ui non egit dolum in lingua ſua, detrahendo proximo ſuo famam, & ille habitabit & requieſcet in eo. Q ui non fecit proximo ſuo malum, nec quo ad corpus, nec quo ad animā, neq; in temporalibus bonis, aut ſpiritualibus, quilibet igitur volens ſanctum montem habitare, hæc audiat, hæc ipſa faciat.

### Q uomodo & quot modis proximus poteſt offendi. Cap. I.

SAL. Pauca ſunt q̃ p̃cipit dñs de⁹ ceuaoth de⁹ iſrael, et Deus noſter, q̃ (vt opinor) vix ſeruare poterit ꝗ mortali carne fuerit ĩdutus, niſi ſuper naturali gratia illuſtratus, pauca equidē ſunt, non pauca tñ cōtinere vidētur myſteria, nec oībus nota, tu vero ꝗ hæc noſti, & ab illo fonte ĩmenſo et abūdantiſſimo exhaurire meruiſti, impertire nobis, quidnā hæc ſacra verba & Dei noſtri rñſa cōtinere videātur? Dic igitur benigne pater, in verbo iam dicto, quomodo & quot modis homo aut proximus offendi poteſt quātū ad corpus, quantū ad animā, & bona ſpiritualia, aut temporalia, non enim videntur iſta paruæ difficultatis & momenti. DAV. Sapienter dictum eſt hæc non eſſe paruæ difficultatis & momēti, multa etenim latent in eis, quæ & ſi lōgiora ſint, conabor breuiora facere & illa colligere, multa dimittentes ſapientiæ tuæ relaxanda. SALO. Nil pater nobis reponas ſi volueris me tanto pondere exonerare. Eſt hic meus ſocius, qui valde oblectatur etiam ſingula quæq; audire, & à te præſertim, qui à cōmuni omnium veritate hæc perceperis. DAV. Et fiat libenter, poſſumus lædere proximum in corpore, tripliciter. Nam aut lædēs proximum intulit dānum vltimū, ſcilicet mortem. Aut abſcidit aliquod membrum, quod ab ipſo læſo recuperari non poteſt. Aut illum vulnerauit aliquo vulnere & quidē curabili.

Proximus p̃t lædi tripliciter in corpore.

Quid facere tenetur ledēs ꝓximū vt ſaluetur. Cap. 2.

SALO. Dato pater ꝙ in oĩbus iam enarratis ꝓximum læſiſſet, & poſt læſionẽ ſaluus fieri deſyderaſſet, quid faciendũ eſſet, nam homo viuẽs abſq; dubio viator eſt, & non eſt in termino (vt videre videor) de ſalute nõ eſt deſperandus. Nã in quacũq; hora ingemuerit peccator, Deus parcet, facta quãtũ fieri põt debita ſatisfactione, nam ad impoſſibile nemo tenetur. DAV. Satis diſcreta & ratione plena videtur petitio tua, propterea vt de hac materia habeatur reſolutio clara, circa hoc ſunt duo diſcutienda. Primo, quid ijs omnibus poteſt iuſte reddi, vt ille reus ſit abſolutus à tali crimine. Secundo, quid ſtatutum eſt, & vt recto ordine procedamus. Primo ad primũ, quod mihi præpoſitũ eſt declarare. Quantum ad primum, quod de vltimo dãno illato .ſ. morte & de abſciſione mẽbri & de curabili vulnere, pro ijs omnibus in lege noſtra hebraica lex talionis eſt inſtituta. Et ſi talis lex eſſet apud omnes, iuſta eẽt, quia nõ eſt facile pro tali dãno illato, vt fiat cõpenſatio æqualis per bona fortunæ, quod ſecundũ quantitatem delicti debet eſſe & plagarum modus, quia non æquiualent, & per conſequens non ſeruaretur iuſtitia diuina, apud nos ergo pro ijs omnibus pœna talionis ẽ inſtituta, tamen apud alias nationes, talia ſtatuta ſeruari non videntur. Quoniam noſtra iudicialia apud eos non obſeruantur.

Pro quolibet dãno illato corpori in lege moſaica lex talionis inſtituta eſt.

Quid ſtatutum eſt de vltimo dãno illato .ſ. de morte apud alias nationes. Cap. 3.



Digitized by Google

ALO. Nunquid apud illas nationes al iud ſit inſtitutum? an pctm̄ cōmiſſum nō punitur? DAV. Peccatū apud alias nationes nō euadit impunitum, immo quandoq; præter modum punitur. Dicam tamē quid eſt ſtatutum apud nōnullas nationes, pro dāno maximo illato.ſ. vitæ extinctione ſiue morte vniuerſaliter in multis republicis ſtatuta eſt lex talionis, vt homicida moriatur, & hoc rōnabiliter. Nā nō ſolū cōpetit legi noſtræ hebraicæ, ſed ēt naturali, & chriſtianoꝝ, & ex cōſequēti cū talis lex conſona ſit legi naturali, & cōformis legi diuinæ, vbicūq; lex iſta conſtituta eſt iuſta eſt.ſ. vt vita pro vita reddatur, iuſte debet homo & patienter ſoluere iſtam pœnam, quæ ſi alicubi non ſit ſtatuta, non ꝓpterea debet ſibi iſtam pœnam inferre, quia nullus debet eſſe homicida ſui, ſine ſpeciali præcepto Dei.

Pró morte il lata lex talionis apđ multas nationes Inſtituta eſt.

## Quare alie nationes non obligantur ad legem moſaicam. Cap. 4.

ALO. Quare cæteræ nationes non obligantur ad iſtam legem, cum fuerit à Deo data, cui omnes nationes obedire teneantur. DAV. Non eſt poſtergāda petitio tua, tn̄ dicam breuiter, ꝙ cæteræ nationes non tenebantur ad iſtam legem noſtram hebraicam ſeruandam. Et quū dicis ꝙ eſt lex diuina. Certum eſt, & per cōſequens oēs nationes ſubijciuntur ei, tamen ad illam non tenebātur, quia fuit ſpe

Nota quare cætere nationes non tenebantur ad legē moſaicā.

Digitized by Google

cialiter data populo hebraico, vt memini dixiſſe in pſalmo. Non fecit taliter omni nationi, & iudicia ſua non manifeſtauit eis. Et propterea qui fuerunt in lege naturæ, per obſeruantiam illius legis poterãt ſalui fieri, & qui fuerunt in lege moſaica tenebantur ad legẽ naturalem & Moſaicam per quam poterant ſalui fieri, chriſtiani vero nõ tm̃ tenẽtur ad legem naturalem, quæ ſemper obligauit & obligat oẽs nationes, ſed ẽt ad legem euangelicam. Et ſic ſcd̃m chriſtianos dicendum eſſet, quod cum venerit Deus & homo perfect⁹ & illis nouam legem dederit, ad quam omnes tenentur, quia oĩbus data eſt, poſt publicationẽ euangelij nemo ſaluus fieri põt, niſi per obſeruãtiam illius legis, licet ante publicationem quilibet potuiſſet ſaluus fieri. Et hoc oſtendam clariſſime, ꝙ non tenebãtur gentiles ad legem moſaicam, & ꝙ poterãt ſalui fieri ſi naturalem obſeruaſſent. Nam Iob apud nos ĩmo apud oẽs ſaluus factus eſt. Et tñ gentilis fuerat, ſic de multis de quibus in ſacra pagina, quod non fuiſſet ſi obligatus fuiſſet ad obſeruantiam noſtrã & legem moſaicã.

Nota qũo quilibet qui fuit ante publicationẽ euangelii potuit in ſua lege ſaluari.

Poſt euangelii publicationẽ nemo poteſt ſaluari niſi in fide & lege euãgelica

Iob gentilis de facto ſalu⁹ factus eſt.

## Si lex non eſſet ſtatuta pro morte illata quid homo facere debet. Cap. 5.

SALO. Habita hui⁹ difficultatis declarατione, quæro ſi in aliquo loco nõ eſſet ſtatuta talis lex, & conſtat ꝙ nemo ſibi debet mortem inferre, quia vt dixiſti, nemo debet eẽ homicida ſui ſine ſpeciali mandato & diuino, quid tenentur facere, vt ſint

abſoluti ex tali delicto? DAV. Expedit eis, vt iuſtis de cauſis vitam ſuam exponant pro fide. ſ. contra inimicos eccleſiæ pro reſtitutione illius cuius vitam abſtulerunt. SALO. Quid dicendũ videtur ſi tantam reſtitutioné facere nolunt. DAV. Dico ꝙ nõ poteſt eſſe omnino immunis à reſtõne homicida, ſicut faciunt fatui quidam, qui homicidas abſoluunt illis non oſtendentes reſtõnem neceſſario incũbentem, quaſi facilius poſſet tranſire homicida, vt ita dicam quã bouicida. Nam ſi quis occidiſſet bouem proximi non abſolueretur ſine reſtitutione. Tenetur igitur ad reſtitutioné ſpiritualé æquiualétem vitæ quã abſtulit. Tamen aduerte ꝙ ſi interfectus aliquos ſubſtentauiſſet dum viueret, vt puta parentes vel propinquos homicida tenetur ad reſtitutioné tantam omnibus illis dandam quã tam per interfectionem abſtulit illis. Et quia vix poſſet recompenſare per bona fortunæ illud quod abſtulit homicida expediret ſimpliciter animæ illius quod ſolueret per paſſiones voluntarias, vel patienter ſuſceptas, vt ſcilicet occideretur ꝓ homicidio, & ꝓpea prouiſum eſt cõitatibus aut republicis in quibus ſtatuta eſt lex & pœna talionis in cã homicidij. Patet.n. quantũ deus deteſtatur homicidiũ quando ego q iuſte occiderã volui ædificare ſibi domũ, & tñ quia effudi multũ ſanguiné fui à Deo prohibitus, ſi iuſtus occiſor apud deum nõ acceptatur, neq; ad cultum eius, occiſor iniuſtus vbi apparebit? hoc ãt eſt quod adhuc diximus, ſcilicet quod teneatur ad talem reſtitutioné intelligatur de iniuſte occidente.

Homicida tenetur exponere animam ſuã pro aia iterfecti.

Interfector tenetur ad oẽ dãnum & interẽẽ iterfecti.

Quis dicatur & ſit iuſtus occiſor. Cap. 6.

Digitized by Google

SALO. Audiuimus ad quid tenetur, q̃ vltimũ damnum proxĩo intulit. ſ. mortem, hoc eſt quia tenetur patienter ſuſtinere pœnam à lege ſibi inflictã hoc eſt mortem, vbi talis lex ſtatuta eſt, vel voluntarias ſuſcipere paſſiones, vitam ſuam pro fide exponendo pro anima illius interfecti, & hoc qñ iniuſte interfecit illum, non aũt iuſte, dic obſecro quis dicatur iuſtus occiſor? Cum Deus æternus expreſſe dicat & præcipiat nolle occidi. Dicens vniuerſaliter omnibus non occidas. DAV. Optime dubitaſti, breuiter ad tuam dubitationẽ reſpõdeo, ꝙ ille iuſte occiditur, quem lex iuſta generaliter, vel Deus ſpecialiter iubet occidi, quicũq; ergo his exceptis hominẽ occidit ſanguinis reus eſt, & homicida.

Quis dicatur iniuſtus occiſor.

## Quomodo poteſt cognoſci qñ lex ſit iuſta. Cap. 7.

SALO. Quæ eſt iſta lex iuſta? vel quando iſta lex erit iuſta? vt ſciamus quis interfector non erit aut ſit homicida, ſi ſecundũ illam legem iuſtam operatur & facit. DAV. Nulla lex eſt iuſta, niſi illa quæ deſcendit à lege diuina, ſicut cõcluſiones practicæ à principijs practicis, vel quæ cõcordat legi diuinæ, ſaltem vel non diſcordat. SALO. Aperias clarius ac dilucidius, quæ ſunt iſtæ cõcluſiones practicæ, & prĩcipia practica, vt facilius appareat lex iſta. DA. Principia practica ſtricte loquendo ſunt illa, quorum terminis cognitis intellectus de neceſſitate ſtatim aſ-

Nota quis ẽ ille qui iuſte occiditur.

Nota qñ lex dicatur iuſta.

Digitized by Google

ſentit & notitia illius primi principij dictat & dirigit voluntatem ad faciendum illud, verbi gratia, ſummũ bonum eſt ſumme diligendum, iſtud vocatur primũ principium. Nam cognito ſũmo & cognito bono, intellectus immediate aſſentit huic notitiæ huius principij, & iſta notitia dirigit regulat & ſtimulat voluntatem ad amandum ſummũ bonũ, & ex hoc principio ſummũ bonũ eſt ſumme amandum, ſequitur conſequẽtia Deus eſt ſummũ bonũ, ergo Deus eſt ſumme amãdus, iſta igitur concluſio deſcendit ab hoc primo prĩcipio, & vocatur principiũ practicũ, & concluſio practica, quia tam principium q̃ concluſio dirigunt voluntatem ad diligendũ bonũ. Tunc ad propoſitũ dicimus, ꝙ illa lex eſt iuſta quæ deſcendit à lege diuina, ſicut concluſiones practicæ à principijs practicis, vel quæ concordat legi diuinæ, vel ſaltem nõ diſcordat. Cum ergo lex diuina abſolute prohibeat. Non occides, & nulli inferiori liceat in lege ſuperioris diſpenſare, ergo nulla lex poſitiua conſtituens hominẽ ad occidendum iuſta eſt ſi in caſibus illis ſtatuit, quos Deus non excipit ſiue extrahit. Excipit aũt multos, vt patet expreſſe exodi. 21. c. ſ. blaſphemũ, homicidã, adulterũ, & multos alios vt bene nouiſti. Nullus ergo ſecundũ iuſtam legem occidit, nec lex poſitiua iuſte infligit homicidiũ ſi non excipitur ille caſus à Deo prohibente homicidium. SALO. Ergo lex eſt iniuſta quæ præcipit furem occidi? quia Deus non excipit ab illo p̃cepto negatiuo. Non occides peccatum furti, immo manifeſte oſtendit ſe nolle excipere furẽ, nec velle eũ plecti morte, Nam infligit furi aliam pœnam. ſ. reſtitutionẽ

tione q̄druplí vel quincupli, vt patet exodi.21.c. DA. Dicimus, iam Meſſias venit & nouam legem dedit, & ſi i illa talis caſus.ſ.furti excipitur ab illo præcepto iam ſic liceret chriſtianis interficere furem & lex illorum eſſet iuſta, tñ neq̃ in lege noſtra hebraica, neq̃ in lege euangelica, eſt tale præceptũ reuocatũ, ſiue exceptum.ſ.vt pp̄ hoc peccatum liceat hominẽ occidere. Et ideo niſi reuocauerit aliqua reuocatiõe ſpeciali, q̃d non habetur ĩ ſcriptura, nec de bulla ſuper hoc deſcẽdente de Cælo audiuimus, non video q̃ lex aliqua iuſta poſſit ſtatuere hominẽ poſſe occidi p̄ ſimplici furto. Dico aũt ſimplici ſiue ſolo, q̃a ſi eſt fur & cum hoc ſuaſor præſumitur homicida, quia vult occidere & ad hoc paratus eſt ſi aliquis vult ſibi reſiſtere, hoc patet p̄ illud, quod Deus ordinauit exodi.22. de fure nocturno & diurno. Fur nocturnus ĩpune occiditur, qui aũt intrantem ad furandum de die occidit homicidij reus eſt, Cauſa diuerſitatis huius benedicte fili eſt, q̃m q̃ de nocte furatur præſumitur q̃ occideret ſibi reſiſtentem ſi poſſet, non autem qui de die intrat.

Lex iniuſta ē q̃ iubet hominē occidi pro ſimplici furto.

Fur nocturnus impune occiditur.

## An fuit aliq̃n licitũ occidere hominem pro ſimplici furto. Cap.8.

CALO. Fuit ne vnq̃ licitum nobis occidere hominẽ pro ſimplici furto, ita q̃ aliq̃n fuerit talis caſus in lege hebraica reuocatus, aut in lege euangelica oppoſitum à Chriſto Meſſia ordinatum aut non? DAV. Nunq̃ in lege noſtra fuit licitum &

Nun q̃ fuit li-
citũ i lege he
braica occide
re hoiem pro
ſimplici fur-
to.

exceptũ ab illo præcepto negatiuo, vt .ſ. pro ſimplici furto liceat hominẽ occidere. Tamen poſito caſu ꝙ licuiſſet nobis, non ꝙ ſit verum, magis videtur ꝙ per legem euangelicã apud chriſtianos ſit reuocatus, q̃ꝫ rigor contra adulterium? Patet quia peccatum furti eſt multo minus q̃ꝫ adulterium, & hoc aliq̃n tu dixi-ſti. Nam grandis eſt culpa, quum quis furatus fuerit, fu ratur enim vt eſurientẽ repleat animam, deprehenſus quoq; reddet ſeptuplum, qui aũt adulter eſt, pp inopiã perdet aĩam ſuã, ſed pœna adulterij ſecundũ eos eſt re uocata, vt habetur apud eos in lege euãgelica cũ mu lierem adulteram liberauit, Dicens. Nemo te condẽ-nauit mulier, nemo dñe, vade & amplius noli pecca-re, multo magis igitur eſt reuocatus rigor contra fur-tũ, etiam ſi fuiſſet ſtatutum in lege noſtra ſicut fuit. SALO. Licet verba ſatis clara fuerint, & apta, ſed quia ali quãtulũ prolixa rogamus breuius, vt colligere illa va leamus. DAV. Multa difficultas breuioribus verbis collecta efficit maiorẽ difficultatẽ, & ideo diffuſius & amplius dicere volui, vt ex illa amplitudine hæc bre-uitas deſyderata à vobis clarior fieret, ad quã hortaris & rogas, fiat quod petis & breuiter dico. Q̃ dr̃ ex quo oĩs lex humana pro tãto eſt iuſta ſiue recta, pro quan-to conformatur voluntati diuinæ, à qua oĩs lex recta dependet tanq̃ꝫ ex prima regula. Et lex diuina ꝑcipit ſiue voluntas diuina vult hominẽ non occidi, niſi in il lis caſibus de quibus fit mẽtio in veteri teſtamento, & alibi nõ inueniũtur reuocati, cum ſit ꝙ occidere homi nem ꝓpter furtum ab illo ꝑcepto, qa neq; apud chri-ſtianos eſt reuocatũ, neq; apud noſtrã legẽ exceptum

tum, ergo ſequitur dilecte fili, ꝙ cum lex oīs pͤcipiens furem pro ſimplici furto occidi, eſt iniuſta, & per conſequens adminiſtrantes talē legem ſunt homicidæ, q̄a illa lex non eſt conformis volūtati diuinæ ſiue diuinæ legi. SAL. Hæc noſtra poſitio & veſtra determinatio videtur ſatis dura & quaſi non rationabiliter poſita apud multos, tamen bene ſcio in lege noſtra hoc eſſe ordinatum. Et primo conſuetudinem dicunt eſſe in cōtrarium vt. ſ. pro ſimplici furto homo moriatur, & ꝙ iudices occidentes ſcd̄m leges iuſtas nō ſunt homicidæ, immo iuſte occidunt. Nec illud quod dicitur valet. ſ. ꝙ dn̄s abſolute præcipit nō occides, cum multi caſus inde excipiantur, vt patet exodi, & præſertim vigeſimo ſcd̄o. c. Videtur Deus dediſſe poteſtatem pͥſidentibus condendi leges ratiōales, quibus populus tenetur obedire, vt patet deuteronomij. c. 17. Vbi dicitur ꝙ qui ſuperbiens non obediet ſacerdotibus & iudici ex decreto morietur iudicis. DAV. Pace illorū dictum ſit. Et propterea dico ꝙ iſta poſitio ē ſatis vera & multū rationabilis. Et cum dicitur ꝙ cōſuetudo eſt in oppoſitum. Salua illorum pace, non eſt conſuetudo ſed corruptela vocari debet, quia conſuetudo ſonat in bonum, hoc aūt non tm̄ nō eſt bonū, immo cōtra Dei voluntatem & legem. Et ideo tanq̄ corruptela eſt funditus extirpanda. Secūdo dico fili, ꝙ hec opinio includit repugnantiā in dictis ſuis, nam verum eſt quod iudices qui ſcd̄m iuſtas leges iudicant aut interficiunt homines non peccāt, ſed in propoſito iſta lex qua ſtatuitur furem interfici pro ſimplici furto, non eſt iuſta, tū quia repugnat legi & volūtati diuinæ, ex qua

Obiectio notabilis tenens licere occidere hoīem ꝓ ſimplici furto.

Cōfutatio clara obiectiōis tenentis licere occidere hominē ꝓ ſimplici furto.



Digitized by Google

omnis rectitudo legis humanæ depēdet, tum quia in pœna impoſita per legem excedit delictū, & per con ſequens eſt iniuſta, & ex conſequenti nō eſt lex immo de facto eſt contra omnē legem, & maxime diuinam, qa ſcd̄m quantitatem delicti debet eſſe plagarū mo dus, vt ait Deus æternus in noſtra lege, & ex conſe q̄n ti non ſolum non pōt dici lex qa eſt iniuſta, ſed ēt qa immediate contradicit legi diuinæ puniendo delictū vltra grauitatem & quantitatem eius. Crudelitatis eſt enim aliquem vltra merita punire, modo āt interficiē do furem pro ſimplici furto pœna excedit delictum, quia nullum bonum temporale poteſt æquiperari aut æquiualere vitæ humanæ. Nec illud deuteronomij eſt ad propoſitum, nam ex illis verbis .ſ. qui ſuperbiēs nō obedierit ſacerdotib⁹ & iudici, ex decreto iudicis mo rietur. Quia ibi dn̄s loquitur de idolatra qui ſecundū legem debet lapidari, & qn̄ accuſatus tanq̄ morte di gnus caſus eſt dubius, tunc debent recurrere ad præſi dentes, & iudices ſuper hoc ordinatos, qui tanq̄ peri ti in lege debent declarare, vtrum ille ſecundū legem ſit dignus morte an non? & ſtandum eſt iudicio ipſor vt condēnat⁹ moriatur, aut tanq̄ innocēs abſoluatur. Et non ꝙ ipſi iudices & præſidētes ordinent nouam legem de morte danda, ſed tm̄ ſunt legis declaratores in caſibus dubijs, & illi qui tanq̄ digni morte ſuperbi rent nolentes obedire iudicibus & præſidētibus, mor te ſine aliquo reſpectu puniātur. Et ſic patet ꝙ noſtra poſitio ſtat in robore ſuo. Et ideo dicitur ibi ſi difficî le & ambiguum iudicium eſſe ꝑſpexeris inter ſangui nem & ſanguinem, cauſam & cauſam, leprā & leprā,

Iudices in lege hebraica ñ poterāt ordinare nouam legē de morte danda.

Digitized by Google

& iudiciũ intra portas tuas videris verba variare, ſurge & aſcende ad locum quẽ elegerit dñs Deus tuus, veniẽsq; ad ſacerdotes leuitici generis, & ad iudicẽ, qui fuerit illo tempore, quæresq; ab eis, qui iudicabũt tibi iudicij veritatẽ & facies quodcũq; dixerint, qui pſunt loco quẽ elegerit dñs, & docuerint te iuxta leges ſequeris q; ſniam eorum, nec declinabis ad dexteram, nec ad ſiniſtram. Et ſequitur. Qui aũt ſupbierit nolẽs obedire ſacerdotis imperio, qui eo tempore miniſtrat dño Deo tuo, ex decreto iudicis morte moriatur homo ille. Et ib loquitur q iudices condẽnantes aliquẽ eẽ dignum morte ſcdm legem. Et non q abſolute ipſi condãnt legem condẽnantẽ ad mortẽ pter legẽ Dei, & ſic patet q authoritas iſta nõ eſt ad ppoſitũ eorũ.

Nota quõ hic paſſus intelligatur.

## An homicida inuoluntatius teneatur ad tantam reſtitutionem, ſicut voluntarius. Cap. 9.

SALO. Clariſſime pcepimus, quis dicatur occiſor iuſtus, & quis iniuſtus, quõ lex humana poſſit eſſe iuſta, qd teneatur homicida de vltimo & maximo dãno illato .ſ. morte, & hactenus diximus de homicidio volũtario, qd dicẽdum videtur de homicidio caſuali? ſolet enim hoc fieri & accidere, vt projciẽs lapidẽ aut telum non ad hominis mortẽ, & hoiem tñ vel amicum occidit, quod equidẽ fit præter projcientis intentionẽ, nunqd & iſte teneatur ad tantã reſtitutionẽ, ad quantam ille qui voluntarie interfecerit? DAV. Nulli dubiũ eſt, quin maius ſit,

Nota de ho-micidio iuo-lūtario qn̄ qs teneat ad re-ſtitutionem.

pctm̄ magiſq; Deo diſpliceat homicidium voluntarium q̄ȝ caſuale, tn̄ ad hoc quod aliqs ad reſtitutionē non teneatur in caſibus fortuitis & inuolūtarijs. Duo regrūtur. Primo quod fecerit quātum in ſe eſt vel fuit vt caueret dāna & pericula. Scd̄o ꝙ non dederit operam rei illicitæ. Si vero negligens fuerit, aut in dolo, aut in culpa ad reſtōnē tenetur. Pari ratione ſi dederit operam rei illicitæ. Dico igitur ꝙ emittere ſagittam aut lapidem ex cuius iaculatione & emiſſione poteſt mors ſequi, ſi ſequatur tenetur ad reſtōnem, iam patet quia dedit operam rei illicitæ. Nam res illicita eſt ſic proijcere lapidē, aut ſagittam, vt mors ſequi poſſit. Et ſic patet ad dubiū. Nūqd tn̄ teneatur ad tantā reſtōnē, ſicut tenetur homicida volūtarius, durū mihi videtur.

## Quid ſi ex negligentia medici patiens moriatur, ſiue mutiletur, ad quid tenetur. Cap. 10.

CALO. De caſuali homicidio optime ꝑcepimus, qn̄ illa duo occurrūt, quid ſi ex negligentia curationis? aut ex īperitia medici laborās aut infirmus moriatur? aut mutiletur? nōne tenetur ad reſtitutionē? nonne eſt homicida cum hominē interficiat? DAV. Dico medicū eſſe in culpa tripliciter fieri poſſe. Ante factum. In facto. Et poſt factum. Ante factū; ſi fuerit imperitus aut indoctus, & tn̄ cū hoc curationi ſe īmiſcet & intromittit. In facto, nam licet peritus ſit in arte, tn̄ nō ſeqtur debite traditionē artis. Poſt factū qn̄ diligentiam nō adhibet rebus tractādis atq; curan

Medicū eſſe ī culpa de morte alicuius pt eē tripliciter.

dis, aut ſi infirmũ derelinquat ſanitati nõdũ reſtitutũ, quocũq; eorũ modorũ in culpa fuerit tenetur ad dãni reſtitutionẽ, occaſione ſuæ vel negligentiæ, vel imperitiæ contingentis, pſertim, ſi pro mercede operetur, & ſe vt peritũ in arte oſtẽdat, & ſic de vltimo malo & damno illato, ſ. morte tenetur.

## Ad quid mutilans tenetur, vt ſe à peccato liberare poſſit. Cap. 11.

SALO. Dic rogo de mutilatione membri, quãdo quis offenderit proximum, offendens quid tenetur facere, vt à tali peccato ſe poſſet liberare. DA. In noſtra lege vt ſæpius nouiſti iam eſt declaratum & ſancitum vt ad pœnam talionis teneatur. ſ. manus pro manu, & pes pro pede.

## An lex talionis de mutilatione membri in omni gente obſeruetur. Cap. 12.

SALO. Eſt ne talis lex apud alios obſeruata præter hebraicã nationem? DAV. Non vbiq; gentium hoc ſeruatur, vt pœna talionis appareat, ſed tranſit in pecuniariã, vt ſic cõiter loquamur, ſed talis reſtõ pecuniaria debet rñdere nõ ſolũ dãno, quod incurrit quis pp mutilationẽ pro toto tẽpore futuro, quo vſurus eſſet quis mẽbro abſciſo, ſed etiam impenſis expo

Ad qd tenetur mutilans p mẽbro abſciſo.

ſtis pro curatione. Et ꝑterea dicunt teneri ad placationem læſi. Nam perpetua remanet illi deſolatio ex membri mutilatione, in qua re magis eſt ponderanda paupis qui magis eget, ꝙ̄ diuitis, etenim pauper magis vtebatur parte læſa ad procurandū ſibi neceſſaria ad victum, licet ſecundum eos ſit conſyderāda etiam perſonæ dignitas, & non immerito.

## Cur chriſtiani non tenētur ad legē moſaicā. Cap. 13.

SALO. Si chriſtiani dicūtur acceptare legem noſtram, cur nō ſeruāt illam? Et præterea mihi videtur talem mutilationem nō habere debitā ſatisfactionem per bona fortunæ. Nam illa non ſunt æquiualētia dāno illato proximo vt ſatis certū. DA. Dicunt chriſtiani ſe non teneri ad noſtra ꝑcepta iudicialia, ſed tantū ad moralia & legalia. Et ꝓpterea nolunt illa obſeruare. Et ad illud cū dicitur illi mutilationi ꝑ bona fortunæ ſatiſfieri non poſſe. Dicerēt ꝙ cū nō ſit nobis præceptum à Deo quod pro tali peccato fiat talis ſatisfactio, & per mutilationē mēbri offendētis læſus ille nihil boni cōſequatur, iō melius videtur vt offendēs per contritionē & dolores ſatisfaciat Deo de malo contra ꝓximum cōmiſſo, Et proximo ꝑ bona tēporalia, & apud chriſtianos videtur magis rationabile. SALO. Si ad præcepta iudicialia nō tenentur, vt ipſi dicunt & talē faciunt ſatisfactionē, videtur ſatis rōnabile, etenim ſi lædēs talionis pœnam daret, læſo nihil boni adeſſet, & ſi ad aliā ſatisfactionem

*Chriſtiani nō tenētur ad iudicialia legis moſaicæ.*

præterꝙ̄

præterq̃ quæ dicta eſt pecuniariam teneretur, puniretur vltra quantitatẽ delicti, quod eſt incõueniens, quia idem peccatum non debet bis puniri, maxime ſi vna pœna eſt illi æquiualens, vt in propoſito.

## De vulnere curabili. Cap. 14.

HIc igitur pater benigne de vltio, quõ lædens aliquẽ curabili vulnere teneatur ad ſatiſfactionẽ? DAV. Noſti ꝓ quolibet dãno illato eſſe pœnam talionis in noſtra lege ſancitã, vt ſimili pœna afficiatur lædẽs q̃ affectus eſt patiẽs, aut læſus, tñ apud alias nationes, vt diximus, hoc minime ſeruatur, ſed cõiter cõſtituta eſt lex pecuniaria, tñ dicũt lædentẽ teneri nõ ſolũ ad oĩa dãna q̃ paſſus fuerit læſus, ſed etiã ad placationem ipſius læſi, pro illata iniuria, p̃ſertim cõſyderata q̃litate ipſiꝰ læſi, quapp̃ benedicte fili ex his dictis patere videtur de dãno illato in proximũ, quo ad corpus, & quot modis, & quõ offendi poteſt, & qd faciendũ eſt à lædente, vt proximo ſatiſfacere poſſit, & ſe à tali peccato aduerſus proximũ cõmiſſo liberare poſſit, niſi qd vltra tibi acciderit quod mentem tuam perturbet aut reddat inquietam.

Ad qd tenetur uulnerãs uulnere curabili.

## Quõ et quot modis ꝓximꝰ offẽdi p̃t quo ad aĩam. c. 15

SALO. Non eſt in quo dubitare poſſimus, ſic videntur omnia plene dicta in læſione ꝓximi q̃ moleſtet & lædat corpus, remanet ſi recte memini de ſecundo dicẽdũ, hoc eſt de dãno quo ad ani

mam, quomodo & quot modis pximus lædi poteſt, vt per huiuſmodi tuam declarationem quilibet poſſit tantum ſcelus euadere, & in illo monte ſancto habitare. DAV. Iuuenis es, & memoria viges. Et nos nõ ſumus adeo immemores, quamuis ſenectus opprimat, & ad nos obrepat, bene dicis hoc eſſe ſcdo loco præpoſitũ, & ad illud peruenire accelerabã, ne à propoſita diuiſione velut immemor ſecederẽ, quã vos optare & intelligere animaduerto. Et ideo ad illam & ſecundam illius partem de læſione animæ. Itaq; aduerte ꝙ proximũ offendi quo ad animã põt tripliciter intelligi, ſicut bonũ animæ triplex eſt, vel bonũ hoc poteſt capi tripliciter. Primo modo, pro potentijs ſpiritualibus animæ, intellectu, memoria, & volũtate, quæ ſunt bona eſſentialia aïæ noſtræ. Secundo modo pro habitibus ſiue infuſis, ſiue acquiſitis, ſcilicet ꝑ gratia ſiue charitate, fide, ſpe, & pro habitibus iuſtitiæ caſtitatis, & alijs huiuſmodi. Tertio modo pro actibus moralibus, & meritorijs, quæ omnia ſpiritualia bona dicuntur, quia ad animã pertinẽt. Si loquamur de bonis eſſentialibus animæ. ſ. de intellectu, volũtate, memoria. Dicimus ꝙ nemo põt offendere pximũ neq; directe neq; indirecte. Nam cum potentiæ animæ ſint idem realiter cum ipſa aïa, & aïa ſit incorruptibilis, & à ſolo Deo p̃t annihilari, igitur nulla creatura põt illi nocere aut offendere eripiendo talia ſpiritualia. Si vero loquamur de bonis ſpiritualibus, ſecundo. ſ. modo & tertio in gratia in virtutibus ſiue habitibus, & in meritis, Dico fili ꝙ nullus in ijs bonis poteſt directe damnificari ab alio. Nã illa non pñt ab homine auferri,

Quot modis læditur proximus q̃tũ ad animam.

Digitized by Google

niſi p. ꝓpria demerita, vitia, & peccata, nullus aũt act[a] fili benedicte eſt virtuoſus, neq; vitioſus, nec peccatũ, nec meritorius, aut demeritorius, niſi qui ꝓcedit à libera voluntate, quia in inuoluntarijs neq; laudamur neq; vituperamur. Vnde oĩs actus vitioſus ideo peccatũ eſt, quia volũtarius, ſola igitur voluntate põt homo peccare ꝓprie loquendo, & nunq; contra voluntatẽ propriam ad peccatũ compelli. Tamen põt quis ꝓximum lædere indirecte inducẽdo eum ad vitioſos actus, quibus vitia & peccata generantur, & virtutes corrũpuntur, & bona gratuita deꝑduntur, & talis inductio qñq; fit iubendo, qñq; minis aut pœnis cõpellendo, qñq; cõſulendo, & ꝑſuadendo, rogãdo, donis & promiſſionibus alliciendo, aut à bonis ĩpediendo, & ſimiliter multa faciendo, quæ itelligi magis pñt, & ſic poterit quis indirecte proximũ lædere in ſpiritualibus bonis, & non directe & immediate, cum illa auferri non poſſint niſi voluntarie, & ideo indirecte inducendo voluntatem.

Aliquis ꝑt indirecte offendere proximũ q̃tũ ad aĩam in bonis ſpũalibus infuſis & acquiſitis.

## Ad quid teneatur lædens proximũ in bonis ſpiritualibus vt ſaluetur. Cap. 16.

SALO. Nouimus quo in bonis ſpiritualibus læſio proximi indirecte fiat, quid opus erit facere, ut Deum recõciliet, & proximo ſatisfaciat, & vitã ĩgredi poſſit æternam. Difficile omnino videtur, q̃ ſi quis amiſit charitatẽ, & Dei gratiam per alterius offenſionem, & multa bona opera quod de facili poſ-

Obiectio põderanda.

ſit illi ſatisfacere, maxime cum non tantum depēdeat ab ipſo offendente, ſed primo & principaliter a Deo largiente gratiam & acceptante merita, tanq̄ digna æternæ vitæ habitaculo, & ēt ab ipſo offenſo, q̄m recuperatio gratiæ & meritorum & virtutū, magis ab ipſo offenſo dependet, q̄ ab offendēte, & voluntas noſtra ſemel allecta ad vitia, non de facili redit ad priſtinum ſtatum, ſed maxima cum difficultate, & per conſequens videtur impoſſibile eſſe quaſi & maxime difficile, vt offendens poſſit reducere offenſum ad illud vnde cecidit, pp demerita & peccata offendentis.
DAV. Vtinam hæc non eſſent tam vera, quæ prædicas & dicis, vereor enim ne maior pars damnatorum ſimul & dānandorū ſit pp offenſionem proximi in ſpiritualibus bonis, & enim ſi non poteſt quis ſaluari niſi facta ſufficienti ſatisfactione rerum temporalium, quāto minus poterit ſaluus fieri niſi facta perfecta reſtitutione rerum ſpiritualium? quæ ſi cum temporalibus cōparētur pene nulla ſunt, & pro nihilo reputari debēt. Namq; ſi homo lædit proximū in temporalibus bonis, de facili poterit ſcire in quibus & in quantis eum offenderit, & per cōſequens poterit de facili illi ſatisfacere, ſed cum offendit in ſpiritualibus bonis nemo ſcit, quæ & quanta fuerint bona, quæ illi abſtulerit, verumtn̄ dicam quid opus erit facere p viribus noſtris.

Quid tenetur facere dānificans p̄rimū in bonis ſpiritualibus.

Dicendum itaq; videtur, q tenetur damnificās inducere deceptum ad cōdignam pœnitentiam modo ſibi poſſibili, & ad opera meritoria, ſimiliter conſulendo, perſuadendo, promittendo, quēadmodū fecit dum ad peccata illum induxit, quum vero ad hoc non ſufficit,

quia facilius eſt peruertere, q̃ȝ conuertere, tenetur per ſe orando, & per aliorũ orationes impetrare illi conuerſionem, & per alios perſuaſores efficaciores, dumtñ non prodat & manifeſtet peccatũ illius occultum. Ecce patet quantum eſt periculum aliũ ſollicitare & ad peccandum inducere, qm̃ vix digne reſtituere põt qñ voluntatem illam allectam ad peccata vix põt pſuaſionibus, & alijs modis ad pœnitentiam deducere, & ratio huius eſt, qm̃ qui in ijs lædit, plus lædit q̃ȝ in quibuſcunq; alijs, ergo plus tenetur & magis debet ſecũdum iuſtitiam proximo, ad ſatisfaciẽdum tale bonum quod illi abripuit.

## Ad quid male conſulentes teneantur vt à peccato ſint immunes. Cap. 17.

SALO. Et acute ſimul & apte veniſti ad huiuſmodi diſtictionẽ & ſufficientem declarationem. Ecce tamen exoritur difficultas. Nam ſũt qui conſulentes exiſtimãt bene cõſulere, & tñ ſuis conſilijs malis multos dãnificant, quid ergo debent & facere tenẽtur dãnificatis? Namq; ſuis malis conſilijs realiter mala ſuſceperũt. DAV. Reſpondeo, aut ille qui male conſulit eſt iuris conſultus, ſiue doctor aut non, ſi eſt iuriſcõſultus, & ex ignorantia conſulit, & per illã lædatur proximus, ad reſtitutionem tenetur. Nemo enim debet vti officio in alterius damnum, nec debet in tali muneris exercitatione permanere ſi eſt indoctus, & ſi cõſilium

Ad qd teneãtur male cõſulentes.

illud ex negligentia ſua deducitur, quia legibus ſtudere non nititur, & ſuæ propriæ opinioni confidit, & propterea læditur ꝓximus. Dico ꝙ tenetur ad intereſſe. Si vero alicui famoſo doctori fidem adhibuerit, credens illud eſſe verum, & quum hoc cōſiliū eſt malum adhibita omni diligentia quantū in ſe eſt, hoc fortaſſe excuſaret. Si aūt non eſt iuriſconſultus, nec tenetur ex officio conſulere, tunc nō tenetur (vt mihi videtur) ad reſtitutionē, ſi illi bona fide conſulit iuxta vires ſuas, requiſitus tamen. Nam qui petit conſilium ab eo, ſcit eū non eſſe peritum, & per conſequens ſi ſe læſum ſenſerit imputetur ei.

## Ad quid teneantur defloratores. Cap. 18.

SALO. Hoc bene intellecto quo ad læſionē, et læſionis reparationem, qd dicendū videtur de eo ꝙ deflorat virginē, hoc impoſſibile eſt ꝙ poſſit virginitatē reſtituere quā abſtulit, & illi ſatisfacere. Nā impoſſibile eſt illā nō fuiſſe corruptā, ex quo corrupta eſt, quomodo poterit igitur ſaluus fieri ſine reſtōne? DAV. Certū eſt hoc quod dicis, & īpoſſibile eſt virginitatē reſtituere, & ꝓp hanc impoſſibilitatē non tenetur illi ſatisfacere. Tamē tenetur ad aliā ſatisfactionē ſibi poſſibilē, vt ducat ipſam in vxorem, & dotet eam, vt habetur in noſtra lege expreſſe, aut reddet ei dotē quā virgines ſolent accipere, ſi ipſe habeat vxorē, & hoc habita rōne dignitatis virginis, & facultatis ipſius defloratoris, & eo magis ꝓp deflo-

Ad quid tenetur deflorans virginem.

rationem ſi alteri viro iūgatur, hæc ſunt remedia iuſta pro reſtōne poſſibili,& ſic patet quō lædatur ꝓximus quo ad animā quod erat nobis ſecūdo loco ꝓpoſitū.

## Quomodo & quot modis offendi poteſt proximus quo ad bona ſpiritualia. Cap. 10.

CALO. Soluta ſunt oīa quæ videbātur mētes noſtras aliquo modo inquietas reddere, quo ad læſionem & ꝓximi offenſam, q̄ corpus & q̄ animā tāgerent. Dicenda videntur ea, q̄ ſpiritualia bona tāgunt & mouent, q̄ nō ſunt facilia intellectu, neq; in iudiciū cadere pn̄t, niſi cū difficultate. Propterea petimus quo modo, & quot modis poſſit lædi ꝓximus, quātū ad bona ſpiritualia. DAV. Vide fili ne fias immemor. Nam in ꝑcedētibus dixiſſe memini de bonis ſpūalibus. Tn̄ non grauabor neq; aliquo modo mihi moleſtū erit ad renouandam memoriā aliqua dicere, nec patiar à me ambiguū recedere, & iō breuiter aduerte ꝙ bona ſpūalia vel ſunt bona eſſentialia aīæ, ſicut intellectus, voluntas, & memoria, q̄ dicūtur bona eſſentialia, eo ꝙ ſunt idem realr̄ cum eſſentia aīæ, vel ſunt bona accidentalia, & iſta ſunt in multiplici differētia. Quædā ſunt ſupernaturalr̄ infuſa, ſicut ſunt charitas, ſeu gratia, fides, & ſpes, quæ īmediate à Deo infunduntur in aīa noſtra, & ab ipſo īmediate creantur. Quædā ſunt acquiſita & hoc mere naturaliter, & ſic ſunt virtutes morales, iuſtitia, fortitudo, & tēperantia, & hæc ſunt ꝑ actus virtuoſos acquiſita, quædā ſunt

Nota quotuplex eſt bonū ſpūale aīæ.

Digitized by Google

quæ non ſunt ſimpliciter & penitus naturaliter acquiſita, neq; ſimplr & penit⁹ ſuper naturalia, & tales ſunt actus & meritoriæ operationes, quæ nō ſunt imediate à Deo, qm̄ quantū ad ſubſtratū ſiue ſubſtantiam actus ſunt principaliter à voluntate noſtra, & quantū ad acceptationē ſunt mediante charitate, ſiue effectiue concurrente, ſiue inclinatiue, quæ charitas eſt immediate à Deo, eſt ēt viſio diuina & fruitio eiuſdē q eſt tota merces noſtra in patria cœleſti. Poſſet aūt iter bona ſpūalia cōnumerari fama, eo ꝙ magis videtur ptinere ad aīam, ſiue ad bona ſpūalia q̄ corporalia, habes igitur breuiter q̄ ſunt bona ipſius aīæ. SALO. Rogamus, dicas. Q uō offēdi pōt proximus in bonis ſpūalibus, & dic q̄ breuiſſime fieri pōt, & ſi materia videatur nō parua, ſcio te poſſe & velle, īcipias igitur. DAV. Nō recedam à deſyderio tuo ad quod perueniā per rerū capita, vos eſtote intenti, quid facilius poterit vobis ſatisfacere, loquētes igitur de bonis ſpiritualibus aīæ. Prīo modo de bonis eſſentialibus, ſ. vt intellectus voluntas & memoria. Dicimus ꝙ neq; directe neq; indirecte pōt aliquis proximū lædere, qm̄ illæ potentiæ, ſiue bona illa cum ſint idem realiter cū anima, ſicut ſolus Deus pōt creare animam, ita ille ſolus poteſt annihilare cum potentijs eius. Si autem loquamur de ſecūdis bonis, ſiue de bonis ſecūdo modo, quæ ſunt à Deo immediate infuſa ipſi animæ, ſicut ſunt, charitas, fides, & ſpes. Et de vltimis, ſiue de bonis quæ non ſunt mere ſupernaturalia, neq; mere naturalia, ſicut ſunt actus meritorij, & clara & aperta viſio & fruitio Dei. Et deniq; de bonis animæ naturaliter acquiſitis, aut de virtutibus

Bona eſſētialia aīe nō poſſūt auferri aliquo modo.

Nota qūo pt quis offendere pximū q̄tū ad bona accidentalia aīæ.

tutibus moralibus,iuſtitia,temperantia,& alijs. Dicimus vnica reſponſione ꝙ nemo põt directe offendere ſiue nocere proximo,quia neq; virtutes ſupernaturales.ſ.charitas,fides,& ſpes,neq; actus meritorij,neq; clara & aperta viſio ac fruitio deitatis põt amitti, niſi per actum voluntatis propriæ, hoc eſt per ꝓpria demerita & peccata,& cum hoc non poſſit eſſe niſi mere & voluntarie. Sequitur ꝙ nullus põt offendere ꝓximum directe, tñ indirecte & mediate põt aliquis in ijs omnibus offendere & nocere proximo varijs modis,conſulendo,perſuadendo,rogando,promittẽdo, minitando, alijs modis vtendo,& proximũ ad peccatum inducendo.Et ſic cum per peccata, bona ſupnaturalia iam dicta demeritorie amittantur, & bonis meritorijs & actibus.ſ.meritorijs viſione clara & fruitione diuina priuentur,& habitus vitioſi in contrariũ per peccata generentur.Sequitur ꝙ quicunq; eſt cauſa peccati ſui proximi, de facto eſt cauſa indirecte vt proximus amitat omnia iſta bona.Sic patere opinor quõ in his bonis põt aliquis lædere proximũ indirecte & mediate.Si vero loquamur de fama,q̃ magis videtur teneri ex parte animæ q̃ corporis.Dico ꝙ põt aliquis multipliciter lædere proximũ(vt ſuperius dixiſſe memini).Sed breuiter ſeptẽ modis.Primus eſt occultatiuus,qñ id qđ eſſet manifeſtum neceſſario ad honorem & ſalutem animarum propalare non permittit,aut nolit.Secundus eſt negatiuus.ſ.cum negat ſciẽter alterius bonum,dicens id non eſſe verum.Tertius deprauatiuus quum dicit bonum illud iam factum,ſed malo animo,aut intentione,aut quia ſcãdala ſunt ſub

Septem modis põt quis offendere ꝓximũ q̃tũ ad famam.

ſecuta. Quartus venenatiuus, qñ.ſ. mala bonis immi=ſcentur, prius exponentes bona alicuius opera, poſte=rius addentes mala. Quintus publicatiuus, quum oc=culta manifeſtant peccata proximi vel ijs quibus non debent, aut ordine quo non debent. Sextus augmen=tatius addendo, & ex modo loquendi peccatũ aggra=uando. Septimus inuentiuus.ſ. falſa crimina imponẽ=do, & hoc claris verbis, ſiue oſcuris, aut palliatis, & quocunq; modo inuenire poterit ſceleſtus peccator. Et hoc idem in genere triplici claudere poſſimus.ſ. falſum crimen imponentes. Altero modo verum cri=men tñ occultum non ſeruato iuris ordine præponẽ=tes. Et tertio verum crimen, tñ occultum in publicum ſibi oppoſitum negantes, hij ſunt tres modi, quibus in genere læditur proximus, & de ſatisfactione, aut qbus modis põt homo ab huiuſmodi peccatis & defectib⁹ liberari, dicere non oportet, qñ ſuperius enarrata, hæc fuerunt omnia. Sic patet ad ſecundum principale.

Tripliciter pt quis in gene=re offendere proximum.

Quomodo & quot modis offenditur proximus in bonis temporalibus. Cap. 20.

ALO. Expoſitis ijs quæ corpus lædũt & animã, veniat dulce tuum eloquium poſtea quæ dixeris de ſpiritualibus ad quartum principale.ſ. qũo & quot mo dis proximus læditur in bonis tẽporali bus, vt valeamus apprehendere pleneq; intelligere, quanta ſit lõgitudo, latitudo, & profunditas huius of=fenſionis. DAV. Lata & profuſa eſt, & multiplex hu=

us rei diſcuſſio, totq; habet capita quot belua lernæ, tñ ex oĩbus capita ſeptem colligemus, per quæ facili⁹ poterit quilibet proximi offenſam in bonis tẽporalibus cognoſcere, ſeptem igitur modis põt lædere proximũ in temporalib⁹ vel fortunæ bonis. Primus modus, furtum dicitur. Secũdus, rapina. Tertius, vſura. Quartus, ſimonia. Quĩtus, ſacrilegiũ. Sextus, dãni occaſio. Septimus & vltim⁹ dicitur dãni ꝑticipatio.

Septẽ modis poteſt qs noſcere ꝓxio q̃tum ad bona temporalia.

## Quid ſit furtum, ſiue furari. Cap. 21.

SALO. Sigillatim hæc dicẽda videntur nobis, quo poſſimus diſtincte hanc læſionẽ cognoſcere, obſecramus ne ſit tibi moleſtum deffinitiones ſimul dicere & diſtinctiones hæc ſunt quæ ĩtellectum ſolẽt reddere clarum. Dicas igitur quid ſit furtum ſiue furari & ſic de alijs. DAV. Furtum eſt contrectatio alienæ rei mobilis & corporalis fraudulosa, ĩuito dño animo lucrandi facta. Et in hoc eſt aduertendum furtum à rapina diſtingui, furtum enim occulte fit. Rapina ãt violenter & manifeſte, quotieſcunq; igitur quis occulte aliena capit, & contra illorum voluntatem, quoꝝ illa ſunt bona furtum cõmittere dicitur, qñocũq; ergo aliena capiat, occulte tñ ĩuito dño ſiue magna ſit ſiue res parua, dũmodo animũ habeat furãdi & proximo inferendi nocumentũ, & ſcit illi nocere, licet minima ſit res furtum vocatur & eſt peccatũ mortale. Et hoc non eſt ꝓtermittẽdum, ꝙ furtum nõ ſolum cõtrahitur

Quid eſt furtum.

In quo differt furtũ à rapina.

Nota ꝙ non ſolũ in re ſed in uſu rei furtũ eſſe poteſt.

in cõtrectatione rei alienæ, ſed et in cõtrectatiõe vſus eius, vnde ſi quis furat⁹ fuerit aliq̄d, vtputa equum aut boué non vt detineat, ſed vt habeat vſum eius aliquot dies, cõtrectatio iſtorũ animaliũ ſic fraudoloſa inuito dño furtum eſt. Et ex hoc ſequuntur tria documenta.

Quibus modis committitur furtum.

Primũ depoſitarij q̄bus res deponuntur ſi vtantur eis, furtũ cõmittunt, q̃m auferunt vſum rei inuito dño. Secũdũ ſi qua res cõmodatur alicui ad vſum vnius operis, & illa applicatur ad alterꝰ vſum, niſi expreſſe ſciatur voluntas dñi, ita eſſe vel non eſſe faciẽdum, vel ſaltem innoteſcat quoquo modo fieri poſſit furtum cõmittitur, accipiẽdo vſum rei inuito dño. Tertium ſi q̃s rem pignoratã teneat, & illa vtatur ĩuito dño furtum cõmittit. Sciente dño vſuram cõmittit, & deniq; q̄nq; genera hominũ furtum cõmittunt primi aliena occulte auferẽtes. Alteri aliena incẽdẽtes et deuorãtes. Tertij bona publica defraudantes. Quarti aliena ĩueniẽtes et non reddẽtes. Vltĩa aliena mala fide p̄ſcribẽtes.

## Ad quid obligantur, qui bona proximi furantur, & detinent. Cap. 22.

Ad q̄d tenẽntur furantes.

SALO. Ad quid obligantur qui bona pximi furantur. DAV. Tenẽtur fili nõ ſolum ad reſtituẽda ea q̃ furati ſunt, ſed etiam ad vſum rerum, & ad ĩtereſſe vel dãnum q̄d paſſus eſt dñs ex priuatione illarꝰ, & ſi forte perierint aut deſtructæ ſint, tenetur fur ille, ad totum æquiualens, offenditur pximus in bonis tẽporalibusr p apinam, quæ quidẽ ẽ furto grauior &

Q̃uo rapina committitur.

Digitized by Google

eius pctm̃ multo acerbius, qm̃ & publice fit & cũ violentia. SALO. Qui ſunt iſti, qui Deum aut ꝓximum in bonis ſuis lædunt ꝑꝑ rapinã. DAV. Quinqꝫ ſunt genera hominũ bona ꝓximi rapiẽtium, aut per rapinam lædentiũ. Primi, ſunt iniuſte bellantes. Secundi, mare & aridã prædantes. Tertij, crimen cõcuſſionis committentes. Quarti, aliena per vim occupantes. Quinti, vera debita negantes.

Quid ſit furtum.

Quot ſint homines q rapinã committunt.

## Quid ſit iuſtum bellum. Cap. 23.

CIrca primũ, iam ſcis rectũ eſſe iudex ſui & obliqui. Et ꝓpterea cõſyderandum eſt qd ſit iuſtũ bellum, vt ex hoc ſciamus qđ eſt iniuſtũ. Ad huius rei cognitionẽ intelligẽdũ eſt, ꝙ ad bellum iuſtũ tria reqruntur. Primo principis authoritas, qm̃ nõ qlibet arbitrio ſuo bellum poteſt mouere, ſed oportet à principe eccleſiaſtico, vel ſeculari, licẽtiam habere, cui forte incumbit, & q illam cõcedere poſſit. Secundo iuſta cauſa, hoc eſt vt fiat pro rerum repetitiõe, vel patriæ defenſione, vel ꝙ bellum moueatur illius culpa contra quem infertur. Tertio requiritur recta intentio, vt non moueatur odio, ſed ꝓpter iuſtitiã & charitatem, vt inde bonum ſequatur vel malum euitetur. Itaqꝫ ſi qua iſtarum trium circunſtantiaꝝ in mouendo bello defuerit, iniuſtum omnino bellum erit & bellantes rerum alienarum fiunt raptores.

Quid requiritur ad iuſtum bellum.

## Ad qd teneãtur iniuſtum bellum exercẽtes. Cap. 24.

Digitized by Google

Ad qd tenẽtur iniuſtum bellũ mouentes.

CALO. Ad quid tenentur exercentes iniuſtũ bellũ. DAV. Quicqd lucrantur huiuſmodi raptores reſtituere tenẽtur, ſi ſalutẽ animæ quãq; expectẽt. Immo principes mouentes, auxiliantes, conſulẽtes, vel fauore quoquo modo pſtãtes. Et ſi nihil lucri ẽt percepiſſent, ſtante bello iniuſto, ad oĩa dãna tenentur & obligantur, quæ illius cã belli quoquo modo fuerint cõmiſſa, vt habetur in ſacris legibus, ſi ẽt ſubditi mouentiũ iniuſta bella dãnificantur ab illis, cõtra quos mouẽtur debẽt ſatiſfieri, & releuari ab illis qui mouẽt tale iniuſtũ bellũ, vel dãt cãm vt moueatur, cõſulendo, fauẽdo, & auxiliãdo. Immo plus dico poſito bello iuſto, ſi aliquæ priuilegiatæ pſonæ lædantur, vt clerici, religioſi, cõuerſi, mercatores, & ruſtici agriculturã exercentes, & aĩalia ad agriculturam neceſſaria, debent oĩum dãnorũ habere integrã ſatisfactionẽ, & à mouentibus bellũ quãuis iuſtũ, debet illis integre ſatisfieri, vt habetur in ſacris canonibus. Similiter & peregrini. Similiter & ſubditi illorũ cõtra quos fit iuſtum bellum, in quo nõ præſtant ſuis ſupioribus auxilium, cõſiliũ & fauorem. Non debent lædi neq; dãnificari, & q dãnificãt, ſatisfacere tenentur. Nam peccata ſuos tantum debẽt tenere authores, nec pœna eſt vlterius ptrahenda q̃ delictũ fuerit in excedente repertũ,

Nota de pſonis priuilegiatis tẽpore iuſti belli.

Qui dicũtur raptores.

Secũdi raptores ſunt, mare & terrã prædantes, veluti piratæ amicos & inimicos in æquore maris indifferẽter expoliantes, & pariter latrones q in ſyluis & in nemoribus alijsq; locis inſidiantur, & violẽter aliena rapiunt, ſub rapina collocantur, qui omnia reſtituere te-

Digitized by Google

nentur & dãnis ſatisfacere,ſi minus,ſalui nõ poterunt fieri. Tertij ſunt crimen concuſſionis cõmittentes, vt dixiſſe memini.

## Quid ſit crimen cõcuſſionis,& quõ cõmittitur. C. 25

SALO. Quõ hoc crimen cõcuſſionis & quot modis cõmitti poteſt. DAV. Quatuor modis cõmittitur crimẽ hoc concuſſionis. Primo ſi ſuperiores & in aliquo magiſtratu conſtituti,metu interpoſito,aut minis aliquid à ſubditis extorquent. Secundo modo concuſſio cõmittitur,quum quis non facit quod facere tenetur niſi pecunia exhibita, vt puta iudex habens vel à principe vel à republica debitum ſibi ſtipendium,ad hoc vt omnibus iuſtitiam miniſtret, verumtñ non intendit ſententiam ꝓferre in aliquibus cauſis,niſi appareãt pecunia,& munuſcula, quæ qñq; legibus vires tollunt. Et ſic à partibus fit ſolutio,ẽt ab ea cui iura fauẽt. Sic medicus conditione ſua ductus, negat infirmo auxiliũ tacite neq; medicari põt niſi pecunia,vel pedibus,vel manibus ſuis medicetur. Sic aduocati,notarij,& in aliquo officio cõſtituti,qñ non libenter & æquo animo curant officia ſua miniſtrare, atq; exercere niſi doloſa facies nummi appareat. Tertio fit concuſſio cum quis accuſat, & ab accuſatione deſiſtit propter pecuniam,& tãto magis ſi eo animo accuſat. Quarto fit eadem concuſſio, cum immoderate extorquet ſalariũ artifex in artificio ſuo,rationabile enim eſt vt ſolutio aut impẽſio æqua ſit labori præ-

Crimen concuſſiõis quot modis committitur.

Bñ nota hũc paſſum.

ſtanda,vt ſeruetur iuſtitia cõmutatiua.Sunt enim mul
ti videntes proximos indigere operibus ſuis,ſine qui-
bus aliter fieri non põt, & iniuſta petunt ſic extorq̃nt
viciſſim illi coguntur dare plusq̃ȝ licet.Et q̃nqȝ viliſſi-
mo precio, vel locare,vel vendere vt neceſſarijs ope-
ribus ſubminiſtrent,& ſic concutiuntur & peccatũ cõ
cuſſionis cõmittitur.Hæc ſunt quæ ex cõcluſione ha-
bentur,redeamus igitur ad quartos raptores. Quarti
raptores dicuntur ꝑ vim aliena occupantes,& ſic de-
tinentes dominia,& alioꝝ bona, ſub noĩe rebellionis
ſunt raptores,& tale crimen concuſſionis cõmittunt,
et ĩuito dño ꝑ vim ac manifeſte aliena rapiunt.Quin
ti ſunt vera debita negantes,qui proditores appellari
poſſunt,iſti quattuor modi pertractantur,in ſacris co
dicibus & legibus vt habetur in ſacris canonibus.

## Quid facient concuſsores vt ſaluentur. Cap.26.

SALO.Quid tenentur facere,hij cõ
cuſsores & raptores vt valeant cœle
ſte donum recuperare, aut aſsequi?
DAV.Quid?an me pertentas? hæc
non ſunt tibi notiſſima?Quid?tenen-
tur reſtituere illa bõa,& fructus omnes inde ꝑceptos,
immo oĩa damna q̃ inde ſunt ſecuta deductis tñ mo-
deratis,expenſis. Aliter impoſſibile eſt cœleſte donũ
deperditũ recuperare. DAV.Reuertamur fili benedi
cte ad tertiũ modum,quo bona proximi iniuſte tollũ
tur,q̄ vt diximus vſura cõmuni noĩe appellatur, quæ
in noſtra lingua hebræa(vt ſcis)morſus vocatur. Nã

Ad q̄d tenentur raptores & concuſſores.

Vſura uocatur morſus ĩ ligua hebraica.

ſicut

ſicut ſerpens in ſilentio mordens parū ſentitur, vel effe ctus percipitur In principio parum, ſubinde inflatur homo, & illius praui morſus iam effectus diffunditur ꝑ totum corpus, ſic malum vſuræ non ſentitur in principio, ſed in fine totā deuorat rerum ſubſtantiam.

## Quid ſit vſura quæ morſus dicitur. Cap. 27.

SALO. Dic obſeruande pater amore noſtri latius immo latiſſime. Deſyderamus enim huius venenoſi ſerpētis morſus cognoſcere & euitare. DAV. Benedictis fili benedicte. Sed ſi latiſſime de vſura diceremus finis pene operis non reperiretur, ante diem clauſo componeret (vt dicitur) veſper olympo. Sic conabimur ea dicere quibus latiſſimū campū materiæ illius poſſit q̄libet colligere. Et primo ad diffinitionē eius venientes, vt ſacræ leges dicūt, vſura eſt quodcunq; ſolutioni rei mutuatæ accedit ipſius rei gratia vſus. SAL. Clarius ſi libet. DAV. Et clarius diſcam licet ſubiectum noſtri ſermonis magnū ſit. Et ꝑpea eſt conſyderādum, ꝙ vſura nunq̄ cōmittitur niſi interueniente mutuo vero, & expreſſo, vel palliato ſiue interpretato. Nam qn̄ non interuenit mutuū verū vel interpretatum, in illis cōtractibus pōt eſſe iniuſtitia, non autem vſura. Si igitur contractus nō eſt vſurarius, duo principaliter requirūtur. Primo ꝙ talis cōtractus ſit gratuitus & non onerosus ſiue gratuitiuus, hoc eſt ꝙ ſit gratis ſine grauamie illius cui fit, & ideo ad iuſte contrahendū mutuū, oportet ſeruare qualita-

Quid eſt vſura.

tem in numero, pondere, & menſura. Et ideo quotiescunq; aliquis aggrauat proximũ aliquo modo pp mutuum quod fecit ei, & vult aliquid plus ſibi reddi, q̃ dedit, illud quod plus accipit eſt vſura, & contractus eſt vſurarius, ſiue illud quod plus accipit ſit pecunia, ſiue ſit veſtimentum, ſiue ſit res mobilis, ſiue immobilis, dũmodo ſit aliquo modo aliquo præcio æſtimabilis. Et ideo dicitur quodcunq; ad denotandũ q non tm̃ cõmittitur vſura, qñ pp mutuum accipitur pecunia vltra ſortem vel capitale principale, ſed ẽt quicquid ſit illud dicitur eſſe vſura. Et ſic patet quid vſura ſit. Et breuiter & ſatis clare, conuertamur nunc ad ſimoniam.

Quartus modus quo bona aliena iniuſte capiũtur dicitur ſimonia quæ (vt pateat) ſic declaratur, atq; deſcribitur: Simonia non eſt aliud q̃ vẽdere, vel emere, vel alium contractũ non gratuitum facere, pro ſpũalibus habẽdis præcio rei tẽporalis. Quicunq; igitur emit, vel vendit ſpiritualia, vel pertinẽtia ad ſpiritualia præcio rei temporalis, dicitur committere ſimoniam.

Quid eſt ſimonia.

## Ad quid ſimoniaci teneantur. Cap. 28.

SALO. Quid faciendũ eſt ijs, vt à tali culpa liberi fiãt & regna cœlorum capiant. DAV. Dicimus q pecunia recepta per ſimoniã, à receptore retineri non poteſt, nec conferenti debet reſtitui, qm̃ turpiter dedit, ſed pauperibus debet erogari, vel illi eccleſiæ, cuius iniuria data eſt. Et breuiter in oĩ ſimonia, quantum ad beneficia ſimplicia vel curata p

Quid ſimoniaci tenẽtur facere.

ſimoniis recepta, talis recipiẽs perdit fructus, quia nõ pôteſt recipere illos, & receptos tenetur reſtituere, deductis expenſis factis in vtilitatem eccleſiæ, gratia colligendorum fructuum. Et præterea tenetur beneficiũ reſtituere & renunciare.

## Quid ſit ſacrilegium, & quomodo, & quot modis committitur. Cap. 29.

QVintus modus quo bona proximi auferuntur iniuſte, dum in bonis tp̃alibus ꝓximus læditur. Dicitur ſacrilegium quod ſic deſcribitur. Sacrilegiũ eſt ſacræ rei violatio vel vſurpatio & eiꝰ ethimologia eſt qſi ſacræ legis læſio, qñcunq; igitur irreuerẽtia ſiue inhonoratio fit legibus ſacris, quæ ordinant q̃ facienda ſunt ergà ſacra, ſacrilegium committitur, fit aũt aut cõmittitur tribus modis. Si voluerimus ꝓprie loqui. Primo ratione perſonæ, quũ quis perſonam lædit eccleſiaſticã. Secundo ratione loci. ſ. quum eccleſiæ immunitas vel cymiterij violatur. Tertio ratione rei. Et hoc tripliciter fit, vel quum auſertur ſacrum de ſacro, vt cum quis aufert calices, & alia ſacrata de ecelesia aut templo ſacrato. Vel ſecundo modo ſi auferat non ſacrum de ſacro, vt puta rem quæ ſacrata non eſt, de conſecrata eccleſia. Vel tertio modo ſacrum de non ſacro, ſi auferatur videlicet res conſecrata de loco non conſecrato hoc dixiſſe volui, proprie loquẽs de ſacrilegio, etenim improprie multis modis

Quid ẽ ſacrilegium.

Sacrilegiũ cõmittitur tripliciter.

accipi pōt, tñ animaduertendū eſt ꝙ oē pctm̄ à perſona eccleſiaſtica cōmiſſum dicitur materialiter ſacrilegium, & per accidens, formaliter aūt & proprie ſacrilegium eſt, illud pctm̄ quod pſona ſacta ſacra agit cōtra ſanctitatem directe, vt ſi virgo Deo ſacrata fornicetur, & ſimilia. Sacrilegium aūt indirecte dictū & improprie, quum rem eccleſiæ quis indebite vſurpet.

## Ad quid teneantur ſacrilegi, vt à tali macula liberentur. Cap. 30.

Ad qd tenentur ſacrilegi.

SALO. Magnū profecto malum eſt hoc pctm̄, quod contra ſacra committitur, qūo poteſt abſtergi hæc macula ſi cōtra Deum & ſacra? DA. Si in peccatis his tēporalia acceperunt, tenentur ad integram ſatisfactionē, & ad dānū oē & intereſſe inde ſecutum. Qui vero offenderūt quantū ad bona ſpūalia tenētur reducere pſonam illam eodē modo pſuadendo, rogādo, pmittendo, ſicut fecerat inducendo illam ad pctm̄, & vt ſupius dictum eſt, qn̄ hoc non ſufficeret debet per orationes ſuas, & alioꝝ impetratas, pro illa pſona rogare Deum, & per alios pſuaſores efficaciores, dūmodo nō prodāt & manifeſtent peccatū illius occultum, ſecus nec fecerunt nec facient ſuoꝝ peccatorum cōuenientē ſatisfactionē, neq; Deus de potentia ordinata poteſt illis parcere, & hoc ad quintum. Reliquum eſt de ſexto dicere, qūo qs pōt proximum ſuum dānificare in tēporalibus bonis, quæ dicitur dā

ñi cauſatio, hoc eſt cum aliquis cauſa eſt damni rerũ temporalium ſui proximi.

## Quõ & quot modis cõmittitur dãni cauſatio. C.31.

CALO. A te expectamus magno cũ deſyderio hoc audire, quõ et quot modis cõmittatur hoc peccatum. DAV. Innoteſcat oĩbus eſſe cãm dãni proximi multipliciter poſſe intelligi, & hæc ſunt tibi maniſeſtiſſima, ſed q̃a voles dicam qñ vel eſt cã ſupior, hoc eſt p̃cipiendo, ſolent.n. ſuperiores ſuis ĩferioribus præcipere & ſubditis qñq; vt malefaciant. Vel vt pxima ĩmediate auferẽdo. Vel vt coadiuuans, vt ſocius in auferẽdo & dãnificando. Vel vt inducẽs, ſi cõſulit vel fauet tali conſilio, vel fauore, vel adulatione, per quã fit malum & rerũ ablatio & ſine qua non fieret. Vel detinet poſitiue. Vel priuatiue. Vel interp̃tatiue ĩmediate detinet vt.ſ. qñ non facit reſtituere cũ ex officio ei cõpetat. Vel auxilium vel fauorẽ præbẽdo, vt ſi tacet in iudicio req̃ſitus vbi poſſet ſnialiter reſtitui ſuo dño, & tñ dicendo veritatẽ non ĩminet ei periculũ ſtatus vel perſonæ, & breuiter oĩs mali cauſatio, aut rerum ablatio reducitur ad auferre & detinere, & hoc vel vt cauſa principalis, vel pxĩa, aut coadiuuãs ſeu inducens, aut nõ impediẽs, qñ eius ĩpedimentũ eẽt ad bonũ reipublicæ & ſine piculo perſonæ impedire.

Quot modis põt fieri dñii cauſatio.

## An dãnificantes teneantur in æquali gradu ad reſtitutionem. Cap.32.

Digitized by Google

Qui ſunt illi q tenentur & obligãtur in ſolidũ & æquali gradu.

SALO. Videntur iſti oẽs non in æquali gradu dãnificandi, cum videãtur adinuicem multum differre. Nam aliud eſt immediate auferre, aliud eſt perſuadere, & cõſulere, & adulari. DAV. Ideo oẽs iſti in æquali gradu dicuntur eſſe, quia omnes reducũtur ad cõſenſum efficacem, & ideo videtur facere manu propria furtum, & dare tale conſilium, ſiue fauorẽ per quem cõmittitur tale furtum, & ſine quo non cõmitteretur, & ꝑpterea non ſolum qui talia agunt morte digni ſunt, qñ peccatũ debet puniri vita corporali; ſed etiam qui facientibus conſentiunt, veluti ſacræ leges proclamant. Multo magis conſulentes fauentes, et auxiliantes cõſilio, auxilio, & fauore efficaci, digni ſunt eadem pœna, & ideo non intrabunt in montem ſanctum Dei. SALO. quid agendũ? DAV. Tenentur omnes in ſolidum ad omne damnũ, qđ nullus iſtorũ põt à peccato liberari, niſi ab aliquo iſtorum facta ſatisfactione, qua facta tenetur quilibet primo reſtituenti pro rata, aliter nunq̃ ad ſalutẽ ꝑuenient. Quicũq; igitur vitam ſupernã quærit vt habitet in domo Dñi, oportet illam ingredi ſine macula, iuſtitiam operari, veritatem loqui in corde ſuo. Nõ agere dolum in lingua ſua. Nec facere proximo ſuo malum, hoc eſt qđ diximus, quodq; in ſua reuelatione expoſuimus, q nõ fecit proximo ſuo malum, qui nõ offendit corpus, nõ animam, non bona temporalia, neq; proximi ſui bona ſpiritualia. Ecce q̃ arcta eſt via, quæ ducit ad vitã, & ideo quærite dominũ dum inueniri põt, vt Eſaias ait inuocate eum dum prope eſt, derelinquat impius

Ad qđ tenentur dãnificantes.

via m ſuã,& vir iniquus cogitationes ſuas, & reuertat ad dominũ, & miſerebitur eius. Non enim viæ meæ viæ veſtræ,neq; cogitationes meæ cogitatiões veſtræ dicit dñs,ſed ſicut exaltantur cœli à terra, ſic exaltatæ ſunt viæ meæ à vijs veſtris,& cogitationes meæ à cogitationibus veſtris, ſic Deus deducet in illam cœleſtem aulã & in montẽ ſanctũ,in quo habitare poterit.

Pars ſexta de opprobrio euitando, & quomodo & quot modis committi & euitari poteſt.

יְהוָה מִי יָגוּר בְּאָהֳלֶךָ מִי יִשְׁכֹּן בְּהַר קָדְשֶׁךָ הוֹלֵךְ תָּמִים
וּפֹעֵל צֶדֶק ׃ וְדֹבֵר אֱמֶת בִּלְבָבוֹ לֹא רָגַל עַל לְשֹׁנוֹ ׃ לֹא
עָשָׂה לְרֵעֵהוּ רָעָה וְחֶרְפָּה לֹא נָשָׂא עַל קְרֹבוֹ ׃ Hoc eſt

Domine quis habitabit in tabernaculo tuo?aut quis requieſcet in monte ſancto tuo?dicit dñs. Qui ĩgreditur ſine macula.Qui opatur iuſtitiã. Qui loquitur veritatẽ in corde ſuo. Qui nõ egit dolum in lingua ſua.Qui nec fecit proximo ſuo malum. Et addit & opprobriũ non accepit aduerſus proximos ſuos. DAV.Audite verbũ Dñi,audiat qui vult mõtem ſctũm habitare,hoc eſt qđ tu fili deſydera bas audire.Dicit dñs.Qui nõ accepit hoc eſt, qui ne vult qdẽ ĩtelligere,aut voluit opprobriũ.i.iniurias,cõtumelias,ĩproperia,& irriſiones, aduerſus p̃ximũ ſuũ. Non.n.oportet tantũmodo,nos à falſo iudicio cauere cõtra p̃ximum in aĩa noſtra male iudicãdo,ſed etiã cauere opus eſt non audire opprobriũ & cõtumelias

maledicẽtiũ. Videat qlibet & cõſyderet q̃ arctiſſima eſt via quæ ducit ad ſalutem.

### Opus eſt nos præcauere ne mala proximi audiamus. Ca.1.

SALO. Obſtupeſcit quicũq; cupit, aut cogitat ad ſuperos euolare, qñ in eam cogitationẽ deducitur & rõnem, q̃ habenda eſt prius q̃ ad ea loca ꝑueniat, à multis deſyderata, à paucis vero poſſeſſa, non.n.ſufficit nõ male iudicare de proximo in aĩa, nõ detrahere famã eius, nõ offendere aut lædere eũ in corpore, in aĩa, in bonis ſpũalibus, & tẽporalibus, verũetiam oportet ab aliorꝶ peccatis præcauere, vt non ſolum nõ cooperemur, ſed ne male loquẽtes illos audiamus. Propterea velis æquo animo dicere & benigno, à qbus oportet nos ꝑcauere, ne mala & opprobria cõtra ꝓximũ audiamus, vt ꝑ hæc media ad fœlicem patriam quilibet poſſit peruenire. DAV. Dicã fili, & æquo animo vel benigno (vt petis.) Nam multipliciter ſolent homines proximum inhonorare. Aliquando per detractionem. Aliquando per contumeliam. Aliquando per improperia. Aliquando per cõuitia. Aliquando per opprobria, & aliquãdo per deriſionem, & per multos modos alios, quos breuitatis cauſa omittimus.

Quibus modis ꝓximꝰ inhonoratur.

### Quomodo & quot modis tale peccatum contra proximum committitur. Cap.2.

SALO.

SALO. Q̃uo quodlibet iſtorum pōt cōmitti, & ſit vt recte itelligatur, dicas quæſo? nō ne vides ſociũ cubito me pulſitare, vt non verear vel minutiſſima quæꝗ̃ iterrogare? DAV. Hæc oblata nobis materia eſt ꝑfecto ſatis ampla, ſed q̃m ſuperius multa dicta ſunt breuiter pertrãſibimus. Eſtis iam bene memores dictorũ, & propterea iterum illa repetere eſſet ſuperfluum.

Quid ſit detractio.

Detractio benedicte fili eſt alienæ famæ p occulta verba denigratio. Et tunc fit, quum verba occulta dicuntur, q̃m in illius abſentia proferuntur.

Quid ſit contumelia.

Contumelia eſt, quum quis id quod eſt contra honorē alicuius deducit in notitiam eius, & alioꝝ, ſiue per ſigna, ſiue per verba.

Quid ſit conuitium.

Conuitium aũt differt à cõtumelia, q2 conuitium generaliter importat defectum culpæ & pœnæ. Cõtumelia vero ſolum culpæ, vt ſi quis dicat alicui eum eſſe cæcum, aut claudum iniurioſæ, vel alia huiuſmodi, qui re vera cæcus eſt, aut claudus, conuitiũ dicit ſed non contumeliam. Si aũt iniurioſæ dicat eum furem eſſe, non ſolum conuitium infert, ſed et cõtumeliam. Et ſimiliter dico, ꝙ improperium non eſt aliud niſi contra honorē proximi, ſ. aliquem defectũ in conſpectu ſuo, quod idem fit ſi deducat in notitiam aliorum, quum dicit eum eſſe cæcum, claudum, ſurdũ, mutum, & ſimilia. Opprobriũ aũt nõ eſt aliud niſi verbum iniurioſum, aut quum quis iniurioſe loquitur contra proximũ eũ dehonorare intendens.

Quid ſit irriſio.

Irriſio eſt quũ quis malum alicuius, aut defectum vertit in ludum & in riſum, vt erubeſcat & verecundet, & breuiter omne



Digitized by Google

verbum contra proximum aliquo modo iniurioſum præcauere debemus.

## An ſit ſemper peccatũ mortale intelligere malum dictum contra proximum. Cap. 3.

SALO. Eſt ne ſemper peccatum mortale quũ quis audit aliquem loquẽtẽ cõtra proximũ aliquo iſtorum modorũ? Certe ſi ita eſſet videretur ſatis graue, et quaſi onus minime perferendum, & eſſet pene impoſſibile vitam mortalem iſtam pertranſire quod videretur ſatis abſurdum. DAV. Audire verba male loquentium aduerſus proximũ non ſemper ẽ peccatum mortale aliquo iſtorum modorũ. Dicimus tandem ſic ꝙ audiens maledicentes põt peccare tribus ex cauſis, ſi illa iniuria illata ſit peccatum mortale, quæ cõmittitur contra proximum. Pria ſi audiens iniuriam taceat. Secunda ſi placeat. Tertia ſi inducat. Quo ad primã dico ꝙ audiens malum de proximo & tacens põt peccare mortaliter pp̄ tria. Primo ſi illi incumbit ex officio ſiue gradu aliquo corrigere male loquentẽ, & tñ nõ facit, nec oñdit maledicẽti illud ſibi diſplicere, quod de proxĩo dicitur. Et ppẽa prælati, magiſtri, & ſuperiores, & patres oẽs mortaliter peccant, qñ tacent, nam ex officio non licet tacere, ſed redarguere. Dico & ſecũdo pp̄ aliquod periculum qđ ex illa oblocutione ſequi põt, tunc non debet tacere. Nam vt aiunt ſacræ leges non caret ſcrupulo conceſſionis occultæ, qui manifeſto facinori deſinit obuiare.

Trib' modis ſiue cauſis audiẽs malum de pximo põt peccare mortaliter.

Tertio, pp radicẽ. Nam timor humanus, quãq; põt eſſe peccatum mortale .ſ. qñ per illum dimitteret aliqd agere vel corrigere, quod eſſet contra Dei præcepta, & tenetur ex officio corrigere delinquentẽ. Quo ad ſecundam cauſam dicimus, ꝙ põt peccare mortaliter audiens male loquẽtem, ſi placeat & delectet illum audire pp odium illius de quo male dicit. Et ſæpius magis peccat audiẽs, q̃ male dicẽns, qñ forte magis delectatur audiens, q̃ loquens, & per conſequens maius peccatum. Quo ad tertiam cauſam. Et ſciẽdũ quoq; ꝙ audiens peccat, ſi maledicentem inducat ad maledicendum de ꝓximo, & magis peccat qñ talis inductio ex malignitate procedit, & cauſa eſt illius maledictionis, & hic equidem coram Deo reddet rationem de omnibus malis quæ inde ſequuntur. Omnes igitur hi q male loqntes audiũt mortaliter peccant, quocunq; iſtorum modoꝝ, ſi id quod audiunt peccatum ſit mortale. Si autẽ non ſit mortale, vel ꝙ ſibi diſpliceat illud audire, ſeu arguat male dicentem, aut non inducit, & tunc aufugere non põt quin audiat vt ſæpe cõtingit, non eſt dicendum eſſe peccatum mortale.

Qñ excuſantur à peccato mortali audientes malum de proximo.

## An poſſimꝰ ĩtelligere maleloquos ſine peccato. C. 4.

SALO. Nonne poſſimus audire huiuſmodi maleloquos, ſeu maledicentes & non peccare? Nã hoc ſatis durum videtur hoĩes cogi ad peccandum ex patulis auribꝰ. DAV. Poterit qlibet audiens nõ peccare, ſi documẽta mea obſer



Digitized by Google

Q͠ão pôt homo audir male loq̃ntes & non peccare.

uauerit. Primũ.n. documentũ erit diſcreta reprehẽſio.
Debet enim maleloquentẽ,& contra ꝓximum diſcrete auditor reprehẽdere. Et dicere quieſcas amice, ego in iis quæ grauiora ſunt quotidie deliquo, quo igitur illum dãnare poſſum,& hoc medicamẽto ſe & illum curare poterit. SALO. Quid faciẽdum ſi plæroſq; inuenerimus non patiẽtes monitionẽ et efficerẽtur inimici mei,& à maledicẽdo non deſiſterent? DAV. Cũ huiuſmodi hominibus deſiſtendum eſt à reprehenſione. Sed vtendum tali documento, quod dicitur charitatiua excuſatio, poteris enim excuſare illã pſonam, et dicere malũ hoc nõ feciſſe, & ipm male dicentẽ male instructum aut informatũ eſſe, vel dicas illum non habuiſſe intentionẽ male faciendi, vel q̃a malum nõ cognouit quod nõ feciſſet, ſi iam cognouiſſet, vel ſi fecerit, poteris dicere eum ex ſurreptione feciſſe, atq; immediate eum pœnituiſſe. SAL. Sunt & aliqui vſq; adeo maleuoli, qui quãto magis reprehendunt, aut pſonæ illæ excuſantur aduerſus quas loquunt, tãto magis ad dicẽdum excitãtur & aggrauant delicta ꝓximi. DAVID. Tunc capias documẽtum, quod dicitur cauta elõgatio, abeas & recedas à cõſpectu illoꝝ. Et dicas in pluribus te ĩpeditum nõ poſſe vlterius cũ illo perſiſtere. Et ſic ſeruabis aĩam tuã, nõne fili recordaris q͛d dixeris? detrahẽtia labia procul ſint à te. SALO. accidit ſæpius vt nec reprehẽdere, nec excuſare, nec fugere maledicos poſſimus, q̃a fortaſſe nõ licebit illos derelinquere. DAV. Tunc confugias ad documẽtum q͛d dicitur cõtriſtatio, oſtẽdas vultũ triſtem, vt cognoſcas tibi diſplicere audita, nemo libenter recitat nõ li-

Digitized by Google

benter audienti. Declina vultū tuum triſtē, caput cōfri-
ca, & ſæpius expue. Tunc exiccabūtur labia maledi-
centis, & vultus expalleſcet, & voluntas maledicendi
deficiet. Nōne memor es dicti tui, & bene dicti, vētus
aqlo diſſipat pluuias, & facies triſtis linguam detrahē-
tem. SALO. Memini inuēniſſe maleloquos & ꝓxi-
mo detrahentes, qui nullo dictorū modorū pñt a ma-
ledictis contineri, ſed magis ad malè dicendū incitan-
tur. Et in male dictis perſeuerant. DAV. Tunc firma
ſtabilitate eſt vtendū, hoc eſt nō de facili credas, ſis q̄ſi
corde tuo marmoreus, nec leuis ad credēdum, grauis
ad mouēdum, ſapientis. n. eſt oculis & manibus firma-
re aliquid, prius q̄ꝫ credat, & ideo nemo credat hæc, q̄
labia detrahentia ꝓferunt. Et accipiat qlibet hoc do
cumentum, & meminerit forte, de ſe multa q̄nq̄ꝫ dici &
dicta fuiſſe, quæ falſa fuerant. Et multo maiora, ſic de
alijs dici poſſe in quocunq̄ꝫ caſu dicant & de alio re-
citent. SALO. Q nq̄ꝫ contingit de ꝓxīo aliqd mali
in medium afferri, qd̄ nullo modo negari aut excuſa-
ri poteſt, qd̄ faciendum cēſes? DAV. Compatere illi
pſonæ q̄ peccauit, & cuius pctm̄ eſt manifeſtum, nec
ppea debes illā vilipendere, ſed ora pro ea, & adiuua
conſilio, monitione honeſta, vt ſe emendet. Namq̄ꝫ ſi
tenemur proximo cōpati & auxiliari in ijs quæ ſunt
corporis, multo magis in ijs q̄ ſunt animæ. Nam ſi qs
ex alto ceciderit, nōne expectat auxilium in neceſſita-
tibus ſuis? quod eqdem tenemur præſtare, & ſi ſpiritua-
liter ceciderit cur debemus ipm̄ derelinquere, nōne debe-
mus adiuuare? vt ex baratro ſurgat quod maius peri-
culum eſt, maiusq̄; damnum, q̄ꝫ ipſius corporis, eſtote ſi-

Digitized by Google

lij mei cōpatientes & fraternitatis amatores. Sed heu quia charitas mortua eſt, veh cadenti, quia non eſt qui eleuet aut extollat, quapropter capite hoc documentum, ſi quando audiueris tui proximi bonum opus gaude & lætare, & deo gratias age, qui illud pximo cōceſſerit, ſi vero malum & pctm̄, aut aliqđ ſcelus de illo dictum audiueris, tunc examina te ipſum & pſcrutare ſingula cordis tui, ſi qđ cōmiſeris quod adhuc nō ſit manifeſtum, referas Deo gratias, ſi non cōmiſeris maiores reddas illi gratias, qui te cadere non pmiſit. Quicunq; igitur voluerit ſanctum mōtem habitare hæc obſeruet, quæ dixit dominus, & opprobrium non accipiat aduerſus proximum ſuum.

## Pars ſeptima de vilitate ſuijpſius, & quæ ſunt quæ hominem ad hoc inducunt.

יהוה מי יגור באהלך מי ישכן בהר קדשך הולך תמים ופעל
צדק ודבר אמת בלבבו לא רגל על לשנו לא עשה לרעהו
Hoc eſt רעה וחרפה לא נשא על קרבו נבזה בעיניו נמאס



Omine quis habitabit in tabernaculo tuo? aut quis requeſcet in monte ſancto tuo? dicit dñs. Qui īgreditur ſine macula, ōpatur iuſtitiā, loquitur veritatem in corde ſuo, nō egit dolum in lingua ſua, nec fecit proximo ſuo malū, & opprobriū non accepit aduerſus proximos ſuos. Et vilis reputatur in oculis ſuis, & abominatur ſeipſum. Audite optimi viri, audite filij Dei, quid addat in reuelatiōe ſua al

tiſſimus & æternus Deus. Et qui vilis reputatur i ocu-
lis ſuis: Et abominatur ſeipſum, non enim eſt ſatis ſer-
uare prædicta. Hoc eſt aduerſus ꝓximos ſuos oppro
brium non accipere, & contumelias & improperia il
lorum non audire, nec dolum per detractione aliquo
modo admittere, & veritatem in corde ſuo loqui, nec
temerarie iudicare, & iuſtitiam quácunq; ſeruare, & ſi-
ne macula cuiuſlibet, vel origialis, vel mortalis, vel ve
nialis eſſe, quæ repetere ſapienti viro eſt ſuperuacaneũ
ibi pſertim. Sed oportet reputari ſe vilem in oculis
ſuis ex profunda humilitate. Quicunq; igitur aulã in-
gredi ſupernam deſyderat, ſeipſum humillimũ ex ma
gna humilitate reputet, hec eſt volũtas dñi Dei noſtri
patrum noſtrorũ Abraam, Iſac, & Iacob.

## Quæ hoiem ad ſupbiam inducere videtur. Cap. d.

VALO. Et quis erit tantæ perfectionis
aut integritatis & circumſpectionis, vt
vilem ſe faciat, vilem teneat, ſeipſum
odio habeat? nemo equidem videtur in
fragilitate humana, immo oppoſitũ te-
nere, quando naturæ bona conſydero & cognoſco,
Deũ creaſſe hominẽ in tanta dignitate & eminentia,
vt quodámodo oium creaturarũ ſit finis & cõplemen
tum. Nõne tu obſeruande pater ore ꝓphetico dixiſti.
Omnia ſubiecisti ſub pedibus eius oues & boues vni-
uerſas inſuper & pecora cãpi, volucres cœli, & piſces
maris, qui perambulãt ſemitas maris. Addendum vi-
detur quod Deus æternus non ſolũ nos ſuper omnes

creaturas conſtituit, ſed quod admirabilius eſt ad imaginẽ & ſimilitudinẽ ſuam nos fecit. Veluti textus hebraicus noſter manifeſte ſignificat. Gen. i. cap. dũ hæc conſydero, ad altitudinem & præſtantiã me ducere videntur. Et licet angeli quantũ ad eſſe naturæ, ſint digniores & nobiliores, tñ quo ad eſſe gratiæ, nos ſum' in ſublimiori gradu cõſtituti & exaltati. Et quod magis ad noſtram cuſtodiã ſunt conſtituti, vt tu quãdoq̃ dixiſti in pſalmo. Angelis ſuis Deus mãdauit de te, vt cuſtodiant te in omnibus vijs tuis. Ex hoc igitur capite, hiſq; rationibus & authoritatibus cogor me magis exaltare q̃ʒ humilẽ reddere. Q đ ſi bona fortunæ reſpicio, q̃bus æternus deus hoĩes ditauit, & non paucis, ſed maximis, multo magis inflatur anima mea & extumeſcit, fecit. n. me regem Hieroſolymorum, quæ hodie ſuper terram apud nos obtinent principatũ, video me ab oĩbus venerari, & in magna æſtimatione haberi. Si ad ſapientiã me cõuerto. Video me ſapiẽtia prædiuitem et ornatũ, ad quã audiendã veniunt ex termino orbis terrarum. Si ad nobilitatem reſpexero, tu pater noſti noſtros pgenitores & auos & proauos, taceõ de pulchritudĩe, decore, cæteris bonis, tã naturæ, q̃ʒ aliarũ rerũ quas breuitatis cauſa omitto. Et ſi mundum, ſenſualitatem, & ſocietatem conſydero, hæc oĩa ad ſuperbiã magis prouocant & inuitant, q̃ʒ me viliſſimũ exiſtimare debeam, quõ igitur vult Deus, vt me ipſum vilificẽ, ſpernam, et odio habeam? DAV. Non ſine affectu mentis dilecte fili cõſyderauimus q̃ te potius ad ſupbiam aut exaltationẽ (quod abſit) incitent & moueant? Non enim hæc cadere pñt in ſapiente,

tandem

tandem quia voluiſti alioꝝ perſonam ſumere, & cauſas recitare quibus hoïes ſuperbire & inflari poſſunt. Aduerte & aduertāt alij eaſdem cauſas eſſe non ſupbiendi,(vt ita loquar)aut inflandi ſed te humiliandi ꝓpter Deum. Certum eſt enim ꝙ quāto magis recipit aliquis & dona & munera maiora à ſuo datore,tanto magis humiliari debet & illius voluntati prōptiſſime obedire. Igitur ſi Deus ex ſua mera bonitate tā in bonis naturæ q̄ȝ fortunæ te ditauit,& ſuper multas & q̄ſi cunctas creaturas te ſublimauit,tāto magis illius amore debes humiliari & inter cuncta viliſſimū te reputare,magis enim obligaris,quia maiora accepiſti. Sed ſi volueris ſcire vt noui. Nam hac de cauſa voluiſti illa addere. Quid faciendum vobis eſt vt vileſcere & quaſi pro nihilo ob humilitatem reputari valeatis, præter ea quæ dixi quibus humiliari debet homo, Multæ ēt ſunt cauſæ quæ ad hoc hominē inducere habeāt. Sed potiſſimum ſi tria reſpiciamus.

Que ſunt cāe quæ inducūt hoïem ad humilitatem.

## Quæ ſunt quæ hoïem ad humilitatē inducunt. Ca. 2.

PRima cauſa reſpicienda eſt ex parte venientis. Secunda cauſa eſt ex parte permanentis. Tertia & vltima ex parte recedentis. Prima cauſa eſt ex parte venientis. Dic quæſo fili benedicte. Vnde venis? SALO. De vtero matris meæ de loco ſcili cet miſerabili. DAV. Quid tecū portaſti. SALO. Mi pater tria. Primo materiam viliſſimam. Secundo culpam damnatiſſimā. Tertio pœnam ve-

riſſimã. Primo materiã viliſſimã mecum duxi, etenim inter cætera elementa terra viliſſima eſt, & in homine maxima pars terra eſt. Nam alia elementa minus habent in eo. DAV. q̃ ſapientiſſime reſpondiſti, nec mirum voluit benignus Deus te ſapientia decorare. Noluit igitur Deus facere hominẽ ex aqua ne foret lubricus. Non de aere ne foret ſuperbus. Non de igne ne foret auarus, ſed de terra viliſſima factus eſt ne ſuperbiret, ideo Deus voluit formare hominẽ (vt eſt textꝰ noſter) faciamus hominẽ &c. Et infra formauit Deꝰ hominẽ de limo, ſiue fimo, ſiue puluere terræ. Et ꝑpea tu fili hæc conſyderans bene dixiſti. Quid ſuperbis terra & cinis? Nõ ſic fecit multas creaturas. Planetas.n. & ſtellas fecit ex igne pricipaliter. Et ꝑtim ex aqua. Vnde in noſtra lingua hebraica cœli vocantur ſcammaim, ex ſcem, qđ eſt ignis, & maim, quod eſt aqua quia cõpoſiti ſunt ex igne & aqua, ſed ventos fecit ex aere, piſces & volucres ex aqua, ſed hoĩes et iumẽta fecit ex terra, quia licet ſint ex quatuor elementis, illis tñ terra prædominatur. O ſuperbia mundi, ò deteſtanda mortalium ignorantia, ò turpis exaltatio, & malæ mentis cogitatio, non habet fili vnde poſſit extolli, ſi hæc tria conſyderauerit homo. Primo ſuorum pricipiorum turpem immunditiam, immunditiã. ſ. patris et matris, qui contaminati & corrupti te cõtaminatum & corruptum genuerunt. Bene Iob propheta. Quis põt facere mundũ de immundo conceptum ſemine? hoc audias fili, hoc audiat quilibet, qui carnẽ ſuã alijs præcioſiorem exiſtimat. Nam tanto magis fetida & corruptibilis, quanto magis delicate nutrita. Secũdo

Digitized by Google

vt amoueatur cauſa ſuperbiẽdi. Dic mihi in vtero matris ſuæ homo quid comedit. Et dicas libenter, ſatis enim polles ſapientia.

## Quo homo in vtero matris nutritur. Cap. 3.

CALO. Sanguine menſtruo ĩmundiſſimo ĩ vtero matris ſuæ nutritur homo. Nã ꝓpterea retinet ſanguinẽ mẽſtruũ ad educationẽ prolis, & quid eſt aliud niſi ſanguis non purus, q̃ virili ſpermate admiſtus fit cibus prolis. DAV. Optime fili, ecce q̃ꝫ vile eſt illud abiectũ & abominabile quod in vtero matris homo habuit, quod eſt tãtæ calamitatis & imperfectionis quantã dicere nollem. Nã ſanguine mẽſtruato contactæ fruges non germinãt, muſce moriũtur, herbæ fructus amittunt, & flores, ferrũ fit rubiginoſum, nigreſcunt metalla, & æra confundũtur, quod ſi canis cõmederet conuertitur in rabiẽ, hic certe fuit cibus tuus o iuuenis delicate & nobilis, hic cib⁹ eſt cõis pauperi & diuiti, nobili & ignobili, vñ ergo ſuperbis.

Proprietates ſanguinis mẽſtruati.

## Quomodo homo ingredit̃ in hunc mundũ. Cap. 4.

TErtio conſyderandũ eſt, qũo veniſti. Nam nulli dubiũ eſt oẽs pueros flentes in mũdum aduenire, & in illo apparere tacite ſignificantes ad locum & vallem lachrymaꝝ & miſeriæ peruenire, cuius principium eſt planctus & dolor. Nondũ



Digitized by Google

loqtur puer & plorat, qd ſunt aliud lachrymæ niſi teſtes miſeriæ? licet ſolus Zoroaſtes natus ridens legatur, quod ſignũ & prodigium fuerat futurorũ, fuit.n. inuentor magicarũ artium. Nunc ad tertium qd tecũ portaſti culpã dãnatiſſimam. Quid eſt homo vt ſupbire audeat, naſcitur infœlix hõ dãnatus, & filius iræ, q ſi in peccato mortali moriat̃ pateretur pœnam dãni, licet nõ ſenſus. Erat vt bene nouiſti hoĩs ſors, cũ plæbe angelorũ & militia cœleſti, ſed quia pctm̃ contraxit, ſuam ſimilitudinẽ mutauit & gloriam in ſimilitudinem vituli comedentis fœnũ, ppea in me locutus eſt ſpiritus in pſalmo. Homo cum in honore eſſet nõ intellexit cõparatus ẽ iumẽtis inſipientibus et ſimilis factus eſt illis. Eſt pfecto durũ cogitare, ſi homo factus eſt ad vitam & fœlicitatẽ, naſcendo primo contrahat mortem & infœlicitatẽ, quod ex tribus bene põt oſtẽdi. Primo ex mortis dolore. Secũdo ex ſui ignoratione. Tertio ex mẽtis alienatione. Primo maternus dolor oñdit culpã contractã, qui dolor qualis ſit & quãtus, dicant quæ filios parturierũt. Secũdo ignoratione, quia naſcitur homo ignorãtiſſimus. Pullus.n. nat⁹ cognoſcit matrem ſuã, ſed puer aut ĩfans minime, ſed oẽs appellat patres & matres. Pullus diſcernit cibũ ſibi conuenientẽ, & quũ frigeſcit quærit alis maternis foueri, quũq; videt miluũ fugit ad vocẽ matris. Puer vero neſcit, niſi vagire neq; aquã neq; ignem nouit fugere, vocem matris non intelligit. Ecce quanta ignorantia plenus ad vitam ducitur homo, & qd ſecũ portauit. Tertio ex mentis alienatione, quæ eqdem oſtendit culpã. Mens.n. noſtra nunq̃ quieſcit ſemp vagat̃,

Quid homo naſcẽdo ſecũ portat.

Digitized by Google

& eſt ſemp ad malum intenta. Et ideo deus noſter in noſtra lege dixit. Et cūcta cogitatio hois intēta eſſet ad malū omni tpe, pœnituit eum hoīem feciſſe. Et ꝓpterea q̄nq; tu dixiſti. Peruerſæ cogitatiōes ſeperant nos à Deo. Quis igit narrare pōt illuſiones fantaſticas à diabolo īmiſſas? & à nobis ipſis in mētibus noſtris, tot cōcupiſcentias, tot turpitudines, tot īmunditias quas pudet nec decet ꝓferre, ne audientium maieſtas lædatur, qd referā iudicia falſa, ſuſpitiones, & ambitiones q̄ hominū mentes exaſperāt & cruciant, ſpiritꝰ enim aduerſus carnē, & caro aduerſus ſpiritū ſemper inſurgit, vt nō quæcūq; hoīes volunt illa faciant, ò īmortalis & æterne Deus, vere homo abiſſus eſt tenebroſa, terra miſeriæ, filius iræ, vas cōtumelioſum, genitus in īmunditia, viuens in miſerijs, moriēs in anguſtijs. Quid fecit homo tibi dn̄e, qui anteq̄ꝫ naſcat factus ſit inimicus tuus, & illum oderis, ò miſeranda cæcitas, ò deteſtabilis fatuitas, ò dānatiſſima mortalium ignorātia. Qn̄ tu benedicte fili hois infœlicitatē cogitaſti? fortaſſis nunq̄ꝫ, ſed cū in eam cogitationē deueneris, certe te humiliabis, te vilem & deſpectum in oculis tuis reputabis. Tertio qd in hunc mundū portaſti? SALO. Pœnam veriſſimā ex contracta culpa. DAV. Optime r̄ndiſti. Et hanc ob cām ſpiritus ſanctus per hoc inſtrumentū in pſalmo dixit. Ecce in iniquitatibus cōceptus ſum, & in peccatis concepit me mater mea. Ex hac etenim culpa tres pœnalitates ſequunt. Prima magna pauptas. Secūda dura infirmitas. Tertia crudelis ſeruitus aut ſeruilitas. Prima pœna eſt magna pauptas, quæ maxime repitur in homi-

Quid hō naſcēdo ſecum portat.

ne,qui à principio ſuæ natiuitatis eſt nudus, vnde Iob ꝓpheta. Nudus egreſſus ſum de vtero matris meæ,nu dus reuertar illuc. Si cōſyderare voluerimus miſerias noſtras,cauſas habebimus humiliãdi nos ipſos efficacisſimas. Cæteris animãtibus varia tegmenta natura præbuit,teſtam,cortices,coria,pilos,plumas, pennas, vellera,aut lanas,qb⁹ & à frigore & caumate tuta exiſtunt,hoīem vero nudum, & in nuda humo natali die proiici voluit,ad vagitus,& ploratus,nullum.n.aliud animalium ad lachrymas & luctus in principio vitæ dedit natura ꝑter hoīem,vide q̃ȝ magna eſt hoīs miſeria,& cauſa humiliandi ſeipſum, omnia irrationabilia hñt loca ꝓpria,volucres cœli nidos,vulpes foueas,ſolus homo in alienis tectis naſcitur. Secunda pœnalitas quã homo ex culpa ſolet in vita habere, eſt dura infirmitas,cui ſubiectus maxime apparet, vix enim finiuntur lãguores vnius infirmitatis, & ecce alij ſuperueniunt. Et ꝓpterea bene Iob. Homo natus de muliere breui viuens tp̃e repletus multis miſerijs. Tertia pœnalitas cōtracta eſt crudelis ſeruilitas aut ſeruitus, quã ſi conſyderaret hō,& ſe paruipenderet & humiliaret, factus etenim fuerat homo omniũ creaturarum dñs, vt recte recitaſti in obiectionibus tuis. Oīa ſubieciſti ſub pedibus eius, q eqdé inaudita bona,& priuilegia à ſuo conditore accepit,ſed inobediens factus eſt omnium creaturarum ſeruus. Quid dicam tædet me ea dicere, quæ per inobedientiam & culpam homo incurrit,cœlum tibi clauſit,ītellectũ obſcurauit, īgeniũ hebetauit,hereditate priuauit,iuſtitiã originalē amittere fecit,genus humanũ originali culpa fœdauit,mors

Quid homo per peccatum incurrit.

Digitized by Google

ti te tradidit,& ad inferna te deputauit,qbus factus eſt homo infœlix ex dño ſeruus,ex ſpirituali carnalis, ex domeſtico dñi hoſtis crudelis,ex libero obligatus,de puro infectus,ex ciui cœleſti accola mundi,ex ſano infirmus,de virtuoſo vitioſus,de innoxio noxius, & demū de hoĩe belua, conſydera aliquantulū quanta eſt miſeria hominis & infœlicitas,quot & qntæ ſunt cauſæ nos ipſos humiliandi.Secūda & principalis humanæ miſeriæ cauſa quæ hominē ad ſe humiliandum & paruipendendum adducit, eſt ex parte permanentis, ſcilicet hominis in hoc mundo.

## Vbi eſt homo. Cap.5.

Hic obſecro fili vbi ē homo?aut vbi es? Si recte reſpōdere volueris opus erit dicere. Primo in labore. Secundo in magno infortunio.Tertio in deſperato deſyderio.Prĩo in labore ꝓpea exclamat Iob.Homo naſcitur ad laborē, & in lege noſtra maledicta terra in opere tuo,in laboribus comædes,ex cunctis diebus vitæ tuæ. Et ſequitur in ſudore vultus tui veſceris pane tuo,donec vertaris in terram, ex qua ſumptus es,quia cinis es,& in cinerem conuerteris.Et quid mirum?cum in oĩ ſtatu hominis, & qualitate rerum experiētiam videamus,labores eſſe intollerabiles.Vnde inter cætera ſex ſtatus hominis īuenio plenos erumnis & laboribus multis.Primus eſt ſtatus pauperum,cruciantur enim penuria,fame,ſiti,frigore, contemnūtur,erubeſcūt,miſerabilis conditio mendicā

Sex ſtatus hominū erūnis pleni de qbꝰ nota.

Digitized by Google

tis, q ſi petat pudore confunditur, ſi nō petat egeſtate cōſumitur, & vt mendicet neceſſitate compellitur, amici pauperis receſſerunt, Lazarus mendicus & vlceribus plenus & iacens ab omnibus derelinquitur, ita vt ſameſcenti de micis nihil daretur, nota eſt igitur miſeria hominis ex ſtatu paupertatis. Secundus ſtatus diuitum eſt, & miſerabilior, eleuant enim ſe in ſuperbiam, & perdunt intellectum, & velut beſtiæ voluptatibus ſe tradunt, & fiunt immiſericordes. Tertius ſtatus eſt ſeruorum, quorum vita tota eſt in labore, quid infœlici? dici pōt ridere compellitur ſeruus, qn̄ plangēdum fuerat, & plangere qn̄ ridendum. Quartus eſt filiorum, q ſemp ſub ferula ſunt parentū, & ſuorum præceptorū. Quintus ſtatus eſt continentiū, q eſt maxime laborioſus, qn̄ ſpiritus aduerſus carnem, & caro aduerſus ſpiritū concupiſcit. Sextus eſt cōiugatoꝝ, in quo non extat afflictio minor, vt legitur de ſapiente, qui ſemel à principe magno interrogatus, vt ſui amore voluiſſet quæſitis qbuſdā reſpondere, à quo primum interrogauit cum quibus ſocijs eſt homo in vita? Reſpondit ſapiens ille, ſeptem eſſe ſocios hominis, qui aſſidue eum perturbant, fames, ſitis, calor, frigus, laſſitudo, infirmitas, & mors. Secundo loco interrogauit. Vbi nam eſt homo? Reſpondit in bello multiplici, habet enim intra ſe bellum mordacis conſcientiæ, in ꝓprio corpore, bellum quatuor elementoꝝ inter ſe pugnantiū, ꝓpter quatuor ſuas contrarias qualitates, habet & bellum rerum concupiſcibilium, & diabolicæ tentationis. Tertio interrogatus ſapiens qūo in vita ſe habet homo. Reſpondit vt lucerna ad ventum, quæ cito extinguitur,

Cū quibus ſocijs eſt homo i hoc mūdo.

Vbi eſt hō in hoc mundo.

Qūo ī uita ſe habet hō.

& ſcintilla

& ſcintilla in mari quæ citius ab vndis abſorbitur, et vt fumus q citiſſime diffunditur in aere, & penitus nō videtur. Quarto interrogati cui ſimilis homo fuiſſet, bene reſpondit aceruo niuis qui calore modico in aquā reſoluitur, ex qua educta fuerat, & in glaciem cōpacta, ſic homo ex putredine genitus modica infirmitate in putredinem reuertitur. Similis eſt roſæ, quæ cito defloreſcit. Similis pomo quod pariter marceſcit.

Cui homo aſſimilatur.

Quinto interrogatus quid eſt hō ſapiens dixit. Mancipium mortis, hoſpes loci, viator tranſiens. Et non immerito mancipium, non .n. poteſt euadere man⁹ mortis. Hoſpes loci, qn̄ cū gaudio ſuſcipitur & obliuioni cito traditur. Viator tranſiens merito appellatur, qn̄ & dormiens, & vigilans, ambulans, aut ſedens, vel qd aliud faciens ſemp eſt ad mortē ipſam tēdens. Quid eſt igitur bone fili, ꝙ homini ꝓdeſſe poſſit? vel in diuitijs? vel delitijs? quid ſedere in regni ſolio? in iuuentute florere? pulchritudine lætari? aut quibus vis tꝑalibus bonis perfrui? ſi tam citiſſime hominis vita euaneſcit? ò vita nō vita, ſed mors, vita fallax, vita caduca, triſtis, debilis, vmbratica, q̄ velut flos nudus & paruulus exareſcit, quæ vita priuas illos, q tibi adhærēt, quæ quanto magis creſcis, tanto magis decreſcis, quāto magis antecedis, tanto magis recedis, & morti appropinqs, vita plena laqueis, qbus vniuerſum mundū capis & ligas, quot ſunt q pp te pœnas ſuſtinent æternas, fœlix ille benedicte fili fœlix, q fallacias et deceptiones vitæ cognoſcit, fœlicior q illius blanditias contemnit, fœliciſſimus q inter oīa ſeipſum, & pro nihilo habet, & in oculis ſuis vilem ſe facit & reddit. Tertia & principa-

Quid eſt hō.



Digitized by Google

lis eſt cauſa, qua ad humiliãdum hoīem & ſeipſum vilem & humilem reputãdum ducit, eſt ex parte recedētis. Etenim ſi recte conſyderet homo, ex q̄bus in extrema vitæ hora recedat, iam bene dicet ſe à parentibus recedere, ab amicis & fratribus à q̄bus tãto durior ſolet eſſe receſſus, quanto chariores fuerant à q̄bus recedit. Accidit ēt homini receſſus à diuitijs quas tãto labore fuerat adeptus, à q̄bus non niſi magno cum dolore ſolet eſſe tranſitus, cum præſertim illarum auxilijs nullo modo poteſt eſſe tutus, recedit ab oblectationibus & à mundi nitore & corporis ſplendore, accedit ad ſepulchri latebras, & corporis ſolutionē, vt vermiū fiat cibus q̄ tã laute fuerat educatꝰ, vbi grauis fiat odor & moleſtiſſimus fetor, qui fuerat in vita circunſpectiſſimus, & ſibi charis dilectiſſimus, vnde nullus fuit q̄nq; reuerſus, quid prodeſt homini nobilitas? quid diuitiæ? q̄d regna? ſi huiuſmodi omnia vitæ miſeriam & hominis infœlicitatem nullatenus poterūt adiuuare? Quibus iam ſatis conſtat vel rationibus vel cauſis, hominem debere ſe viliſſimū in vita habere, & deſpectum ante oculos ſuos ponere.

A quibus homo in morte recedit.

## Quomodo homo poſſit odere ſeipſum. Cap. 6.

SALO. Manifeſtæ ſunt cauſæ claræ diſtinctæ & rationes, q̄bus homo ducitur ad ſuiipſius contemptū, ſpernēdum ſe & humiliãdum, q̄bus ſic & formatis bene & recitatis de facili crederet, ſic eſſe, vt verba dictant & rationes, verumtn̄ durū eſt & per

difficile id fieri, vt homo ſeipſum habeat contemptũ, cum maxima ſit vnio inter corpus & animã ipſam, & quanto magis aliqua ſunt, vnita aut coniuncta, tanto magis ſe diligunt. Nam vnitas dilectiõis eſt fundamẽtũ, itaq; non video quomodo poſſit homo à ſeipſo abhorreri & odio haberi. Dic rogo & obſecro qũo ad mei ipſius odium peruenire poſſim, & tãtam humilitatẽ, vt ſummi dei voluntatem poſſim adĩplere, & q li bet q nos audit. DAV. Audiui quanta duceris admiratione, & q̃ durũ videatur hoc fieri poſſe, nec miror qñ hæc eſt vltima hominis perfectio, quam qdem niſi diuĩo munere acqrere nemo poteſt, hoc etenim odiũ & ſuiipſius horror in homine cauſa eſt, & cuſtodiẽdi & ſeruandi animam, vt ad mõtem ſanctum facilius peruenire poſſit, ò q̃ fœlix erit, & per beatus, qui ad hanc perfectionem qñq; peruenerit, qm̃ omne aurum in illius comparatione arena eſt exigua, & tanq̃ lutũ æſtimabitur argentum in conſpectu illius, verumtñ oportet triplici gratia illuſtrari, priuſq̃ ad perfectionem tantam aliquis peruenire poſſit, quam tibi facio notiſſimam. Prima gratia illuſtrans dicitur. Secunda dicitur inflammans. Tertia & vltima fortificans. Prima quam oportet habere, gratia dicitur illuſtrans, quæ quidẽ tria facit in aĩa. Primo cauſat cognitionẽ ſui. Secũdo cognitionẽ culpæ. Tertio cognitionẽ diuiñæ iuſtitiæ. Prima cognitione cognoſcit homo ſe creaturã Dei eſſe, & ad illius imaginẽ factã, & ad Dei fruitionẽ ordinatam, q̃ pfecto vltima merces noſtra eſt et beatitudo, hæc oĩno eſt primus gradus aſcẽdendi in cœlum. Nam fruſtra mentis oculos ad vidẽdũ Deum

Nota de triplici gratia.

Prima gratia tria cauſat in anima nr̃a.

Primus gradus aſcendendi in cœlũ eſt cognitio ſui.



Digitized by Google

dirigit, q ſeipſum nondũ eſt idoneus ad cognoſcẽdũ oportet.n.pri⁹. cognoſcere tui ipſius iuiſibilia, ad hoc vt poſſis idoneus eſſe ad inuiſibilia Dei cognoſcẽda. Namq; ſi ſeip̃m cognoſcere hõ nõ poteſt, q̃ ſupra ſe ſunt, apprehendere nõ preſumat, principiũ & principale vehiculũ ad videndũ Deum, eſt dum rõnalis aĩa ſeipſam intuetur & cognoſcit, melius.n.eſt ſeip̃m cognoſcere, q̃ ſe neglecto ſiderũ curſus, herbarũ ꝓprietates, hoĩum cõplexiones, aĩalium naturas, naturaliũ & ſupnaturalium ſcĩas habere, multa multi ſciunt, aut ſcire fatẽtur, q nihil ſciunt, ſi ſeipſos non cognoſcunt, hæc eſt optĩa philoſophia, hæc eſt fili benedicte, via, qua homo poſſit ſeipſum odio habere, & deo gratus eſſe, hic eſt primus aſcendẽdi in cœlum gradus. Secũdus effectus ĩ aĩa noſtra genitus ab illa gratia illuſtrãte dicitur cognitio culpæ. Quum.n. homo in ſuiipſius cognitionem deducitur, facilius ad ſuæ culpæ & ſuoꝝ peccatoꝝ cognitionẽ peruenit. Animaduertit illico ſuam ingratitudinẽ beneficijs à ſummo conditore acceptis non rñdentem. Nam præter creationis munus ſi homo fortis eſt, formoſus & ſanus, ſi diues, & diuitijs locupletiſſimus, ſi rex, ſi magnus, princeps, ſi ſapiens, ſi ingenio perſpicax, & deniq;, ſi quid eſt in quo homo valeat, vnde niſi à deo hæc cognoſcat? cui tanta gratitudo debetur quantã homo vix ꝑſtare valet, id cum cognouerit ad ſeip̃m cõuerſus exclamet & dicat, heu me miſerũ, qd feci q̃ diu in vitiorũ putredine obdormiui, & me ipſum ignoraui, an ignoras aĩa mea, q dei patientia ad pœnitentiam te inuitat, q̃ diu in peccati miſeria ꝑmanebis, cogita diuiæ iuſtitiæ ſe

Secũdus effectus grãe ẽ cognitio culpæ.

ueritatē, q̄ ſit aſpera obſtinatis emendationē nō ſuſcipientibus. Et tunc vehemēter expaueſces, & mecū ad Deū proclamare nō erubeſcas. Miſerere mei deus ſecūdū magnā miſericordiā tuam, miſerere mei deus q̄m iniq̄tatem meam ego cognoſco, & pctm̄ meum contra me eſt ſemper. Et ex hoc dabitur ſecūda gratia. ſ. inflāmans, qua quidem in amorem Dei cæperis inflāmari. Et quo magis inflāmaberis eo magis peccata tua deteſtaberis, & contra te ipſum exurgens exclamabis, dicens ò tenebrarū abiſſus, ò errorū profunditas q̄ me circūdedit, & ad interitum penè me perduxit, heu me miſerum cæcus factus ſum, q̄d faciam? ad lumen mundi recurram, mutus ſum ad verbum domini confugiā & audiā, mortuus fere ſum, ad vitam ꝑpeṙabo, vt me recipiat, ipſe illumiābit me, ille ſermones meos mihi reſtituet, ipſe reſcuſcitabit me, vt viuam & laudē eum, ò lumen quod es ſupra omne lumē, illumina me, ò vita ſempiterna reſuſcita me, ò Deus æterne aperi os meum, vt laudem te, tunc benedicte fili dabitur gratia inflāmans, tunc igniri & inflāmari cæperis feruore tanto, vt oēm pœnā quāuis grauiſſimam paratus ſubire & perpeti fueris, & pro tuis peccatis te ipſum abhorrebis, abominaberis, & odio habebis, quāobrem cū cognoueris mala quæ cōmiſeris et bona q̄ omiſeris, pœnas quas incurreris, tuorumq; peccatoꝝ multitudinē, turpitudinem, & magnitudinē, diuinæ iuſtitiæ ſeueritatem in obſtinatos, Dei benignitatem, & erga pœnitentes pietatem animaduerteris, qui tanta patientia te expectauit, tam ardētiſſimo amore te vocauit, tunc teipſum obliuiſceris, tunc teipſum odio ha

Quid ſecūda gratia facit.

Digitized by Google

bebis, tunc abominaberis in hoc mortali corpore eſſ, & cum propheta dices. Elegi abiectus eſſe in domo Dei mei, magis q̃ habitare in tabernaculis peccatorum. Tunc exaltabis vocem tuam dicens. Cupio diſſolui, & eſſe cũ Deo meo, ſummo bono, infinitæ ſubſtãtiæ pelago, principio & fine, in quo oĩa, per quem omnia, à quo omnia, & amore immenſo cõmotus dices. Quis ſimilis tibi eſt in dijs domĩe, mirabilis in ſanctitate, magnificus, laudabilis, & mirabilia faciẽs, ſero te cognoui lumen & ſplẽdor meus. Erat.n. nubes magna valde & tenebroſa ante oculos vanitatis meæ, vt te ſolem iuſtitiæ te lumẽ veritatis videre nõ potuerim, inuoluebar in tenebris, filius tenebrarũ, tenebras meas diligebam, qa te lumen nõ cognoſcebam, cæcus erã & cæcitatẽ amabam, & per tenebras ad tenebras ambulabã. Quis igitur inde me eduxit, vbi cæcus ſedebam in vmbra mortis, quis dedit mihi manũ, vt inde me educeret? quis meus fuit illuminator? tu dñe Deus meus, tu me vocaſti, dum te non vocabã, tu me quæſiuiſti, dum te nõ quærebam, intonuiſti deſup voce grãdi, in archana cordis mei, & cõuerſus vidi tenebras, in quibus latueram, & abiſſum tenebroſam in qua fuerã; & cõtimui, & expaui, & dixi veh ignorãtiæ meæ præteritæ, quoniam non cognoui deum meũ, veh veh tenebris in quibus iacui, quando te nõ perfecte ãmaui, & quia vidi, gratias igitur ago tibi illuminator meus, quia illuminaſti & me vocaſti ad tuam lucem ineffabilem, cui ſit honor laus & gloria.

## Pars octaua quare & quomodo timentes Deum ſunt venerandi.

Digitized by Google

יהוה מי יגור באהלך מי ישכן בהר קדשך׃ הולך תמים ופעל
צדק ו ודבר אמת בלבבו לא רגל על לשנו׃ לא עשה לרעהו
רעה וחרפה לא נשא על קרבו ו נבזה בעיניו נמאס ואת יראי I.
יהוה יכבד 1

Hoc eſt

DOmine quis habitabit in tabernaculo tuo? aut quis requieſcet in monte ſancto tuo? qui ingreditur ſine macula, qui operatur iuſtitiam, qui loquitur veritatem in corde ſuo, qui nõ egit dolum in lingua ſua, qui non fecit proximo ſuo malum, qui opprobriũ non accepit aduerſus proximũ ſuum, qui vilis reputatur in oculis ſuis, & abominatur ſeipſum, & addidit timentes autẽ dñm glorificat, hoc eſt eos honorabit, qui me timent, hoc igitur eſt vehiculum quoddam ad mõtem ſanctum, ad vitam æternam ad gloriam ſupernam, quiſquis igitur voluerit portas illas ingredi, velit honorare, reuereri, & obſeruare, timẽtes dominum Deum noſtrum.

## Quot & quibus modis timentes Deum ſunt honorandi. Cap. I.

SALO. Nulli dubium eſt pater obſeruãde, iuſtiſſima Dei præcepta eſſe & honeſtiſſima, tota nimium lex noſtra & ſacræ ſcripturæ verba ſunt iuſtitia & æquitate repleta, iuſtiſſimũ.n. eſt timentes Deum maxime venerari. Nam obſeruatur ſeruus, & illius veneratio habetur, ratione dñi. Et qm̃ timẽtes dñm deũ

Digitized by Google

ſerui ſunt Dei, merito igitur debent venerari. Sed dubium eſt nobis ꝙ excitat nos ipſos ad te interrogandum, quã reuerentiam aut quem honorẽ in eos cõferre debeam? & quot modis teneor ac debeo ipſos venerari? vt voluntas Dei dñi adimpleri poſſit, & pleniſſime obſeruari. Addendum eſt, cũ non parua difficultas exoriatur, quia adoratio ſiue honor competit Deo tm̃, & cũ ſerui Dei puræ ſint creaturæ, videtur ꝙ ſit quædã ſpẽs idolatriæ, creaturas adorare, ſi ſoli Deo cõpetat, & ex cõſequẽti hoc eſſet blaſphemare Deũ, ſi abſtuleris illi quod ex natura ſibi cõpetit, & illud alteri attribueris, ꝓpea non immerito prohibitæ ſunt in noſtra lege imagines & ſculptilia creaturarum, populum prouocantia ad idolatriam. Quid ergo cenſes faciendũ eſſe? vt nullus in venerandis creaturis poſſit error contingere. Quam libentiſſime quod petis fiat, vndequaq; inſtructus poſſis & tu & qlibet Deo abſq; errore & erroris ſcrupulo obſequi & ſeruire, ꝓpea aduerte, ꝙ licet reuerentia ſiue honor quo timẽs Deum honoratur & veneratur ſit quedã ſpẽs adorationis, ex hoc tñ nõ ſequ tur ꝙ adorans talis, hoc eſt, q timentẽ Deum adorat ſit idolatra, nec dicẽdum eſt ꝙ Dei honor auferatur, & alteri vt puta creaturæ tribuatur, neq; ꝙ blaſphemia cõmittatur aliqua. Namq; alia eſt reuerentia quæ debetur Deo, & qua Deus venerat, & alia quã creatura. Sed ad vberiorem huiuſce rei intelligentiã eſt notandum pro nunc triplicem eſſe ſpẽm adorationis. Latriæ, Duliæ, Et Iperduliæ.

Obiectio qui creature non ſũt adorãdæ.

Triplex ẽ ſpecies adorationis.

De multiplici adoratione. Cap. 2.

SALO.

SAL. Facias pater iſtarũ definitionũ ꝑticipes, vt noſcamus. Quid ſit adoratio Latriæ, Quid Duliæ, Et qd Iperduliæ. DA. Adoratio latriæ non eſt aliud q̃ cognoſcere bonitatẽ illius eſſe ſummã à qua adorãs habet bonitatem ſuam totã. Et huic actui voluntatis reputantis bonitatem illius eſſe ſummã, correſpõdet aliquis actus exterior. Et talis adoratio ſoli Deo conuenit & cõpetit ſcđm naturam diuinam, qm̃ quælibet creatura habet totum ſuum eſſe ab ipſo Deo ſolo, aut ab ipſa bonitate diuina, & non ab aliqua alia creatura. Adoratio iperduliæ eſt extrema reuerẽtia, q̃ debetur alicui creaturæ. Et talis adoratio cõpetit Meſſiæ ſcđm humanitatẽ, ille nãq; poſt Deũ eſt nobiliſſima creatura, q̃tũ ad gratiã & acceptationem, & ad beatitudinem poſt Deũ, & ꝓpea talis extrema adoratio debetur ei. Adoratio duliæ eſt reuerẽtia quædam quæ debetur creaturis ſcđm magis & minus eo modo quo magis aut minus ſunt Deo coniunctæ per gratiã & bonitatem. Ita ꝙ illa creatura q̃ ꝑticipat maiorẽ gratiã & dei bonitatẽ, maiori reuerentia et honore eſt adoranda aut honorãda, & hoc de creaturis rationalibus, eſt oĩno intelligendum, qm̃ irrõnali creaturæ non cõpetit eiuſmodi honor ſeu reuerentia, quã adorationẽ ſi bene cõſyderauerimus dicim⁹ maxime cõpetere matri Meſſiæ, licet alijs creaturis competat poſt meſſiam, ſed non ꝑ gradum eminentiæ, ſicut cõpetit matri illius, qm̃ inter oẽs puras creaturas apud Deum in gratia, meritis, & beatitudine obtinet principatũ. Ex qbus oĩbus ad dubitationẽ reuertentes dici-

Quid ſit adoratio latriæ.

Quid ſit adõratio ipduliæ.

Quid eſt adoratio duliæ.

Honor ſiue reuerentia nõ cõpetit creaturæ irrationali.

Adoratio duliæ principaliter debet mariæ aliis autẽ ſanctis ſcđm eorũ merita.

MM

Digitized by Google

mus, ꝙ ex hoc ꝙ timens Deũ honoret, & veneret nõ obſtãte ꝙ talis reuerẽtia ſiue honor ſit q̃dã ſpẽs adorationis, non ꝓpea ſequit ꝙ adorãs timẽtes Deũ ſit idolatra, nec ꝙ Deo honor auferatur, & creaturæ tribuatur, nec ꝙ Deus blaſphemetur, nam vt bene intellexiſti, alia eſt adoratio, qua Deus, alia qua venerat & adoratur creatura. Si honorans timentẽ Deum adoraret adoratione latriæ, quæ ſoli deo cõpetit, ſic eſſet idolatra creaturam pro creatore adorans. Sed ſi adorat adoratione duliæ, quę debetur illi creaturæ ſcd̃m gratiam & virtutem, quã habet à Deo, ſicq; non aufertur dei honor, cum illa creatura ſic adoratur, cum talis honor non præciſe cõpetat deo imo non cõpetit, q̃a debetur bonitati finitæ & participatæ, bonitas aũt dei infinita eſt, & nullo modo ab alio accepta, ergo nõ blaſphematur Deus, ſed in hoc adoratur, cũ propter Deũ timentes deum venerentur.

Honor q̃ exhibetur creatur̃ non competit Deo.

## Quot & q̃bus modis timẽtes Deũ ſunt venerãdi. c. 3.

In quo honor differt à reuerentia.

CALO. Satis plene dictũ eſt, ſatis plene intellectum, ſed addas q̃uo & quot modis debemus timẽtes deũ venerari et reuereri? DA. Dicã vos aduertite, ꝙ honor & reuerentia in hoc differre videntur, etenim reuerentia prĩcipiũ eſt motiuũ amoris, in quantum ſcilicet aliquis ex reuerentia, quã habet in aliquem honorat illum. Nam niſi ipſum in reuerentia haberet non honoraret eum, dico igitur ꝙ aliquis poteſt, immo debet honorare & reuereri timentes deum ſex modis. Primo debent venerari timentes deũ in di-

lectiõis affectũ, ipſos affectualiter diligẽdo & ex charitate & dilectionis viſceribus amando, & hoc in ordine ad Deũ. Nã qui diligit proximũ pp deum, eodem actu, eadem dilectione, eodẽ amore, diligit ipſum deũ & magis diligit. Etenim ſi diligimus ſeruos propter dñm, multo magis diligimus dominum.

Eodẽ amore quo diligitur proximus pp deũ diligitur Deus.

## An dilectio Dei ſtet cũ odio proximi & ecõtra. C. 4.

SALO. Exoritur difficultas, ſæpenumero. n. iſta duo ſeparantur, nã aliqs poteſt & de facto diligit deũ, & tñ odit ꝓximum ſuum inimicũ, & ex oppoſito aliquis blaſphemat Deum, & tñ amat proximũ ſuum, illi ſubueniens, miniſtrans, & oĩa quantum in ſe eſt faciens, igitur iſta duo non ſe conſequuntur, ĩmo de facto Ioãnes odit petrum, & lædit, & de offenſione dei nihil cogitat, ĩmo vellet nullo pacto offendere deũ, et econtra. Secundo nõ ſit moleſtum aperire nobis, qd per proximũ intelligat̃, & quid nobis agẽdum in hoc vt à Dei ꝑcepto non recedatur. DAV. Diligere deũ & proximum, duobus modis intelligi poteſt, & meritorie & demeritorie, habitu infuſo vel acqſito. Si loqmur de dilectione dei vel proximi meritorie, dicimus ꝙ nõ poteſt quis deum diligere meritorie, & odio habere ꝓximum, nec econtra. Nam pro quocunqꝫ inſtãti quis odit deum vel proximũ peccat mortaliter, & ꝑ conſequẽs nulla operatio eſt grata & deo accepta, qñ priuatur gratia demeritorie, q̃ principium eſt me-

Proxim⁹ dupliciter põt diligi.

rendi, qua ablata nulla poteſt oꝑatio deo grata eſſe, ſic patet neminem poſſe diligere meritorie deum & actualiter odio habere proximum, nec econtra. Si vero loqmur demeritorie, ſic dicim⁹ ꝙ licet Ioãnes iterficiat Petrũ ex odio magno, p̄t tñ elicere actum amoris erga deũ ipſum diligẽdo, & pp deũ pauperes amãdo. Similiter dico ſi loquamur de dilectione q̃ procedit ex charitate infuſa, ſic nullus põt diligere deum, & actualiter odio habere proximũ, nam de facto amitteret charitatem demeritorie, tum ẽt qa charitas non p̄t eſſe dei in ſe, niſi vt boni cõmunis & condiligendi, iõ non põt eſſe alicuius actus principiũ quo diligat' de⁹, cum contrario dilectionis proximi. Si aũt loquamur de dilectione, quæ procedit ex habitu acquiſito, tunc dico ꝙ de facto poteſt quis diligere Deum actu elicito, & tñ odio habere proximum. Nam iſta duo de facto ad inuicem ſeparãtur, & ſic arbitror patere quæ dicenda videbantur ad primum dubium.

## Quid per proximum intelligatur. Cap. 5.

AD ſecundũ vero in quo quæritur, qs dicatur ꝓximus, dicimus ꝙ ꝓximus vocat' qlibet cuius amicitia eſt Deo grata, & accepta, vt ſcilicet ab eo diligatur. Nõ.n. debeo ſumme dilectũ à me velle diligi ab aliquo, cuius dilectio non eſt ſibi grata, & à quo nõ vult diligi, qa igit' certũ eſt beatoꝝ dilectionẽ eſſe Deo gratam, abſolute debeo ab eis ipſum diligi. Et quia de quocũq; viatore ſignato eſt du

Nota hãc optimã declarationẽ qa ualde utilis.

bium,debeo hoc ſibi velle ex cōditione,ſcilicet,ſi placeat ei ab eo diligi,vel quando placet ab eo velle diligi. Circa viatores autē ī cōi quia ſemp̄ p̄ſupponēdū eſt aliquos eſſe ſibi gratos, pōt haberi abſolute actus volendi deū ab eis diligi. Breuiter igitur ꝓximus dicitur ille qui eſt in gratia Dei,& cuius dilectio eſt ſibi grata, qui aūt eſt actualr̄ in Dei inimicitia non vocat̄ ꝓximus,donec in tali ſtatu p̄maneat,cum aūt fuerit in gratiā reſtitutus,de facto ꝓximus vocatur & eſt,& eodem amore quo diligis teipſum in ordīe ad vitā æternam,debes & ꝓximū diligere. Sed qm̄ nobis eſt īcertum,vtplurimū qn̄ aliquis eſt in gratia Dei,aut nō eſt, niſi eius op̄a adeo eſſent manifeſta & publica mala, quilibet tenendus eſt & hn̄dus pro ꝓximo, quia eccleſia de manifeſtis iudicat,non aūt de occultis, quorum Deus eſt iudex,q̄ ſolus corda intuetur. Sic reor patere ad quæſitū quæ dicenda vidētur. SALO. Nihil eſt in quo dubitare poſſimus,p̄ſertim in iis ſatis aperte & clare expoſitis,quæſo ne obliuiſcaris quinq; alios modos ſeruādos ad reuerentiā eorum qui timent Deum. DAV. Bene fueram memor eorū quæ p̄poſueram, q̄uis ue nō excitaſſes, ideo vt præpoſita abſoluam. Secūdus modus eſt,quo debet homo timētes Deum venerari in obtēperationis obedientia,debes itaq; eis oī cum ſollicitudine obedire,& illis ſubiectus eſſe p̄p Deū. Nā ex quo ſunt ſerui dei ipſumq; timent,nō niſi ſancta et honeſta p̄cipere poſſunt. Tertius modus eſt in ſubſequēdo,ſeruiēdo,& concomitando, reliqua & negocia dū fuerit opus faciendo, nā quod ſit mēbris capiti reputatur fieri, hoc eſt ſummo Deo. Quartus

Digitized by Google

modus quo debemus eos honorare,eſt dũ nõ temerarie iudicamus,& in aĩa noſtra de illis nõ male dicimꝰ, iudicãtes illoꝝ oꝑa eſſe mala,nec eos reprehẽdentes. diſplicet.n.deo, ſunt enim filij dei per gratiã adoptionis,& ſic deo detraheremus,nõne memor es verborũ tuoꝝ ex ſuꝑna gratia iam dictorum , ait deus noſter, ego dixi dij eſtis,& filij excelſi oẽs,& ꝓpea non debemus male & temerarie de illis iudicare. Quintus modus eſt ſi eis non detraxeris & famam non denigraueris,nec peccata eoꝝ publicaueris,ſed potius occultaueris,aut cælaueris , excuſans illũ ꝑꝑ dei honorem & ꝓximi ædificationẽ,qũo aũt,aut quot modis fama denigratur ſuꝑius eſt dictum , audiãt oẽs qđ deus per os meũ qñq; eſt locutus. Nolite tangere chriſtos meos, & in ꝓphetis meis nolite malignari.Sextus modus ẽ, debitum honorẽ exhibẽdo, qui eqdem cõſiſtit in quibuſcũq; conueniẽtibus ſignis erga proximum , ſigna nãq; exteriora arguũt interiores actus,in qbus primo cõſiſtit omnis actus moralis , & rectus viuẽdi modus, patet igitur benedicte fili qũo timẽtes deũ honorare conueniat & quot modis aliter impoſſibile erit placere Deo noſtro.

## Quæ ſunt cauſæ quæ ad honorandum timentes deũ nos inducunt. Cap.6.

SALO. Accepimus qbus modis tenetur qlibet timẽtes deum venerari, & qbus prouocamur ad illoꝝ honorẽ,deſyderamus ad modũ ſcire ſũt ne aliquæ cauſæ aut circunſtantiæ,ꝑꝑ quas Deus

ꝑcepit ſub æterna maledictiōe nos ſtricte penè cogi ad honorē & venerationē timentiū eum, quæ ſi eſſent & nobis manifeſtæ, væhemētius īclinaremur ad illud faciendum et obſeruādū, dic obſecro ſi quæ ſint. DA. Scitote tantā eſſe dignitatē, & talem timētium deum, quātā vix poſſet aliqs in huius vitæ ſtatu reperire vel magno vł excelſo, & quāuis quilibet poſſit ac debeat timere deum noſtrū, illi maxime credūtur eum timere q ad illi⁹ honorē & ſeruitutē penit⁹ ſunt addicti & deputati, qua excellētia & dignitate maior ſub cœlo inueniri non pōt, itaq; non īmerito oī honore omniq; veneratione digni reputātur, & haberi debent, qui tāto dn̄o ſeruire voluerūt, vultis.n. videre & acutius trutinari, q̄ȝ ſuprema ſit ſacerdotum dignitas, & q̄ȝ excelſa timentium deum, animaduertite varia & diuerſa q̄ ſunt in terris miniſteria, nulla tn̄ illi dignitati cōparanda. Excellens ſane dignitas eſt legiſtaꝝ, q ſuis legib⁹ orbem terraꝝ gubernant, pacem & vnitatem cōgregant & conſeruant. Magna eſt medicoꝝ excellentia qui corpora humana ab infirmitatibus liberāt, & ſua prudentia à grauioribus ꝓſeruant. Non parua eſt philoſophoꝝ excellentia q naturalium rerum ꝓprietates conſyderāt, & naturæ ſecreta acutiſſime rimātur. Clara eſt excellentia metaphyſicoꝝ qui ſubſtantiaꝝ ſeparatarum ꝓprietates ſpeculātur, in quibus aliqualis humana cōſiſtit beatitudo, & ad alterā via naturali attingere non potuerunt. Quid dicā de præſtantia aſtrologoꝝ & mathematicoꝝ, qui curſus ſtellaꝝ, magnitudinem corpoꝝ cœleſtium atq; elementoꝝ ſpeculant̄, ꝓportiones & coniunctiones metiuntur, quāta eſt di

Diligēter nota quanta ſit excellentia ſacerdotalis.

Nota de uariis & diuerſis creaturarū dignitatibus.

Digitized by Google

gnitas angelorum,archangelorum,tronorum, q ſint dominationes,poteſtates,cherubin,atq̧ ſeraphin,qui amore ardenti diuinā eſſentiam contemplātur, qs eſt q neſciat?inter has oēs dignitates digniorē non īueni neq̧ ſublimiorē q̄ꝫ ſit dignitas timētium deum, & eorum p̄cipue q ad ei⁹ miniſteria cultum & gloriā addicti ſunt & deputati,quos dicim⁹ ſacerdotes,ſileat bn̄dicte fili, ſileat oīum huius ſæculi dignitas,ſileāt barōes, quieſcāt comites,taceant marchiones,conticeant duces,principes qeſcant,nō audiāt reges,aut Imp̄atores dicere quicq̄ꝫ,obmuteſcant alij, ſi qua fuerint in dignitate poſiti,qn̄ ſacerdotalis dignitas, & præſertim timētium deum oēs alias excellit & ſuperat,hec eſt vna inter alias & prima dignitas deū timentiū ſacerdotum ad cœleſtia ſacra pertractanda veniētium, ò ſacerdos ſi volueris cœloꝝ altitudinem contemplari altior es, ſi ſolis pulchritudinem pulchrior es,ſi diſcretiones angeloꝝ,diſcretior es, ſi omnium dominoꝝ dignitates, cōparare volueris,dignior es,& ſolo tuo creatore inferior es. Sed qm̄ quæris ſint ne aliquæ cauſæ & circūſtantiæ pp quas deus noſter ita ſtricte p̄cepit nos velle venerari timentes deum,dicimus multas eſſe cauſas ad venerādum & honorādum timētes deum,nos oīo inducentes,& potiſſimum tres reſpiciendas ducimus, quarum prima dicitur. Ratio ordinis. Secunda rō dominationis. Tertia ratio p̄tātis ſiue virtutis. Dicimus primo,q̄ timentium deum dignitas, & eoꝝ maxime qui ſunt ad eius ſeruitutem & miniſterium deputati & ordinati vt ſunt ſacerdotes, eſt dignior oī dignitate ſub ſole habita,& q̄ haberi poſſit,& Primo rōne ordinis,vn̄

Dignitas ſacerdotalis oēs mundi dignitates ſuperexcellit.



Digitized by Google

nis, vñ (vt bene noſti) clarū eſt apud omnes ſapientes. Cuius finis eſt melior, ipſum quoq; melius eſt, hoc eſt quãto magis res aliq̃ ad nobiliorẽ finẽ ordinať, tanto magis ipſa eſt nobilior & excellentior. Si quæras ad quẽ finẽ ordinãtur mũdanæ dignitates & dominationes. Inuenies profecto poſt longũ tuæ mentis ratiocinium, vt mundus bene regať, & in pace guberneť, hic ẽ finis illarū. Finis aũt ſacerdotũ timẽtium deũ quid eſt aliud q̃ circa animã, gratiã, & gloriam, nõ ſunt ſacerdotes à Deo miſſi niſi ad aĩarũ curam, & ad adminiſtrandã, introducendã, & conferẽdam illis gratiam, et ad gloriam ſempiternã, hoc eſt principale obiectum ſacerdotis deum timentis. Quare ſi quanta eſt dignitas finis, tanta eſt excellentia illius q ordinatur ad finẽ, & finis iſte trãſcendit, excellit, & ſuperat oĩa, ergo ſequiť q ſacerdotũ dignitas debet & meretur venerari ſup oẽs hominum dignitates. Nãq; ſi volueris animã vnam aut vnum gloriæ gradum q̃ non eſt niſi gratia cõſumata, cũ oĩbus huius mũdi bonis cõparare, abſq; oĩ cõparatione dices illa eſſe nulla, patet igitur q timentes deum, & ad illius ſeruitia conſtituti rõne ordinationis maiori veneratione ſunt digni, quam quælibet huius mũdi dignitas. Scd̃o timentes deum, & illi ſeruientes ſunt maiori honore digni q̃buſcunq; alijs in quauis dignitate poſitis. Ratione dñationis, nã ſingula ſingulis cõparantes timentiũ deum et illi ſeruientium, & p̃ſertim ſacerdotum dignitas, maior eſt omni alia dignitate mundana, & p̃ſtantior. Etenim ſit ſummus ſacerdos in lege noſtra, vel ſumus chriſtianorum põtifex, & viciſſim impator totius chriſtianæ fidei, du

Multæ ſunt cauſæ q̃ inducunt nos ad ſacerdotes uenerandum.

Finis legum eſt ut mund' bene regať.

Quid ſit finis ſacerdotis.



Digitized by Google

bitandum eſt minime ſummum ſacerdotē aut pontifi cem, q caput eſt oīum fidelium timentium Deum di gniorē eē. Nam corpus myſticum fideliū debet vnū habere caput, & nō duo, aliter eſſet mōſtruoſum, tum qa vicarius eſt ſummi Dei in terris, & queadmodū eſt vnus Deus, ita nō niſi vnus eſt illius vicarius, & habet plenitudinē ptātis habensq; vtrūq; dn̄ium ſpūale ſci licet & tēporale, hn̄s poteſtatem iter electores diſcor dantes eligere impatorem, qa iurat impator ſibi velle obedire, nā pōt illum deponere, multaq; alia ſunt in il lius ptāte quæ breuitati ſtudens dimitto. Ex quibus fa cile colligi pōt pontificē ſummū eminentioris digni tatis eſſe q̄ imperatorem quemlibet, & ex cōſequenti qlibet ſacerdos timens deum, cum eiuſdem ſit dignita tis ſaltem potētia remota, eſt maiore dignus honore quocūq; alio in mundanis cōſtituto, patet igitur quā tæ dignitatis & honoris ſit ſacerdos vel timēs deum.

Summus pō tifex i multis excedit impe ratorem.

Tertio timentes deum & illi ſeruientes maiorem de bent aſſeq honorem & reuerentiā, rōne poteſtatis & virtutis, hinc effectum eſt vt ſpūs i pſalmo noſtro lo cutus ſit, dicēs. Thron⁹ eius ſicut ſol in cōſpectu meo, & ſicut luna pfecta in æternū & teſtis in cœlo fidelis. Quid eſt q mouerat ſpiritū ſanctum dignitatē ſacer dotis vt ſoli cōpareret niſi aliquod magnū fuiſſet my ſterium, pōdera fili tua ſapientia verba in pſalmo di cta, thronus eius ſicut ſol. Nō potuit non hæc verba ſpūs ille intonare, qbus dignitatē illā ſoli voluit com parare. Satis certum eſt ſolē oībus cœli luminaribus eſſe maiorē quātitate, dignitate, & claritate. Sic digni tas ſacerdotalis magnitudine, dignitate, & claritate,

Digitized by Google

oēs alias & excellit & ſupat, ſicut.n.ſol lux eſt vniformis illuminās, qm̄ virtutem habet illuminādi q in ſuo lumine nullatenus deficit, q̄uis interpoſitione lunæ videatur q̄nq; lumen illius auferri, ita ſacerdos in anima ſua virtutē habet illuminatiuā ſcilicet characteres nūquā illi deficientes cuius vigor tātus eſt vt à nulla poſſit auferri creatura, niſi Deus ipſe ſua oīpotentia pōt illam annihilare, qui ſua potentia voluit virtutem illā in aīa ſacerdotis creare. Et quēadmodum non poteſt ſol in ſuo lumine deficere, ſic nec ſacerdos in ſua poteſtate, poteſt tn̄ q̄nq; per interpoſitionem lunæ oppoſitum videri, eſſe tn̄ minime pōt, imo ſacerdos ſuſpēſus licet ſit & excōicatus, degradatus à ſupiori (vt bene tenent chriſtiani) ſi rem ſacrā celebrauerit vere cōficit, dūmodo cōſecrationis verba recta celebrandi intentione ſup debitam materiā proferat, & ideo ſpūs ſanctus bene. Thron⁹ eius ſicut ſol in cōſpectu meo. Habet & ſecūdo ſol virtutem renouatiuam. Nam poros terræ aperit, & virtutem latētem in radicibus ad actū producit, terræq; ſuperficiem herbis & frondibus renouat & reueſtit, ex quo fit vt illius virtute ad intima quæq; penetrante, quod antiquatum fuerat anni tēporibus in pulchritudinem reducatur & renouetur. Pariter & ſacerdotū dignitas terræ poros aperit, hoc eſt corda hominis qui quidem terra eſt, & virtutem operandi quæ iam latebat ad actum producit, & ſuperficiem terræ, hoc eſt conſcientiæ terreni hominis, herbis frondibus & floribus ornat et reueſtit, ideſt virtute ſacerdotali renouātur virtutes, & merita iam mortua inſtaurantur, & noua gratia adornantur.

Characteres non poſſunt auferri niſi à ſolo Deo.

Sacerdos depoſit⁹ poteſt conſecrare.

Quid ſacerdos ī anima noſtra facit.

Ad quid ſacerdotis dignitas ſe extendat. Cap.7.

SALO. Dubitat hic ſocius meus, & id intelligere ambo deſyderamus, nunqd poteſtas & ſacerdotum & dignitas tanti ſit, vt ptãtem obtineat gratiæ iã amiſſæ aut renouãdæ aut recuperandæ, cũ videatur eẽ effectus immediate æterni & ſola potẽtia īfinita põt aliqd de nihilo ꝓducere, vt noſtra lex tenet.

Nota qđo ſacerdos pt cõcurrere ad gře recupatione.

DA. Tãta eſt ſacerdotis dignitas ſup gratiã amiſſam quanta nec angeli, aut archãgeli, neq; throni, neq; alicuius alterius creaturæ, quacunq; dignitate alia munitæ, qm̃ ſacerdos poteſt concurrere ad amiſſam gratiã non effectiue cũ ſit ſolius dei effectus (vt dixiſti & bene) ſed inſtrumentaliter & vt cauſa coadiuuãs ad gratiam. Nam per ſolam attritionẽ remiſſam q̃ ex ſe non eſſet ad gratiam ſufficiens, per confeſſionis ſacramentum à ſacerdote adminiſtratum, in vltimo inſtanti recipit gratiã, quã ex illo actu imperfecto minime meret, & hoc eſt quia huius ſacramenti ſuſceptio, eſt efficax diſpoſitio & neceſſaria ex diuino inſtituto ad gratiæ ſuſceptionẽ, ꝓpea ſpũs ſanctus dixit, thron⁹ eius ſicut ſol &c. Habet & tertio ſol virtutem nutritiuã, radius enim ſolaris ſubintrans plãtaꝶ & ſeminũ radices, ſuo calore humiditatẽ terræ diſſoluit, & virtute attractiua ſibi propria ꝙ radicibus & ſemini ſimile eſt, ab illis attrahit & ad nutrimentum terræ naſcentium cõuertit, ſic ſacerdotis dignitas deum timẽtis fidelium animas ſacræ ſcripturæ pabulo & cibo ſuauiſſimo nutrit et paſcit, ſic à deo eſt impoſitum, & ſic ordinatum, vt ſacra ſcriptura teſtatur, non in ſolo pane viuit homo, ſed in

Sacra ſcriptura pabulũ eſt animæ.

omni verbo diuinæ ſapiētiæ & ſcripturæ ſanctæ. Nec mirum videri debeat, namq; ſicut corpus materiali cibo nutritur. Sic mortalium anima verbis paſcit̃, q̄ de ore ſacerdotis tanq̄ de inſtrumēto dei ꝓcedunt, q ex amore intimo & ineffabili charitate per os illius loquntur, ſunt mirum in modum veneratiōe digni, & ꝓpea ſpūs ſanctus dixit thronus eius ſicut ſol &c. Quarto ī eſt ſoli virtus inferiorū conſeruatiua, etenim elementa ꝓp contrarietatem quam habēt & mutuam repugnātiam, ſeipſa deſtruerent, niſi per ſolis virtutē conſeruarentur, & in eſſe debito ſaluarentur, pariter ſacerdotis deū timentis dignitas, virtutem habet conſeruatiuam, & per illorum orationes ſanctas, mūdus ipſe à multis periculis liberatur, ô quoties diuina ira per orationes ſanctoꝝ eſt placata, vnde ꝓpheta dixit. Inter veſtibulum & altare plorabant ſacerdotes & miniſtri dn̄i dicentes. Parce dn̄e parce populo tuo, & ne des hæreditatem tuam in perditionē, ſunt oīno eius familiares & miniſtri ad illius cultum deputati, & ꝓpea ꝑ os meum dixit. Nolite tangere chriſtos meos, & in prophetis meis nolite malignari. Et iterum ego dixi dij eſtis & filij excelſi oēs. Sunt vt bene intelligitis dei filij ſacerdotes per adoptionis gratiā & diuinoꝝ adminiſtrationem. Quid eſt enim ſacerdos vt nomen eius ſonat? niſi ſacra dans vel adminiſtrās, aut ſacer dux apd̄ priores & maiores noſtros duces appellabantur, & ꝑ eoꝝ orōnes ſæpiſſime deus eſt recōciliatus, & quēadmodū elemēta ꝓp eoꝝ repugnantiā fuiſſent in cōfuſionē illā ātiquā q̄ꝫ dixere chaos conuerſa, niſi fuiſſet ſolis virtus cōſeruatiua. Sic mūdus ad ꝑniciē fuiſſet ꝑductus ſæpe

Mundus per oratiōes deū timētiū ſæpe liberatur.

Quid ſit ſacerdos.

pp ſeditiones, odia, & inteſtina bella, niſi per ſanctas orationes ſacerdotum timentium deum & illum placantium fuiſſet conſeruatus & renouatus. Merito igitur thronus eius ſicut ſol in conſpectu &c. Quinto ē in ſole virtus diſcretiua. Nam colores & rerū ſpēs atq; figuræ quæ ī tenebris ſunt cōfuſæ ꝑ ipſius ſolis radios diſcernuntur. Sic per ſacerdotis virtutem peccatorū aīæ quæ in tenebris erant, & mortis obſcuritate ꝑ ſacerdotis ptātē & virtutem & irradiationem inter ſe diſcernuntur, & ſicut in noſtra lege ſacerdotis officium erat de lepra corporali iudicare, cuius iudicio mūdus vel īmundus habebatur. Ita inter chriſtianos ſacerdotis eſt de lepra hoc eſt de peccato mortali vel veniali iudicare, cuius iudicio mundus vel īmundus, iuſtus vel iniuſt⁹ q̄libet exiſtimatᷣ. Merito igitᷣ thronus ei⁹ ſicut ſol in cōſpectu meo, & digni reuerētia ſūt et honore.

Sacerdotis officio q̄libet iudicatur mūd' uel īmundus

De claui ſacerdotali. Cap. 8.

CALO. Valde durum mihi & mirum videtur, quod eſt modo dictum, īmo blaſphemia apud nos videtur eē. Nā abſoluere à peccato videtur īmediate ad ſolum deū pertinere, q̄uo ergo euāgelicus ſacerdos poteſt ab illo abſoluere, immo videtur magis eſſe contra eorum doctrinam, quæ de meſſia eorum dicit. Claudit & nemo aperit, aperit & nemo claudit. Et iterum in eorum codicibus inuenitur. Nemo abſoluit, niſi columba vel membra columbæ, ideſt Chriſtus vel mēbra eius, ergo malus ſacerdos nō

Obiectiō notabilis.

Digitized by Google

pōt abſoluere vel ligare,& tñ eſt ſacerdos, hoc cōtra dicit tuis ſuperius dictis. DAV. Q uāto magis credo tuis q̄ſitis oportunam rñſionem dediſſe, & idubitatis atq; propoſitis mētem veſtram reddidiſſe quietam,tā to magis benedicte fili me inquietū reddis,non immerito te vulgus ſapientem & ipſi ſapientes appellant, moueris.n.nō ſine rōne,& intellectus perſpicacia,tuæ ſapiētiæ plena. Et teneor & volo tibi ſatisfacere,vt patrem decet filio in cūctis præſertim honeſtiſſimis morem gerere,audiamus ſi placet,quid ipſi ſentiant ſacerdotes,& pro difficultatis motæ intelligentia dicūnt eſſe notandum. Q đ ptās iudiciaria iudicandi ſentētiādi & abſoluendi pōt intelligi tripliciter ſcđm eos. Primo ſimpliciter principalis. Secundo modo p̄excellēs & non principalis. Tertio particularis & non præexcellens neq; principalis. Primo modo dicunt ſoli deo cōpetere duplici ratione,primo quia ipſe ex ſe ſolus ē iuſtus,immo ipſa ſumma iuſtitia. Prima aūt iuſtitia nō poteſt cōpetere niſi prīo iuſto,quia iudicium non pōt eſſe perfectum niſi ſit iuſtum,primū aūt iudiciū oportet eſſe iuſtiſſimum & ita primi iuſti. Secundo,q̄a iudicare eſt præſidentis,primus aūt præſidens non poteſt eſſe niſi ſolus Deus,vnde ſicut nō poteſt alijs cōicare potentiam,ita nec primā potentiam. Secunda aūt potentia ptās ſiue clauis.ſ.præexcellens pōt intelligi quātum ad duplicem præeminentiā,vna eſt in vniuerſitate iudicandaꝝ cauſaꝝ, alia eſt ī firmitate ſnīæ definitiuæ,& hoc modo ſcđm eos cōuenit Meſſiæ. Nā Chriſtus ſiue Meſſias ab inſtanti ſuæ cōceptionis cognouit merita & demerita oīum q̄ ſunt cauſæ p quas cœ-

Ptās iudicandi p̄t intelligi tripliciter.

Ptās ſimpliciter principalis competit ſoli deo.

Ptās p̄excellēs competit ſoli Chriſto.

Quæ ſūt cāæ aperiendi uel claudēdi cœlum.

lum eſt claudendũ vel aperiendum, & ẽt Meſſias ha-
buit voluntatem inſeparabiliter & ĩmutabiliter cõfor
mem volũtati diuinæ, nõ ꝙ repugnabat ei poſſe pec
care quantum erat ex parte humanitatis ex aliqua ra-
tione ſibi intrinſeca, ſed pp vnionem humanæ naturæ
cũ natura diuina, & ab inſtanti ſuæ conceptionis fuit
beatus, & Deus æternus ſic determinauit velle cõcur-
rere ad actũ beatificũ, ꝙ nunꝗ̃ vult cõcurrere ad op-
poſitũ, ꝑpter primum. ſ. notitiam oĩum cauſarũ iudi-
candarũ, poteſt in oĩbus cauſis ſñiare, ꝑpter ſecũdum
ſñĩa ſua eſt irreuocabilis, ꝑpterea talis poteſtas iudicã
di non poteſt eſſe in eccleſia militanti. Tertia vero au
thoritas. ſ. quãtum ad cauſas iudicandas, & ad ſñiam
ferendam. ſ. quæ aliquando eſt reuocabilis poteſt cõ-
ferre alicui ĩ eccleſia militanti, nam poteſt in illa cau-
ſas noſſe, & ĩ illa ſecundũ legẽ iudicare. Et ex hoc pa
tet ſcd̃m eos rñſio ad tuas obiectiões. Nam licet po-
teſtas ſententiandi, iudicandi, & abſoluendi, prĩo mo-
do dicta cõpetat ſoli Deo, tamen potentia iudicãdi,
ſententiandi, & abſoluendi, tertio modo dicta poteſt
cõpetere eccleſiæ militanti, & per cõſequens ſacerdo-
ti. Et ad illud cum dicitur id eſſe contra eoꝝ ſcriptu-
ras, quæ dicunt. Claudit & nemo aperit, aperit & ne-
mo claudit. Reſpondent id dictum eſſe de ptãte ſecũ
do modo dicta, quæ non cõpetit niſi tm̃ Meſſiæ ſecũ
dum eos, quia nullus viator perfectam habet notitiã
meritoꝝ & demeritorũ oĩum quæ ſunt cauſæ aperien
di vel claudendi cœlum, ſed tm̃ cõpetit Meſſiæ q oĩa
nouit vt dictum eſt, & ſic patet ad primam. Cum au-
tem dicitur ꝙ ſolus colũba ideſt Chriſtus, vel mẽbra

Ptãs particularis reuocabilis cõpetit eccleſiæ militanti.

Per membra colũbæ fit digne remiſſio ſed per alios indigne.

colũbæ

Digitized by Google

columbæ poteſt abſoluere, ergo malus ſacerdos abſoluere non poteſt, & ꝙ hoc repugnat ſuperioribus dictis. Reſpondent ꝙ per columbam & eius mēbra fit tantum digne remiſſio peccatoꝝ, fit tñ per alios nō tñ digne vel recte, quia licet abſoluat, tñ ipſe peccat mortaliter, cum ſit in peccato mortali & ſacramenta miniſtrat. Sexto cōparat ſacerdotis dignitas ſoli, ꝑꝑ virtutem vnitiuam. Nam queadmodū ſol vnit & conciliat & planetas concordat in ſuis effectib⁹. Atq; cōciliat contraria elementa, cū ſit ſol mediator inter planetas, quia ad armoniam cœleſtem perficiendam hoc facit ſol in ſuo circulo, quod facit media cordula in iſtrumento muſico. Ita ſacerdos timens deum, ſua ptāte vnit, conciliat, & cōcordat peccatorem, qui à Deo iam receſſerat ꝑ confeſſionis ſacramētum, & concordat in effectibus ſuis, operatio.n. ſua nō erat Deo grata in ordine ad æternam vitam, ſed ſacerdotis Deum timentis virtute facta ſunt opa illius deo grata, & quēadmodū inter planetas ſol eſt medius, ſic ſacerdos inter Deum & peccatorem, ſicq; extremū quod eſt peccator, per medium reducitur ſcilicet ſacerdotē, ad extremū ſummū .ſ. deum, ſatis conſtat his dictis, ſacerdotes dignos eſſe reuerentia & honore, vt bene ſpūs ſanctus vult, thronus eius ſicut ſol &c. Accedit ad hoc dicēdū ſolem habere virtutem imutatiuam, ordinatiuā, & diſtinctiuam, quæ qdem ſimilis eſt Deo ſeruiētium. ſol etenim percurrens ſigna auſtralia breuiores efficit dies, aſcendens vero ad ſeptētrionalia longiores efficit, & dies ipſos immutat. Et ꝑpea ſcđm diuerſas ſolis diſpoſitiones, dies varias & diuerſas recipit imutatio-

Sacerdos mediator eſt iter deū & peccatorem.

OO

nes, primo namq; diei tempore & in prima parte ſuæ quadræ luceet magis q̃ ſerueat, in meridie vero feruet, ſed in vltima quadra occidentis, hoc eſt in veſpere, & pallet & tepet magis, eadem rõne ſacerdos Deum timens, virtutem habet immutatiuã, cõmutat. n. ex pœna æterna peccatorem in tpalem, & de infinita ad finitam, habet etiã virtutem ordinatiuam, qm̃ peccatorem ipſum ordinat, & inſtruit ad vitam æternam, & ſi recte determinat erit ratum & coram Deo determinatum, vnde in illo inſtanti in quo abſolutionem a ſacerdote peccator recipit ab illo vĩculo liberatur, quo ad pœnam æternam erat obligatus & cõmutatur in temporalem pœnam, quod apud chriſtianos potiſſime verum eſt qui vere dicunt Meſſiam aduenisse, & quẽadmodũ ſol aſcendens aut deſcendens ꝑ varios Zodiaci grad⁹, & auget & diminuit dies, ſic ſacerdos deũ timẽs clauiũ authoritate dum ſuper peccatorẽ aſcendit per abſolutionem diminuit pœnam infinitam, in temporalem cõmutando. Cum autẽ deſcendit ideſt, negat abſolutionem, pœna illa maior efficitur intenſiue, & dignus morte æterna iudicatur ĩfœlix peccator, & ꝓpterea digni ſunt omni reuerentia timentes deum ſacerdotes, hinc ſpũs ſanctus, thron⁹ eius ſicut ſol &c. Poſtremo habet illa mundi candela ſol ipſe virtutem viuificatiuam, quam & deum timentes & illi ſeruiẽtes, ſacerdotio donati præſertim habere videntur, iam ſatis claret nihil poſſe viuere animalis vita vbi ſol non attingit vel virtus eius. Vnde inter planetas oẽs ad viuificationẽ maiorem animalia maxĩe diſponit, ſic ſacerdos cuius virtus fuerit amota oẽm abſtrahit vitam.

Nota de authoritate ſacerdotis commutandi pœnas.

Sacerdos cõmutat pœnã æternã in pœnã tẽporalẽ.

Sol habet uirtutẽ uiuificatiuam.

ſpūalem, vel vbi virtus eius attingere non poteſt, ſpūaliter viuere nemo pōt, ſicq; inter oēs creaturas ſua virtute maxime diſponit ad gratiam, quæ vita dicitur animæ & ſpūs, vides fili benedicte quāta ſit ſacerdotis & Deum timentis dignitas, & quāta veneratione digni ſunt & honore qui ad curam animarū & regimē ſunt ordinati, qui dei optimi & maximi facti ſunt vicarij & delegati, qui quo ad animam à Deo ſunt illumīati, in quorū virtute & ptāte hominum cōſciētiæ diuina gratia interueniente ſunt repoſitæ & collocatæ, qui & ſacræ ſcripturæ pabulo animas cibant & ſuſtentant, qui à multis periculis & ab ira dei ſuis ſanctis oratiōibus ſæpiſſime liberāt, qui per eorum poteſtatem iuſtos ab iniuſtis diſterminant, & peccatores p ſacramenta deo vniunt & cōſociāt, qui opera hominum deo grata faciunt, & æternam pœnam in temporalem cōmutant, & à vinculo æternæ dānatiōis abſoluunt, & p gratiā animas viuificant, ſunt & dei filij ſpecialiter electi, ſunt deo gratiſſimi, & in ſupremo ſtatu repoſiti, & ad tam alta myſteria facienda conſecrati, & quid amplius dici poſſit? qñ poſt meſſiæ aduentum panis ſubā & vini eorū oblatione ſancta tranſubatur in ſubam corporis meſſiæ & ſanguinis? hoc eſt ꝙ ſpūs ſanctus per os meum dixit in pſalmo. Erit fermentum ſiue placentula in terra in ſummis montium, hoc eſt in capitibus ſacerdotū tpe meſſiæ, quod doctores noſtri diuino ſpū illuſtrati de ſacramento panis & vini quod offerunt ſacerdotes meſſiæ tpe bene expoſuerunt, quanta eſt igit̄ nobilitas, quanta dignitas, quantūq; donum eſt ſacerdotibus à deo datum, quos præpoſuit & præeſſe vo-

Quāta ſit ſacerdotis dignitas.



Digitized by Google

fuit oĩbus terræ principibus,ĩmo parua loquor oĩbus angelorum ordinibus,ſicut .n. non angelos ſed ſemẽ habraæ apprehendit ad faciendam redemptionẽ, ſic non angelis ſed ſacerdotibus reliquit ſui corporis & ſanguinis ſacramẽtalem diſpẽſationem,ò veneranda ſacerdotum dignitas in quorum manibus dei filius velut in vtero virginis ĩcarnatur,ò cœleſte ſacerdotum myſterium per quos deus æternus tanta myſteria operatur,de quibus angeli admirãtur,diabolus contremiſcit,& oĩs humana celſitudo venerari apprime tenet.

## Pars Nona de iuramento,quot & quibus modis committitur.

יְהוָה מִי יָגוּר בְּאָהֳלֶךָ מִי יִשְׁכֹּן בְּהַר קָדְשֶׁךָ הוֹלֵךְ תָּמִים וּפֹעֵל
צֶדֶק ׃ וְדֹבֵר אֱמֶת בִּלְבָבוֹ לֹא רָגַל עַל לְשֹׁנוֹ ׃ לֹא עָשָׂה לְרֵעֵהוּ
רָעָה וְחֶרְפָּה לֹא נָשָׂא עַל קְרֹבוֹ ׃ נִבְזֶה בְּעֵינָיו נִמְאָס וְאֶת יִרְאֵי
יְהוָה יְכַבֵּד נִשְׁבַּע לְהָרַע וְלֹא יָמִר Hoc eſt

Domine quis habitabit in tabernaculo tuo?aut quis requieſcet in monte ſancto tuo? Qui ingredit̃ ſine macula,et operatur iuſtitiã.Qui loquitur veritatem in corde ſuo. Qui nõ egit dolũ in lingua ſua.Nec fecit proximo ſuo malum , & opprobriũ non accepit aduerſus proximũ ſuum . Qui vilis reputatur in oculis ſuis , & abominatur ſeipſum. Timentes aũt dñm glorificat ſiue honorat,& nũc bone fili addidit. Qui iurat proximo ſuo & nõ decipit, vel(vt textus hebraicus habet.) Qui iurat male & nõ pœnitet,hoc eſt q iuramento aliq̃d promittit ſuo pxi

mo,& non decipit mentiendo,vel q iurat male,& nõ
pœnitebit vt veritas tenet hebraica,hoc eſt ille habi-
tabit in tabernaculo meo, ille reqeſcet in monte ſan-
cto meo,per gloriam æternam in triũphanti eccleſia,
vt memini ſæpius ad huius petitionis expoſitionẽ di-
xiſſe.SALO.Arctiſſima pater benigne videtur,& ẽ
via q̃ ducit ad vitam,& pauci ſunt q ingrediũtur p eã,
vita hæc mortalium mors eſt,& non vita,miſerijs ple
na,fragilis,& fallax,laqueis infinitis penè circundata,
qs ad tãtam perfectionem peruenire poterit? heu heu
deficiunt vires,deficiunt ſenſus oẽs,& potentiæ obſtu
peſcunt.Ad hoc tñ vt eius mandata cuſtodire valeãt
omnes, oſtẽdas quæſo vt vltimæ poſitionis partes q-
bus dictum eſt,qui iurat proximo ſuo,& non decipit.
DAV. Hoc eſt qui iuramento aliquid promittit ſuo
proximo,& non decipit mentiendo.

## Quid ſit iuramentum. Cap.1.

SALO.Hæc bene percepimus,ſed ho
rum expoſitionem querimus,qd ſit iura
mẽtum de quo locutus eſt Deus in ſua
reuelatiõe,& hoc primo. Secũdo qũo
proximum decipiendo periurium cõ-
mittitur? Tertio quot modis poteſt hoc peccatum cõ
mitti,& maxime q̃ȝ graue ſit hoc peccatum? DAV.
Adimplebo volũtatem tuã,vt domini volũtas adim-
pleri poſſit,et ad patriam perueniri ſempiternam.Ad
primum dicimus ꝙ iuramentũ eſt aſſertio humani di-
cti qđ ipſum ſit verũ.Et hoc vltimate, qm̃ finis oĩs cõ  Quare datur iuramẽtum.

Digitized by Google

trouerſiæ eſt iuramentũ. Homo ſciens hoīem eſſe mē-
dacem atq; ignorantē, & per cōſequens fallere & fal-
li poſſe, non poteſt adhibere certā fidem dictis ſuis, &
ꝓpterea inuentus eſt modus aſſerendi dicta, alterū in
teſtem adducēdo, qui nec fallere nec falli poteſt, quod
fit cum in iurando adducitur teſtis aſſertionis iurātis,
ipſe Deus, qui ſcit veritatem, & mentiri non poteſt.

## De iuramenti diſtinctione. Cap. 2.

Quot modis cōmittitur iuramentum.

CALO. Quot modis cōmittit̃ eiuſmo
di iuramentum, vt diſtincte innoteſcat?
DAV. Duobus modis, primo cōmitti
tur ſolo ſermone, vti noſtra lege cū di
cimus Deus viuit. Viuit aīa mea, vel vt
fit à chriſtianis, teſtis ē mihi Deus, Deum īuoco teſtē,
veritatē dico in Chriſto, per ſacra euāgelia, & multis
verbis alijs. Secūdo modo iurari ſolet cum interuen-
tu alicuius ſacræ rei, vt puta cū in manu ſacerdotis iu-
ratur in noſtra lege, & inter chriſtianos in manu pon
tificis, aut ſuper euangelia, ſiue ſuꝑ corpus Chriſti, aut
crucē vt inter chriſtianos moris eſt, abſolutum eſt igi
tur primum dubium.

## De iuramenti modalitate. Cap. 3.

Qūo cōmittitur periuriū.

AD ſecundum cum quæris, quot mo-
dis aut qūo decipiēdo proximū, cō-
mittitur periuriū, ad huius intelligen
tiam dicimus. Quod oē dictum hu-
manū vel eſt de ꝑteritis & præſenti-

bus,quorũ eſt veritas determinata,aut de futuris,quo-rum veritas eſt icerta. De primis dicitur aſſertorium, & hoc loquendo de aſſertione affirmatiua & negatiua. In futuris autẽ cum ſit in poteſtate iurãtis dicit̃ eſſe ꝓmiſſorium,& ꝓpterea cum iuramentũ ſit vtriuſq; dicti aſſertio,duplex eſt iuramentũ.ſ.aſſertoriũ & ꝓmiſſorium,& vtrũq; eſt obligatorium. Loquendo igitur de aſſertorio quod fit de præteritis,& de p̄ſentibus,dicimus quotieſcũq; quis iurat aliqd eſſe vel fuiſſe ſic, & illud in veritate nõ eſt, aut eſt oppoſitũ totũ,cõmittit ille periurium. Nã adducit deum tanq̃ teſtem eius qđ non eſt ſibi verum,imo ſcit eſſe oppoſitum. Similiter quoties aliqs iurat hoc eſſe ſic vel fuiſſe licet in veritate ſit,tñ ſibi non conſtat eſſe verum,imo magis credit & adhæret oppoſito,ille periurat. Nam adducit deũ teſtẽ illius quod nõ eſt ſibi certum, imo credit oppoſitum. Quare quotieſcũq; aliqs iurat de re aliqua fuiſſe vel eſſe ſimpl̃r certa, & tñ eſt oppoſitum ſemp̄ periurat,ducit.n.deum teſtem illius quod nõ eſt verum. Si autẽ loquamur de periurio promiſſorio vel obligatorio,dicim⁹ illud eſſe quadruplex. Doloſum. Incautũ. Coactum. Et carens his tribus conditionibus indebitis. Doloſum eſt qñ quis iurat ſe eſſe facturũ aliqd & in ipſo iuraméti actu intendit oppoſitũ, & non intendit ſe obligare ad illud quod iuratur, vt ſi dixero iuro dare Ioãni decẽ aureos ad menſem, & nõ habeo voluntatẽ dandi, quod dare iuraui, doloſum eſt ꝑiuriũ. Iuramentũ incautum põt eſſe duplex,vel qa tranſit ſuper materiã omnino illicitã,vt ſi quis iurat ſe occiſurum, aut adulteraturum,et tale iuramẽtum non obligat iu-

Nota de iuramento aſſertorio.

Iuramentum ꝓmiſſorium eſt q̃druplex.

Quid eſt iuramẽtũ doloſũ.

Quid eſt iuramentũ incautum.

Digitized by Google

rantem ad impletionē talis iuramenti, ita vt poſt iuratum debeat actum illum adimplere. Alio modo cōmittitur iuramentum incautum quod qdem tranſit ſuper materiā, quæ de ſe eſſet licita, ſed non eſt materia iuramenti licita, vt cum ſi aliqs obiurat opera pfectionis, in hoc. n. ponit obicem motioni ſpūs ſancti, vñ tale iuramentum ſeruare pergit in peiorem exitum. Et iō poſt actum nō eſt ſeruandū quod iuratur, licet. n. abſolute liceat non facere opera perfectionis, non tñ licet præfixum velle nunq̄ faciendi opa perfectionis, quia hoc eſt habere velle fixum contra motionem ſpiritus ſancti, ſiue Dei, quod idem eſt, in his ergo duobus iuramentis ſcilicet doloſo & incauto duobus modis p̄dictis, patet q iurans nō manet obligatus ad implendum quod iuratur poſt iuramētum. Poſſet poni aliud iuramētum incautum, qñ quis iurat facturum ſe quod facere non poteſt, licet cum iurat putet ſe illud facere poſſe, & de hoc iudicādum & dicendum eſt, ſicut dictum eſt de iuramento in cōi. Nā ſi poſſit in futurum tenetur, ſi nō poſſit excuſatur. Nunc ad iuramentū coactum deducentes ſermonem, eſt ſciendum q de iuramento coacto, coactione quæ cadit in coſtātē virum licet diuerſæ ſint opiniones, ſaluo meliori iudicio dicimus, q coactio poteſt capi duplr, primo pro coactione abſoluta, qua aliquis totaliter cogitur ad aliquid faciendum corporaliter contra voluntatem eius, ſicut ille qui ligatur &c. & ſi tali coactione aliquid facit contra Deum non peccat niſi animo poſt factum cōſentiret, & ſic eſt dicendum q ſi quis tali coactione aſtrictus periuraret, dummodo non habeat animum perjurandi,

Nota de iuramēto coacto

Nota de duplici coactione.

iurandi, & poſt factum non cōſentit ꝑiurio facto non
peccat. Alia coactio dicitur conditionalis, qua qs cō
gitur vnum de duobus eligere, & hæc non excuſat in
peccatis vt ſacri canones volunt & ordinant. Iuramē
tum ꝓmiſſorium carens his tribus cōditionibus. ſ. do-
lo, incautione, & coactione obligat iurātem ad nun-
quam habēdum oppoſitā volūtatem ei quod iurauit,
& licet differat adimplere illud ꝑꝑ circunſtantias ꝑꝑ
quas videtur rōnabiliter differendum, non peccat, ſed
tunc eſt primus periurus, quando non habet volunta
tem adimplēdi illud quod iurauit, quoniam tunc vult
Deum primum fuiſſe teſtem falſi.

## De periurio. Cap. 4.

CALO. Audiuimus quot modis com
mittit periuriū contra proximū, aut ſe
ipſum, dicas rogo eſt ne ſemꝑ periu-
rium peccatū mortale? DAV. Si lo-
quamur de iuramento in cōi, quotieſ-
cūq; aliqs iurat, ſiue in fauoribꝰ, ſiue in odijs de illo cu
ius oppoſitum magis credit, vel de illo de quo eſt du-
bius, id eſt ꝙ magis aſſentit vni parti q̄ȝ alteri morta-
liter peccat, qa adducit Deum tanq̄ȝ teſtē eius quod
neutro modo eſt ſibi certū, quod deberet eſſe certum.
Et ideo adducere Deum tanq̄ȝ teſtē falſi eſt irreueren
tiam Deo facere, vel adducere eū tāq̄ȝ veritatis igno-
rantē, & ita non oīno ſcientē, vel adducere eum tanq̄ȝ
volentem iuſtificari quod falſum eſt, oībus his modis
fit deo irreuerentia, & eſt imediate cōtra primæ tabu-

Nota de iuramento in cō-muni qñ qs peccat mortaliter.



Digitized by Google

læ præceptum. Non accipies nomen Dei in vanum, & propterea vtroq; modo, ſi ex deliberatiōe fiat, peccatum eſt mortale.

## De excuſatione peccati. Cap. 5.

SALO. Nunq̄d indeliberatio in iurando excuſet à peccato mortali, hoc ſatis mihi videtur durum, ſi toties mortaliter peccat, quoties indeliberate periurat, & quis poſſet (vt vera dicam) tot peccata euitare. Secundo ſi quis adducat deum in teſtem eo modo quo dictum eſt ad aliquid q̄d eſſe verum credit, licet non ſit, puta ad aliquid de quo aliquā habet opinionem, & magis aſſentit illi parti pro qua iurat, peccat mortaliter an non? DAV. Ad id quod quæris, an indeliberatio excuſet à peccato in iurādo, dico ꝙ quāuis aliqui ſentiant ꝙ vnicum periurium leue non eſt peccatum mortale, tñ ex cōſuetudine periurare ē peccatum mortale, dicentes habitum generatum ex multis actibus inclinare ad grauiorem actum q̄3 ſint præcedentes, tñ bone fili videtur mihi, ꝙ ſi primus actus ꝑiurandi indeliberate nō eſt peccatum mortale, nec ſecundus, nec tertius ſimiliter &c. etiam quocunq; habitu exiſtente, nam actus meritorius non minus requirit illud, vt ſit plene humanus, hoc eſt eſſe ex plena deliberatione, & ex toto conſenſu voluntatis, aliter nō eſſet meritorius, ergo à fortiori actus demeritori⁹ oportet ꝙ ſit magis vel cum maiori deliberatiōe, & pleno cō-

Quid excuſat in iurādo ne ſit mortale.

ſenſu voluntatis, quia deus promptior eſt ad præmiā-dum q̃ ad puniendum, igitur ſi deus nō vult præmia-re aliquam operationem noſtram, niſi ſit ex toto conſenſu & plenitudine voluntatis, & acceptare illā tāq̃ vita æterna dignam, igitur à fortiori deus nō vult punire aliquam operationem noſtram pœna æterna, niſi ſit ex perfectiſſimo & toto conſenſu voluntatis, aliter Deus pronior eſſet ad puniendum q̃ ad præmiā-dum, cuius oppoſitum manifeſte patet, concludendū eſt igitur ꝙ ſicut primū periurium indeliberatum non eſt peccatum mortale, ſic nec multoties reiteratū. Eſt tn̄ aduertēdum fili benedicte aliquos promptos eē in-deliberādo, ita ꝙ habent adeo breuem deliberatōem ꝙ vix videtur ꝙ ſit deliberatio, nam habent prudentiā magnam qua prompti ſunt ad deliberādū, quaſi in tē-pore īperceptibili. Ita poſſet aliquis ex habitu oppo-ſito acquirere facilitatem deliberandi prompte de op-poſito & quaſi in tpe imperceptibili, & talis delibera-tio eſſet ſufficiens ad rōnem peccati, ſicut eſſet ſufficiēs ad rōnem meriti. Non igitur eſt diſtinguendum quā-tum ad rōnem peccati mortalis, inter raritatem & fre-quentiam periurij, ſed inter deliberationem, & indeli-berationem. Ita ꝙ deliberatio concurrens reddit pec-catum mortale, & hoc ſiue ſemel, ſiue quotieſcunq̧, & indeliberatio excuſat, ſiue ſemel ſiue quotieſcunq̧, pa-tet per dicta periurium commiſſum per indeliberatio-nem non eſſe peccatum mortale.

Nota de deliberatione q̄ & q̄ñ ſufficiat ad peccatū.

## De iuramento dubio, ſiue de iurante in dubio. Cap. 6.



Digitized by Google

AD ſecundum quæſitum, an adducens Deum in teſtem modo prædicto ad aliquid quod credit eſſe verũ, licet nõ ſit, puta ad aliquid de quo habet aliquam opinionem, & magis aſſentit illi parti q̃ alteri pro qua iurat, ſi peccet mortaliter an non? Dicimus, ꝙ ille cui iuratur aut cõcipit ex lege poſitiua vel ex cõſuetudine iuramentum tanq̃ ſimpliciter aſſertiuum iurat, aut non tanq̃ ſimpliciter aſſertiuum, ſed tanq̃ probabiliter inductiuũ ad credendũ iurato. Primo modo dico ꝙ iurans qũocunq; dubiũ, hoc eſt quod non eſt ſimpliciter certũ mortaliter peccat, quia ad confirmandum illud quod aſſerit ſimpliciter eſſe certum & verum inducit Deum teſtem. Cum tñ illud non ſit ſimpliciter certum. Et ſic debent intelligi oĩa iuramenta illorũ qui iurãt in iudicio, per quorũ teſtimonia conſueuit ferri ſñia, qualis non deberet ferri niſi illud eſſe ſimpliciter certum & verũ, verbi gratia ſñia mortis non debet ferri, niſi pro crimine certo, igit̃ iurans illũ criminoſum, cũ non ſit certus de hoc, quantumcũq; coniecturet eum eſſe talem probabiliter, & iurans hoc in tali foro, vbi ex lege poſitiua, vel ex cõſuetudine ſequitur condẽnatio ad mortem, peccat mortaliter. Similiter in foro quocũq; vbi ex hoc ꝙ aliquis conuincitur per iurantes condẽnatur vt re⁹ ſimpliciter, ibi. n. non tantũ ſit irreuerentia nomini domini cõtra præceptum primæ tabulæ, ſed etiam quid pernitioſum, quia nociuum proximo. SALO. Videt̃ hoc eſſe vtile reipublicæ. Nam mali puniuntur & boni exaltantur, aliter nimis præ multitudine malorum

*Nota qñ qs peccat mortaliter in iurando quod ſibi non eſt certũ*

*Obiectio.*

eſſemus oppreſſi,& ideo videtur illos non peccare ſi impij vel mali per hãc viam & modũ puniant. DA. Recordare fili ꝙ ꝑ os tuũ Deus locutus eſt,& ad hoc rñdet dicens,iuſte quod iuſtum eſt exequeris, ſunt enĩ quædam mala q̃ nõ ſunt ꝑ hoĩes punienda,ſed vltioni diuinæ relinquenda,puta oĩa illa quæ homo vt hõ non põt ſufficiẽter ſcire,& de qbus ſufficienter nõ poteſt docere veritatẽ,eo modo quo doceri deberet,ad hoc ꝙ iuſte ferretur ſnĩa debite punitiua. Nec in iſtis culpabiles ſunt ſoli teſtes,ſed etiã iudex.Si aũt lex poſitiua vel ex cõſuetudine habeatur, ꝙ iurans nõ tenet̃ deponere de certitudine,ſed tantũ de credulitate,quia iuramentũ habetur pro credito,non aũt ſimpl'r certo, tunc iurans non peccat,dũmodo ex ſignis ꝓbabilib⁹ cõiecturet magis partẽ illã q̃ꝫ alteram, vt ſacræ leges teſtãtur. Et in collegijs,& ciuitatibus,& religionibus ſeruatur qñ fit aliqua electio, & teſtes examinantur cũ iuramẽto de idoneitate electi,qui oẽs iurant per quãdam coniecturã,& ſic non peccãt,ſi ita tenent & credunt,licet aliter accideret. SALO. Quoties dixim⁹ nos breuiora rñſa tua & dulcia deſyderare cũ breuiora facilius memoria cõtineant̃,breuiora ſi placet expectamus hæc dicta. DAV. Et breuius dicã & facilius, ſic ꝙ ille q iurat de aliquo ſimpl'r aſſertiue, & tñ illud tale non eſt ſic verum,talis eſt piurus,& peccat mortaliter adducendo deum teſtẽ alicuius quod dicitur eſſe ſimpl'r & certiſſime verum,et tñ non eſt,& maxime qa à iudice ſic verba accipiuntur.Si autem iurat & ſuum iuramentũ non accipit̃ pro vero ſimpl'r, ſed tãtum cõiecturaliter,& ille q iurat ſic exiſtimat & coniecturat

Iurãs ſimpliciter eſſe uerũ & mentit̃ peccat mortaliter & eſt periurus.

eſſe,& pro ſacramento per coniecturā habetur, tunc nō peccat ſic iurādo. SALO. Oīa plene intelleximꝰ & diſtincte, ad reliqua cōuertatur ſermo noſter, de aſſertiuo & ꝑmiſſorio. DAV. Si de aſſertorio iuramēto loquamur, dicimus ſicut ſupra diximus in iuramento cōi, quod ſi iurat de aliquo fuiſſe vel eſſe vel ſimplr ſeu falſum, & tn̄ non eſt, ſiue iurat aſſertiue, & tn̄ dubitat, vtroqꝫ modo ꝑiurat & peccat mortaliter. Si autē loquamur de iuramento ꝓmiſſorio, & primo quantū ad iuramētum ꝓmiſſorium doloſum, qn̄. ſ. iurat aliqd ſe eſſe facturꝶ, & tn̄ habet oppoſitum in ipſo actu iurādi, peccat mortaliter, quia adducit Deum tanqꝫ teſtē ſui ꝓpoſiti de aliquo implendo, cum tn̄ intēdat oppoſitum. Si autē loquamur de iuramēto promiſſorio incauto primo modo, qđ. ſ. tranſit ſuper materiam omnino illicitam, vt ſi quis iurat ſe occiſurū, ſeu adulteraturum, ſi qn̄ iurat habet intentionē nō implendi illud, peccat mortaliter, quia deum adducit in falſi teſtimonium, ſi etiā habuit talē intentionē adimplendi peccauit mortaliter, quia velle peccare mortaliter, eſt peccare mortalr, talis igitur in ipſo actu iurandi oīno peccat mortaliter, verūtamen poſt iuramentū non debet actum illū adimplere, qm̄ peccatū peccato nō debet addere. Non. n. quia iurauit illicite, fit vlli licitum qđ prius fuerat illicitum. Si loquamur de iuramēto promiſſorio incauto ſecundo modo ꝙ tranſit ſuper aliquam materiā, quæ de ſe eſſet licita, ſed nō eſt materia iuramēti licita, vt quis obiuret opera perfectionis, in hoc ponit obicem motioni ſpūs ſancti, vnde tale iuramentum ſeruare vergit in peiorem exitū, & ideo poſt

Nota qn̄ qs in iurō aſſertorio ꝑiurat & pecat mortaliter.

Nota de iuramēto ꝓmiſſorio qn̄ qs periurat.

Nota de iuramēto ꝓmiſſorio icauto qn̄ ſit pctm̄ mortale.

Nota qn̄ iurans non manet obligatꝰ poſt iuramētum.

Digitized by Google

actum non eſt obſeruandũ quod iuratur, licet.n.abſolute nõ facere opa perfectionis liceat, non tñ licet habere fixũ velle nunq̃ facere opera perfectionis, quia hoc eſt habere velle fixũ contra motionẽ ſpũs ſancti, in his duobus iuramẽtis.ſ.doloſo,& incauto, duobus modis prædictis patet q iurãs non manet obligatus ad implẽdum quod iuratur poſt iuramẽtũ,ſed in actu iurãdi peccauit mortaliter. Poſſet poni aliud iuramẽtum incautũ qñ aliquis iurat ſe facturũ aliqd quod nõ poteſt facere,licet quum iurat, putat ſe poſſe illud facere,& quãtum ad hoc iudicãdum eſt ſicut de iuramẽto in cõi,quia ſi poſſit in futurũ,ſi nõ,excuſatur in fauorem. Si loquamur de iuramento coacto coactione,q̃ poſſit cadere in cõſtantẽ virum,diximus ſi recte meminiſti ſi coactio ſit abſoluta,qua qs totaliter cogit̃ corporaliter ad aliquid faciendum, ſi aliquid facit conſtrictus tali coactione,dummodo non conſentiat,ſic nõ peccat cõtra Deum,ſi vero coactio ſit cõditionata, qua qs cogit̃ vt de duob⁹ vnũ eligat,hæc coactio non excuſat à mortali in peccatis,ſi illa opera materialiter ſit peccatum mortale. Si vero de iuramento ꝓmiſſorio dicamus,quod quidem caret his tribus circũſtantijs,dolo, incautela,& coactione,obligat iurantẽ ad nunq̃ habendum oppoſitam voluntatem ei quod iuratur. Et licet differat adimplere illud ꝑꝑ circunſtantias ꝑꝑ quas videtur rõnabiliter illud differendum, nõ peccat,ſed tunc eſt primo periurus,qñ habet voluntatem non implendi illud quod iurauit, quia tunc vult Deum primo fuiſſe teſtem falſi. Ex quibus patere opinor quot modis,& qũo periurium ſit peccatum mor-

Nota quãdo iurãm incautũ qs facit ſit peccatum.

Nota q̃ coactio excuſat à peccato mortali.

Digitized by Google

Quotiẽs deꝰ adducitur ĩ teſtimoniũ falſitatis, totiẽs eſt peccatum mortale.

tale. Et ſic breuiter dici poſſet ꝙ quoties in iurando ſiue affirmatiue, ſiue negatiue, ſiue ſit iuramentum aſſertorium reſpectu præteritoꝝ, & præſentiũ, ſiue ſit ꝓmiſſorium reſpectu futuroꝝ, & contra veritatẽ adducitur deus in teſtem, qũocunqꝫ accipiatur iuramentum ſemper peccat mortaliter, quia adducitur Deus in teſtem alicuius falſi, & ſic fit irreuerentia nomini Dei, in vanũ illud accipiendo & adducendo in teſtimonium falſitatis, ac ſi Deus nõ eſſet veritas infallibilis, aut ꝙ neſciat veritatem, quod vtrumqꝫ eſt falſum & inconueniens.

## De frequentatione iurandi an ſit mortale. Cap. 7.

SALO. Mira videtur nobis, quæ & diſtincte, & rõnabiliter fuere de iuramento expoſita, duriuſcula tñ nobis appent qñ aſſidue nomen dei in teſtimonium, paſſim, vbiqꝫ, ab oĩbus ſectis & nationibus, in frequentiſſimo vſu habetur, & vt plurimũ ſolẽt iurare in veritatem homines, qui à noĩe dñi iurando abſtinent, & verba continent, quibus ſi toties mortaliter peccaretur plura eſſent mortalia, q̃ꝫ arenæ grana in littore maris, ſed vſqꝫ adeo in conſuetudinem hoc acceſſit, vt pro nihilo habeatur, dic igitur nunquid iurantes vt dictum eſt mortaliter peccent? DAV. Aliq̃ ſentiunt ſic ſi quis iurat per veritatem aut deum, ſi iuramentum illud habetur pro iuramento in veritate, & ille qui iurat ſic, intendit iurare, eſt peccatum mortale ſi periurat. Si vero illud non habetur pro iuramento, illi cui fit, & iurans etiam non ſic iurat, non ſit peccatũ mortale.

Digitized by Google

mortale. Tamen mihi videtur ꝙ quoties aliquis deliberate & ex toto cōſenſu iurat per Deum, ſiue per veritatem, vel per aliquid aliud, quod implicite vel explicite importat deum in teſtimonium & periurat, ſemp peccat mortaliter, adducit enim Deum in teſtē falſitatis, qui eſt prima veritas, & ſic fit irreuerentia nomini Dei, & adducitur vel tanq̄ mēdax, vel ingnorans. Si aūt eiuſmodi iuramentum non ſit ex pleno conſenſu, aut ex tota voluntatis determinatiōe, ſed potius indeliberate & ꝑꝑ malam conſuetudinem, aut corruptelā (vt rectius dicam) ſic non eſt peccatum mortale, quæ reſponſio ſatis videtur rationabilis.

Nota q̄ iurantes in cōi ſermone peccant mortaliter.

## An liceat ꝑ creaturas iurare ſine peccato. Cap. 8.

SALO. Et eſt, & rōnabilis videtur, quid tñ dicēdum eſt de ijs qui per creaturas vt puta filios, cœlum, & terram, & his ſimilia aſſidue iurant. Nunquid liceat ſine peccato iurare? DA. Iurare ꝑ creaturas poteſt aliquis tripliciter, aliq̄n fit per iprecationē, vt cum dicitur ita viuat filius meus, & iſta ratiōe inuocat creaturam ad teſtificādum, & ſic oppignorat creatura ipſi creatori, & hoc mō licet iurare, q̄m oīs creatura, licet ſit creatoris, tñ ſolatium eius nobis conceſſū eſt, & ꝑpea tāq̄ noſtrū deo oppignorare poſſumus. Aliq̄n iuratur per creaturas, & inuocātur in teſtem ſecundū ſe, & ſic non licet iurare. Nam ſic eſſet credere in eis eſſe aliquid numinis, rōne cuius veritas dici poſ-

Nota q̄ñ iurare per creaturas ſit pctm̄.



Digitized by Google

ſit & cõfirmari. Aliqñ inuocatur creatura in teſtẽ qm̃ in ea relucet diuinæ veritatis veſtigium, & ſic iurare ẽ per Deum iurare, qui relucet in ea, & ſic licet iurare, & per oppoſitum ſi ſit cõtrarium aliquo iſtorũ trium modorũ, eſt periurium, & eo modo eſt pctm̃, quo ẽ materia peccãdi. SAL. Nunqd neceſſe ſit qñ aliqs iurat vt vtat̃ his verbis formaliter iuro &c. DA. Nõ eſt neceſſe, ſed ſufficit ad veritatis confirmationem, vt interponat aliquis deum implicite vel explicite.

An uerba formalia ſint neceſſaria in iuramẽto.

## An idem peccatum poſſit eſſe contra p̃ceptum primæ & ſecundæ tabulæ. Cap. 2.

SALO. Notum eſt nobis hactenus, & ſatis plene conſtat quid ſit iuramẽtum de quo Deus in ſua reuelatione fuit locutus. Et quoties iurans decipiẽdo pximum piurium cõmittat, & quot ſunt iuramenti ſpecies, quibuſq; modis cõmittitur, necnõ q̃ ſit peccatum graue. Nunc exoritur difficultas, cũ per ſupiora fuerit nobis clarũ, quod periurium ſit contra primæ tabulæ præceptum, qm̃ periurium eſt quodam mẽdacium, & ita videt̃ q; eſſet cõtra præceptum tabulæ ſecundæ, videlicet. Non dices contra pximum tuũ falſum teſtimoniũ, hoc aũt rõnabile non videt̃, vt vnũ peccatũ numero ſit contra plura præcepta primæ & ſecũdæ tabulæ. Nam præcepta primæ, ad Deũ pertinent, præcepta aũt ſcdæ pertinent ad proximũ, & qm̃ omne peccatũ vel eſt cõtra Deum vel proximum, & ideo omne peccatum vel eſt contra præceptum pri-

Obiectio q; idẽ pctm̃ nõ poſſit eſſe cõtra plura præcepta.

Digitized by Google

mæ tabulæ, vel cõtra præceptum ſecundæ, & per cõſequens ſi hoc peccatum ſit contra præceptum ſecũdæ tabulæ, non debet eſſe contra præceptũ primæ. DA. Conſyderandum eſt fili benedicte, ꝙ in periurio poteſt aliquando eſſe duplex peccatum, & ꝑ cõſequens contra plura præcepta. ſ. mẽdacium tanq̃ materiale, & aſſumptio nominis Dei in vanum, hoc eſt nõ ſolũ includit mentiri, ſed ẽt irreuerentiam, & primũ. ſ. mentiri pertinet ad ſecundam tabulam, ſed ſcd̃m formaliter ad primã, quia irreuerentia prohibetur in prio pcepto. Præterea dicimus, ꝙ iſta duo. ſ. mentiri & irreuerentia poſſunt adinuicem ſeperari, & multoties ſeparantur, verbi gratia ſi aliquis dubitat de re aliqua, & ꝑ illa iurat, & ſic iurando non mentitur. tum quia nõ habet oppoſitum in mente, & res ſic ſe habet, licet nõ ſit certus vel ſaltem vbi iurans tenetur eſſe certus periuratur, ſi non eſt ita certus, & tñ non mentitur ſi res ſic ſe habet vt dixit. Et ꝑpea fili periculum eſt & magnũ equidem in frequentia iuramenti, ſine quo ſæpius non peccaret homo, & quo addito peccat. Quamobrem caueat vnuſquiſq; neq; velit iurare per cœlum, neq; per terram, neq; per templum, atq; per altare, imo neq; ꝑ capitis capillum. Sit oĩs ſermo veſter, eſt, ẽ, non, nõ, ſic etenim ſummus deus noſter expetit, & maxie caueat vbi nomen domini implicite ſignificatur vel explicite, & vbi proximus decipitur aliter in monte ſancto habitare non poterit.

In ꝑiurio ꝑt eſſe duplex peccatum.

## An quodlibet iuramentum ſit ſeruandum. Cap. 10.

SALO. Videntur verba tua ad finem tēdere, an defatigatus, nō ſperas plura dicere? in hac præſertim materia iuriſiurandi. Sed nobis remanet ſcrupulus qui non ſinit adhuc quieſcere, quo reſoluto nō puto aliquid obijciēdum huic materiæ. Dicas igitur benigne pater, an quilibet teneatur adimplere & ad effectum ducere aut efficere, quod iuramēto promiſit cū Deus ſit ductus in teſtem ne mentiatur. DAV. Videbantur illa ſufficere, ꝑpea ad finē noſtræ orationis verba mea videbantur tendere, ſed quis poteſt tuæ ſapiētiæ reſiſtere? quæ quotidie noua excogitas & noua petis, non poteſt fili defatigatio aut laſſitudo aliqua me continere, quin tuis votis & petitionibus non reſpondeam, & illis quoquo modo deus adiuuerit ſatiſfaciā. Circa materiam iſtam multa eſſent dicēda in particulari & notanda, ſed qm̄ materia eſt ſatis tedioſa & ampla, ad breuitatem me cōuertam, cuius ſapientes ſunt ſtudioſi. Loquens igitur de iuramento ꝓmiſſorio qd illud tm̄modo reſpicit futurū, & ea quæ promittūtur, dico ꝙ quilibet tenetur adimplere iuramentum quod

Nota quādo qs non tenet uel tenet obſeruare iuſm.

fecit, dūmodo non ſit. Primo cōtra diuina præcepta, immo tunc amariſſime tenetur pœnitere, & de peccato cōmiſſo pariter flere. Secundo ꝙ non ſit contra diuina conſilia. Tertio non ſit contra præcepta ſuperiorum & præſertim eccleſiæ. Quarto non ſit contra legem naturalem. Quinto non ſit contra propriam ſalutem. Sexto non ſit contra ſalutem corporalem. Septimo non ſit cōtra proximū, nec quo ad corpus nec

quoad aïam. Octauo non ſit cõtra bonum cõmune. Nono q̄ non ſit materia peccati mortalis, nec venialis. Itaq; iuramentum nullam contineat in ſe fraudem ſiue errorem, in oĩbus his non ſolum iurãs tenetur nõ adimplere, verum ẽt tenetur pœnitere & de cõmiſſo peccato flere. Etenim ſic iurãdo malefecit deum in teſtem adducendo alicuius mali faciendi quod eſt valde abſurdum, ſit itaq; iuſtum, oĩ diſcretione & ſapiẽtia factum, vt ſic in tabernaculo & in monte ſancto habitari poſſit.

## Pars Decima de iuſtitia & iniuſtitia cuiuſlibet contractus.

יהוה מי יגור באהלך מי ישכן בהר קדשך הולך תמים ופעל
צדק ודבר אמת בלבבו לאדגל על לשנו לא עשה לרעהו
רעה וחרפה לא נשא על קרבו נבזה בעיניו נמאס ואת יראי
יהוה יכבד נשבע להרע ולא ימר כספו לא נתן בנשך

Hoc eſt



Domine quis habitabit in tabernaculo tuo? aut quis requeſcet in monte ſancto tuo? Qui ingredit̃ ſine macula, et operatur iuſtitiã. Qui loquitur veritatem in corde ſuo. Qui nõ egit dolũ in lingua ſua. Nec fecit proximo ſuo malum, & opprobriũ non accepit aduerſus proximũ ſuum. Qui vilis reputatur in oculis ſuis, & abominatur ſeipſum. Timentes aũt dñm honorat ſiue glorificat. Qui iurat proximo ſuo & nõ decipit illum. Qui pecuniã ſuam non dedit ad vſurã. Ille dilecte fili habitabit in monte ſancto dñi in triumphãti eccleſia per ſempiternã glo-

riam,ille requieſcet in monte ſanctiſſimo,& oībus bonis opulentiſſimo,qui domini dei voluntatē adimplere nititur in reuelatis,& ſuperius expoſitis, & inſuper qui pecuniam ſuam non dedit ad vſurā,qui bona ꝓximi non deuorauerit, qui illius ſubſtantiam nō diſſipauerit,& deniq; ſanguinem illius non exhauſerit extraxerit(aut vera loquar)exuxerit.

Vnde rerum dominia fuerunt diſtincta. Cap.1.

SALO. Plena eſt vniuerſa terra huius peccati morbóſa cōtagione, quæ vſq; adeo creuit,vt in conſuetudinē ſit conuerſa,videaturq; licere id fieri quod vſura vorax hominū in mētibus merſa aſſidue varijs modis nititur ꝑſuadere, quæ quia varia eſt, multiſq; artificijs obrepere videtur,& latenter hominum mentes maculare atq; corrūpere.Nec te pigeat ad manifeſtāda hæc ſcelera latiſſime verba tua diffundere,vt paruula quæq; quilibet per tuā doctrinā poſſit cognoſcere,& cognita euitare, poſſitq; illis euitatis ad montē ſanctum venire,& qm̄ in his dicēdis nōnulla ſcire deſyderamus,ꝓpea liceat nobis illa p̄ponere,vt melius tuam abſolutā reſpōſionē valeamus attingere.Primo,cum in ſtatu īnocentiæ oīa fuerint cōia, & nullū vt patet diſtinctū dñium, vnde factum eſt vt rerū dominia ſint diſticta, ita vt hoc dicatur meum,& illud tuum?cum ſit ꝙ iure naturæ oīa ſunt oībus cōia. Secūdo ſi dñia rerum fuerunt ab aliquo diſtincta,quō iuſte talia dominia poſſunt transferri?vt ſi hæc poſſeſſ

Digitized by Google

ſio eſt mea,& volo ꝙ ſit tua, quomodo huius poſſeſ-ſionis dominium poteſt trãsferri. Tertio & vltiq̃ quõ res proximi iniuſte auferẽ, & cõtra voluntatẽ domini per vſuram detinetur: hæc ſunt quæ audire deſyderamus. DAV. Nec poſſunt bñdicte fili hæc paucis explicari verbis,& manifeſtari,præſertim ſi ad plenũ audire deſyderas,& ſolutionẽ habere,conabor tamẽ faciliori modo hæc ipſa colligere, & primo cũ quæris vnde rerum dñia ſunt diſtincta, an ſint iure naturæ cõmunia,& pariter in ſtatu innocentiæ. Rñdemus,ꝙ triplex eſt lex pro nunc,diuina,naturalis,& humana, ex lege diuina & naturali dñia rerum tẽporalium nõ fuere diſtincta,immo in ſtatu innocentiæ oĩa erant cõia. Et hoc in ſtatu illo maxime fuit cõgruũ, qm̃ vſus rerꝫ ſcd̃m rectam rõnem ita debet hominibus cõpetere, ſicut cõgruit ad pacificã conuerſationẽ et neceſſitatẽ, aut neceſſariã ſubſtentationẽ, in ſtatu ĩnocentiæ cõis vſus ſine dominiorꝫ diſtinctione ad vtrũq; iſtorꝫ plus valuit q̃ diſtinctio dominiorꝫ,quia tunc nullus occupauiſſet quod alteri fuiſſet neceſſarium,nec oportuiſſet per violentiã extorqueri,ſed quilibet hoc quod primum occurriſſet ſibi neceſſarium, ad vſum neceſſariũ occupaſſet,ſic etiam magis fuiſſet ad ſuſtentationẽ,q̃ ſi alicui præcluderet vſus alicuius rei per appropriationem factam alteri. Erant igitur in ſtatu innocẽtiæ oĩa cõia,neq; per legem naturæ, neq; per diuinam diſtincta erant rerum dñia. In ſtatu vero naturæ lapſæ illud legis naturæ præceptum fuit reuocatũ,& hoc rationabiliter ꝑpter eadẽ duo. Primo quia cõitas rerum oĩum eſſet contra pacificã conuerſationem,qa malus

In ſtatu ĩnocentie omnia erant cõia.

Quare in ſtatu innocẽtiæ oĩa erãt cõia.

& cupidus vltra ſibi neceſſaria occuparet, addẽs etiã violentiã alijs, qui vellent ſecum his vti, quæ ad neceſſitatem eſſent, vt habetur de Nẽbroth, qui erat robuſtus venator coram dño, ideſt hominum oppreſſor. Scdo contra neceſſariã ſubſtentationẽ. Nã fortiores & robuſtiores priuarent neceſſarijs debiliores & minus potentes. Dico igitur ad primum dubium, illã diſtinctionẽ non fuiſſe factam in ſtatu innocentiæ, neq; diuina, neq; naturali, neq; humana lege veluti nõ neceſſariã, ſed in ſtatu naturæ lapſæ, illud fuit reuocatũ, duabus iam dictis rõnibus. Et ſic facta diuiſio fuit dominiorum, nõ diuina, neq; naturali, ſed tm̃ humana lege iuſta ſiue lata fuerit à rege, ſiue à principe, aut à cõmunitate iuſte regnante vel regente. Et hoc modo probabile eſt factum fuiſſe. Nam vel poſt diluuium Noe filijs ſuis diſtinxit terras, quas ſinguli occuparent, pro ſe filijs & poſteris ſuis, vel ipſi de communi cõcordia inter ſe diuiſerunt, vt patet de Abraam & Loth, quãdo dedit Abraam ipſi Loth vtram partem vellet eligere, vt ipſe reliquam occuparet, vel lex promulgata à patre vel ab electo ab eis in principem, vel à communitate cui data eſt authoritas, quæ inquam lex fuit vel eſſe potuit, ꝙ res nondum occupata eſſet primo occupantis, & tunc poſtea diuiſerunt ſe ſuper faciem terræ, & ſic diuerſas plagas diuerſi occupauerunt, factum eſt quod erat commune, proprium per humanam legem.

Tm̃ humana lege facta eſt dñiorum diſtinctio.

De tranſlatione dominiorum. Cap. 2.

SALO-

Digitized by Google

SALO. Optime ꝑcepimus ad pacifi-
cam conuerſationem diſtincta rerum
dominia, & in ſtatu naturæ lapſæ, et le
ge humana, non naturali, nunc audire
deſyderamus, quõ diſtincta dominia
iuſte transferri poſſint, vt domus mea ſcdm rationem
& iuſte transferatur vt poſſit eſſe tua? DAV. Aduer-
tendum eſt, ꝙ dominium transferri intelligi poteſt, &
eſſe dupliciter, vno modo quantum ad dominium, vt
ſi res tranſeat ad dominiũ alterius, alio modo quantũ
ad vſum ſiue ius vtendi manente dominio apud eũdẽ.
Exempli cauſa hæc dom⁹ eſt mea, ſi volo ꝙ ſit tua du
pliciter poteſt eſſe, vel ꝙ ſit tua quantũ ad plenum do
miniũ vt poſſis illam vendere, donare, & deſtruere, vel
vt tm̃ habites, & vſum ad tempus habeas, hæc ãt trãſ
latio vel quo ad dominiũ, vł quo ad vſum fieri poteſt
vel publica vel principis, vel legis authoritate, vel au
toritate priuata ipſius domini imediate poſſidentis, vt
ſatis diffuſe probari poſſet, ſed tuæ ſapientiæ non eſt
opus, & ꝓpea breuitatis cauſa dimitto. Trãſlatio quæ
fit authoritate priuata illius imediate poſſidentis põt
eſſe dupliciter, vel per actum mere liberalem, vel per
actum ſecundum quid liberalem. Primus eſt qñ trans-
ferens nullam expectat retributionem. Secundus qñ
pro eo quod transfert expectat aliqd ſibi reddi. Qui-
bus intellectis, dico ꝙ dominus alicuius rei non pro-
hibitus à lege, ſiue à ſuperiore, à cuius voluntate depẽ
deat in dando, vel transferendo, vel donando, poteſt
donare rem ſuam alij volenti recipere. Hoc ꝓbatur.
Nam ex quo per actum voluntatis ſuæ fuit dominus,

Dominiũ põteſt transferri dupliciter.

A quo poteſt fieri trãſlatio dominii.

Trãſlatió capitur dupliciter.

ergo per voluntatem poteſt ceſſare eſſe dominus, & alius vult recipere, ergo põt icipere eſſe dominus. Et non prohibet aliqua cauſa ſuperior, iſtum deſinere, & illum incipere eſſe dominũ, ergo per donationẽ iſtã ſit vera & iuſta dominij tranſlatio.

## Quomodo aliquid iniuſte detinetur. Cap. 3.

EX hoc patere poteſt tertium dubiũ prĩcipale, ſiue quæſitũ. Nam vt dicit rectum eſt iudex ſui & obliqui, nam pp rectitudinẽ lineæ recte imediate cognoſcitur linea curua. Noſti fili, quod dicimus, & quod concludere nitimur, etenim ſi diſtincte cognoſcimus qũo aliquid poteſt iuſte donari & dñium transferri, tũc iuſte diſtincte & optime cognoſcemus, & iudicabimus, qũo aliqs vſurpat & diſſipat proximi ſui ſubſtantiam, aut retinet per vſuram, ſi ergo ad iuſtã donationẽ requiritur liberalis donatio ſeu tranſlatio ex parte donantis, & voluntas recipiẽdi ex parte illius cui ſit donatio, & libertas ex parte amborũ, huius ſcilicet donandi, & illius. ſ. recipiendi, hoc eſt ꝙ nulla lege ꝓhibeatur ſuperiori, iſte vel ille, nec ꝑ actũ alterius a quo depẽdeat in iſta trãſlatione, ſi ergo ad iuſtã donationẽ tria iſta ſimul reqrũtur, & vna deſiciente, donatio eſt iniuſta, & per cõſequẽs tenetur ad reſtitutionẽ, quæ tria hæc ſunt, videlicet. Primum, liberalis trãſlatio ex parte donantis. Scđm, voluntas recipiẽdi ex parte illius cui ſit. Tertium, libertas ex parte amborũ, vt nulla lege videantur prohibiti, nec ab aliquo ſuperiori, cui ſubſunt, ex quibus reſolutorie mul-

Ad iuſtã donationẽ qd requiritur.

Digitized by Google

ta ſequũtur correlaria. Ex primo ſeqtur, ꝙ ſi quis donauerit cauſa timoris, ne in iudicio infametur, vel extra, aut ne in bonis tẽporalibus dãnificetur, aut in ꝓpria perſona, vel aliquo ſibi propinquo &c. non donat liberaliter, & per cõſequens ille cui donatur, ad reſtitutionẽ tenetur ſi voluerit ſaluus fieri. Secundo, donans aliqd vt à morte liberetur, minime donat liberaliter, & iõ cui donatur ad reſtõnem tenet. Tertio, donans pro vſuris non liberal'r donat, & per cõſequens cui donatur ad reſtitutionẽ tenetur. Quarto, ſubditi & vaſſalli aliqd donantes ſuis dominis tẽporalibus, aut ſpũalibus, precibus, vel timore, vel quouis aliquo fine ducti, non liberaliter donant, & illi qbus donatur ad reſtõnẽ tenent. Similiter, donantes aliqd ſub ratione aliqua, puta pauptatis credentes illos eſſe paupes, aut ſuos eſſe cõſanguineos, & non ſunt, nõ ſimpl'r donant, & vt multa breui colligam, quicquid donat ſub aliqua ratione, & tamen non eſt ſic, ſicut ille credebat, non ſimpliciter donat, & per conſequens hoc ſcientes & recipientes tenentur ad reſtitutionem.

Donãs aliqd cauſa timoris aut alterius reſpectus recipiens tenetur ad reſtõnem.

## Quare qui donat non liberaliter donat. Cap. 4.

SALO. Et qs eſt hic & laudabimus eũ, qui in huiuſmodi luto non ꝓuoluatur, & maculetur? mundus ferè totus his furijs exagitatur, ſed vellem adhuc ſcire, quare iſti qui donant, nõ liberaliter donant? ſi ex his tot mala ſequũtur? DAV. Non donat liberaliter, qa ignorantia, & aliqualis coactio excludũt

Quare iſti donantes non liberaliter donant.

volũtarium ſimpliciter, vt oẽs ſapientes tenẽt, id enim quod ꝑ ignorantiã fit, nec fieret ſi inoteſceret, quodq; fit coacte minus, nam nõ facit illud volũtarie & libere, & quia in ſuꝑioribus caſibus oĩbus id accidit & fit, ꝑpterea non eſt iuſta donatio & liberalis mere. Itaq; quilibet detinens donata, vſurpatiue continet. SAL. Ratio hæc manifeſta eſt, & ſatis clara, & immediata. DAV. Ex ſecũda particula. ſ. ex volũtate recipientis ex parte illius cui fit, ſeqtur ꝙ nullus vouens votũ paupertatis poteſt recipe aliquid vt dñs. Nõ.n. põt iuſte velle, & quod recipit, non eſt ſuum cũ factũ ſit pauꝑtatis votũ, in particulari, & in cõi prohibetur ſibi iuſte dñium, et non eſt capax quo ad dominiũ, poteſt tamẽ de reb⁹ donatis libere ſimplicẽ vſum habere, ſine quo vita mortaliũ eſſe non poteſt, & pertranſiri. Ex tertia particula ad perfectã donationem requiſita ſeqtur, ꝙ nullus monachus poteſt ſine volũtate abbatis ſui donare, nec filius ſine patris volũtate, nec ſeruus ſine uolũtate domini, nec uxor ſine uiro, ſi non habeat aliqd præter dotem, niſi eleemoſinas, nec ſacerdos in noſtra lege ſine uenia aut licentia ſummi ſacerdotis, nec clericus inter chriſtianos ſine uolũtate ſummi pontificis, aut contra ipſius uolũtatem. Ratio eſt, qm̃ depẽdent à ſuorũ ſuperioꝝ iperio, nec illi q ſunt à lege prohibiti, ut furioſi, dementes, hæretici, cõmittẽtes crimẽ læſæ maieſtatis, donantes aliqd officialibus, aut illoꝝ qbus ſtatutũ eſt ſalariũ, aut ante, aut poſt depoſitum officiũ pro aliquo beneficio tẽpore adminiſtrationis præſtito, ſic & multa alia, quæ ex his colligi poſſent.

Nullus qui ẽ ſub dñio alterius poteſt aliqd donare ſine uoluntate illius.

Vnde donatio non eſt liberalis. Cap. 5.

Digitized by Google

SAL. Cur iſta donatio liberalis eẽ non poteſt cum ſit ꝙ libere donent? DAV. Non eſt liberalis, ſed coacta & iniuſta, qa ipſo facto à lege prohibet, & maxime poſt promulgationẽ, et hæc iam dicta ſufficiant quo ad actum mere liberalẽ. Scđa trãſlatio dici nõ poteſt mere liberalis, ſed ſcđm qd, etenim transferens expectat aliquid, quod æquiualet ei, quod transfertur. Et dicit̃ ꝓprie cõtractus. Nam in ea ſimul trahũtur volũtates partiũ, trahitur enim iſte ad trãsferendũ in alterum à cõmodo quod ab illo expectatur, vel expectat illud transferendum in ſe.

## Qui dicunt̃ contractus ſecundũ qd liberales. Cap. 6.

SALO. Qui ſunt cõtractus ſcđm quid liberales in quibus dñia transferuntur? DAV. Dicã, quidam ſunt rei vtilis pro re vtili immediate, ſicut vini pro frumẽto, & ſimilia, & hmõi cõtractus dicitur rerũ ꝑmutatio. ſ. do vt des, vel ſi des. Quidam ſunt rei vtilis pro numiſmate, vel ecõuerſo, qm̃. n. difficile erat res vſuales ĩmediate cõmutare, inuentũ eſt medium ꝑ quod talis cõmutatio faciliter fieret, quod quidẽ vocatur numiſma, vt bene nouiſti. Et dicitur cõmutatio numiſmatis pro re vſuali, emptio. Et cõmutatio vſualis pro numiſmate dicitur venditio. Quidam ſunt numiſmatis pro numiſmate, & dicit̃ mutui datio, & mutui acceptio. Ex hoc bene poteſt haberi cõtractuum iſtoꝝ ſufficiẽtia, ex parte rei à ſufficienti diuiſione. Nã

Quot ſũt cõtractus ſcđm qd liberales ĩ quibus transferrur dñium

Nõta vñ habetur ſufficiẽtia cõtractuũ ex natura rei

Digitized by Google

omnis cõmutatio rerũ aut eſt rei vtilis pro re vtili, aut vſualis pro re vſuali, & dicitur contractus cõmutationis, aut eſt rei vſualis pro numiſmate, & dicitur cõtractus vẽditionis, aut eſt numiſmatis pro re vſuali, & dicitur cõtractus emptiõis, aut numiſmatis pro numiſmate & dicit̃ contractus mutuationis. Sunt ergo tres cõtractus, vel quattuor, ĩ qb⁹ dñiũ trãsfert̃ in cõmutatione, vẽditione, emptione, & ꝑmutatione. Nã rerum ꝑmutationi corrñdet mutua vel ꝑmutata accõmodatio. Emptioni correſpondet cõductio. Vẽditioni locatio. Mutuationi vero nõ correſpondet aliquid ꝓprie in tranſlatione vſus rei.

## Qũo contractus iuſti vel iniuſti fieri pñt. Cap. 7.

CALO. Diſtincte ꝑcepimus quot ſunt contractus per actum ſcd̃m quid liberalem in quibus trãſfertur dominium, & qui illis correſpondent, dic rogo de ſingulis iſtorum contractuum, & ea rõne qua debent iuſte fieri, vt domini voluntas fiat, & ꝓximi bona iniuſte non capiantur. Nam his tp̃ibus malitia abundat, multiq; aut ſciẽter, aut ex ignorãtia, pauperum ſanguine ſatiãtur, & carnes illoꝝ rapidi vt canes comedunt, nec deum timẽt, nec homines verent̃. DAV. Fiat quod petis & libentiſſime, verumtñ quia contractus mutuationis potiſſime exercetur hodie in mundo, & inter oẽs eſt peſſimus, ideo ab illo capiam exordium. Sit in contractu mutuatiõis hec prima cõcluſio. Ad iuſte contrahendũ mutuũ oportet ſeruare

Quid requiratur ad contrahendũ iuſtũ mutuum.

Digitized by Google

æqualitatem ſimpliciter in numero, pondere & menſura, quibuſdã caſibus exceptis quorum fiet iferius documentũ & memoria. Et pro huius rei intelligentia notandum eſt, ꝙ vſura nunq̃ cõmittitur niſi interueniente mutuo expreſſo, vel palliato, aut interpretato. De eſſentia huius contractus mutuationis duo ſunt, prio ꝙ ſit gratuitus & nõ grauatiuꝰ, id eſt, ꝙ ſit gratis & ſine grauamine illius cui fit. Et nota quod dicitur in cõcluſione, vt obſeruetur æqualitas in numero, pondere, & menſura, vt iuſte fiat, & ad hoc tenentur non ſolum iudæi per ſuã legem, ſed & chriſtiani, vt habetur in lege euãgelica Lucæ. vi. c. mutuũ date nihil inde ſperãtes, ꝙ iudæi teneantur infra uidebimus. Secundum ad hoc reqſitũ eſt, ut contractus iſte ſit iuſtus, qđ per ipm contractũ mutui transferat̃ dñiũ rei mutuate à mutuãte in mutuatum, id eſt ab eo q facit mutuũ in illum cui fit, & hoc ſolum per tempus mutuationis, & ratio huius eſt, quia in tali contractu dñiũ transfertur, iccirco apud legiſtas dicitur mutuum, quia ex meo fiat tuum.

Duo ſunt de eſſentia cõtractus mutuationis.

Et ex hac diffinitione ſequitur hoc, quotieſcunq; deficit aliqua conditio, videlicet ꝙ æqualitas in numero, pondere, & menſura non ſeruetur, & per conſequens aggrauatur cui fit mutuũ, talis contractus dicitur vſurarius, & illud plus reſtituere tenetur, aliter dãnabitur, quia contra præceptum noui & veteris teſtamenti dicentis, date mutuũ nihil inde ſperãtes, & ideo in ſacris cõcilijs ſic diffinitur. Vſura eſt vbi amplius requiritur q̃ quod datur, vt ſi dentur decẽ aurei, vel modius frumenti, & ſic de alijs, & vltra ſortem quod alij capitale dicunt acceperis, vſurã perpetraueris, aut cõmiſeris.

Quotieſcunq; in contractu mutuationis non obſeruatur equalitas i numero põdere & mẽſura contractꝰ eſt uſurarius.

Digitized by Google

Et ideo in ſacris codicibus decretum eſt, quodcunq; ſorti accedit vſura eſt,& ad reſtitutionem tenetur qui accipit,aliter ſaluus eſſe non poterit.

## Non ſolũ in pecunia,ſed in omni re æſtimabili vſura committi poteſt. Cap.8.

SALO. Vellem ſi libet clarius declarari illud verbum quodcũq;, nunqd præter pecuniam vſura iudicetur, ſi aliquid vltra capitale recipiat? DA. Non ſolum vſura cõmittitur quãdo vltra ſortem pecunia recipitur, ſed oẽ illud quod pecunia poteſt exiſtimari aut æſtimari,& ſimpliciter prohibetur in vtraq; pagina. Nam illa dictio quodcunq; eſt nomẽ diſtributiuum,hoc eſt oẽ quod recipitur, ad innuendũ ꝙ ſiue exigat genus,ſiue ſpeciem,ſumendo genus & ſpeciem eo modo quo iuriſtæ accipiũt,ſemper vſura cõmittitur,& ideo cum genus dicatur omne illud quod conſiſtit in numero,pondere,& menſura,ſequitur ꝙ ſi tu mutuaueris centum,& voles tibi reſtitui centum & decem,aut quid vlterius,vſurã cõmittis,& reſtituere teneris quicquid vlterius acceperis,aliter dãnaberis,dicit.n. Deus nihil inde ſperantes.

Vſura nõ tñ conſiſtit i accipiẽdo pecuniã ultra ſortẽ,ſed in omni re aliquo ꝑcio æſtimabili.

Quid eſt genus ſecundũ legiſtas.

## An liceat alicui dare ad vſuram. Cap.9.

SALO. Nunquid viduæ,& pupilli poſſint dare mutuo , vt aliqd inde habeant ad vitam ſuſtentãdam, vt ſaltem quinq; addantur ſorti ex cẽtenario. DAV. Bene licet fili, & abũdanter licet ex lege

diabolica,

Digitized by Google

diabolica, quæ & viduas & pupillos ducit ad inferos,
ſed ſcd̃m legẽ dñi Dei noſtri nemini licet, non viduis,
non orphanis, non pupillis, non cuiuſcũq; conditio-
nis, aut qualitatis ſit viuens in fide & in lege, imo ſi ex
centũ milibus nũmoꝝ minimũ reciperet obolum aut
pecuniolam, aut aliqd vltra, cõmittit vſurã, & ex man
dato Dei reſtituere tenetur. Similr ſi quis mutuo dede
rit decem libras piperis, vel croci, aut tres mẽſuras fru
menti, vel aliqd aliud quod in mẽſura cõſiſtat, vt oleũ,
uinum, in numero, ut pecunia, in põdere, ut aurum et
argentũ, ſi quid ultra receperit uſura eſt, et reſtituere te
net, aliter non habitabit in tabernaculo ſancto dei, et
ſimiliter nec ſpeciem poteris recipere ultra ſortem.

Nemini licet fœnerari ex lege diuina.

## Quid per ſpeciem ſecundum legiſtas intelligatur. Cap. 10.

SALO. Cum diuerſi diuerſa ſen-
tiant in hoc nomine ſpecies, quid
per ſpeciem intelligere debemus
hic præſertim. DAV. Species eſt
oĩs res quæ ꝓmutatur non nume-
ro neq; pondere neq; menſura, vt
aĩalia, domus, poſſeſſiones, & aliquid ſimile, et ideo be
ne ſequitur ꝙ ſi mutuaueris alicui centum, & volueris
vt vlterius tibi detur domus, ager, aut vinea, aut vt co-
lat poſſeſſiones tuas, vel quid aliud ꝑꝑ mutuũ, vſuram
cõmitis, nam vltra ſortem ratione mutui accipis. Itaq;
eſca vſura eſt, veſtis vſura eſt, & quicquid ſorti accedit
vſura eſt, & rõ manifeſta patet, quia oẽ illud pro pecu



Digitized by Google

nia habetur,cuius præcium pecunia poteſt mẽſurari. Propterea ſi pecuniā dederis pacto interueniẽte,vt recipiens ad trapetū,molẽdinū, furnū,ipothecas, ſcholas,& alia his ſimilia ꝓ cōmodātis qualitate & recipiẽtis neceſſitate ſi cui datæ ſunt mutuo pecuniæ, ꝑꝑ maiorem diſtantiam patietur maius diſpendium,vel non ſit ita plene ſatisfactus, vel quia libertas tollitur,vſura eſt,& reſtitui debet. Præterea ſi rõne mutui ab aliquo principe vel domino officium acceperis,teneris illud reſtituere. Similiter in alijs vſurā cōmittis. SAL. Durū videť apud oẽs,ſi qđ officium ſuſceperi mihi cōceſſum & illud mereor,hoc eſt à viribus meis non alienū quod nunq̃ȝ ſperaui,nec etiam ꝑꝑ hoc,illud mutuū feci,quo iure videar teneri ad renuntiandum & reſtituẽdum. DAV. Aduerte quod dixi,ſi quis mutuū dederit ꝑꝑ officium,hoc eſt ea mente & aīo,vt officium ſic aſſequeretur,at ſi cōmodauerit pecuniam gratis minime cogitās de re illa,& qui pecuniam acceperit mere voluntarie & gratis non exiſtimans ſe obligatum donauerit tale officium,non tenetur renūtiare accipiẽs.

Obiectio.

Preterea dicam tibi aliud,ꝙ ſi res quam accepiſti pro vſura eſt de ſe fructifera,non ſolum teneris ad illius rei reſtitutionẽ,uerū ēt ad omnes fructus collectos,deductis tamen expenſis moderatis. Ratio eſt quia fructus non ſunt rerum tuarum,ſed alterius dñi,immo vlterius dicam,vſurarium teneri ad omnia damna quæ quis ꝑ vſura paſſus fuerit,vt ſi domum uilius uendiderit. Si aliam conduxerit. Si propter hoc ad alterius uſuram acceſſerit,in omnibus his caſibus cōmittitur uſura,ſub nomine expreſſæ mutuationis.

Nota ꝙ qñ res q̃ accipitur ꝑ uſuram eſt fructifera: non tm̃ tenetur ad reſtitutionẽ rei, ſed ēt ad fructus omnes.

Digitized by Google

## An per aliã perſonam liceat fœnerari. Cap. 11.

CALO. Sunt q̃ nec ipſi faciunt, ſed ſuã pecuniam alijs concedunt ut faciant, ut puta iudæis & alijs fœneratoribus, nunquid cum aliquid lucri inde acceperint, uſurarij ſint aut uocari debeant?

DAV. Hi non ſunt uſurarij in primo fœneris genere, ſed in ſupremo & excelſo loco & monte uſuræ poſiti, nec ſunt uocãdi uſurarij, ſed ipſa uſura, aut uſurariſſimi, quia nõ ſolum ipſi fœnerant & fœnori dãt pecunias ſuas, ſed ad fœnerãdum & fœnori dandum alios inducunt, ut bona pauperum ſine ulla pietate & miſericordia deuorent & conſumant. Et hebræi per legem moſaicam expreſſe tenentur non fœnerari, vt videbimus cum fuerit opus. Et propterea dato ꝙ chriſtiani pecunias dent iudæis, vel aliqui gentiles, nihilominus nec iudæi, vt non committant vſuram & contra ipſorũ legem facere poſſunt. Nam gẽtiles per legem naturæ tenentur non fœnerari, iudæi & per legem naturæ, & per moſaicam ſpecialiter prohibentur, chriſtiani neq; per legem naturæ ſolum prohibentur, aut per legem noſtram quam ipſi affirmant & tenent, ſed etiã per euangelicam legem explicite & apertiſſime prohibentur, & ideo maxime ſunt vſurarij qui alios inducunt ad ſcelus hoc perpetrandum. Immo ſi gratis alteri mutuaret aut mutuo daret pecuniã nihil inde ſperans, ad hoc tamen vt poſſit ille fœnerari & diues fieri, in ſolidum tenetur ad reſtitutionẽ cum illo, nam qui cauſam damni dat, dãnum dediſſe videtur.

Oẽs gẽtes tenentur ad nõ fœnerãdũ aliqua lege.



Digitized by Google

## Quare teneantur ad reſtitutionem vſurarũ. Cap. 12.

SALO. Quo iure vſurarij tenẽtur reſtituere pecuniã, quam acceperunt? ſi illa eſt fruct⁹ pecuniæ ſui dñij & ſuæ rei, nõ vident teneri ad reſtõnem. Nam ſua ẽ pecunia et illoꝝ debet eẽ fruct⁹. DA. Tenẽtur bone fili ad reſtõnem qm̃ pecunia ex ſui natura nõ eſt fructifera, ſicut aliqua ex ſe germinãtia, ſed tantũ prouenit aliquis fructus ex alterius .ſ. vtentis induſtria. Sed induſtria ejus nõ eſt illius q pecuniã conceſſit, ergo ille volens pcipere fructũ de pecunia, vult habere fructum de induſtria alterius quam tamen nõ dedit ſibi ille alius ex hoc, quia accepit pecuniam ab eo, & ideo accipit quod ſuum non eſt.

Quare recipiẽs fructũ pecunie uſuram committit.

## Quibus rationibus vſurarij nituntur probare vſuram licere. Cap. 13.

SALO. Memini audiuiſſe ſæpius litigantes vſuram licere & ſic aſſerẽtes, nõ vſurpare aliena, nec ſubſtantiam pauperum deuorare, arguentes. Sic. Licet vnicuiq; in cõtractibus ſe indẽnem ſeruare, et hoc maxime, ſi ab illo cui mutuũ datur precibus inducatur, hoc autẽ facere nõ poteſt niſi accipiendo aliquid vltra ſortem, & hoc ex pacto aliter eſſet incertum. Præterea, dans voluntarie dat, quia nullus ad hoc illũ cogit, ſed voluntate ſua accipit pecuniam, & vltra ſortẽ reddit, & ſic poteſt dñium trãſ-

Digitized by Google

ferri in alterũ, ergo vſurarius aliena nõ accipit aut nõ habet. Præterea, aiunt iuſtum & æquũ eſſe dãnum creditoris ſibi recõpẽſari à receptore mutui, ſed præſtitor præter ſubſtantiã pecuniæ mutuatæ, ſibi ſubtrahit prædictæ pecuniæ uſum aliquẽ, q ſaltem poſſet eſſe ſibi lucroſus, ergo ultra ſubſtantiã pecuniæ mutuatæ debet aliquo modo diſcrete recompenſari, & ſic dicunt licere fœnerari & ultra ſortem aliquid accipere. DA. Rationes horum deuoratorũ recitatæ & plures aliæ, ſophiſticæ ſunt & apparentes, & ppea facillime ſoluuntur. Et primo ad primã, cum dicitur ꝙ unicuiq; licet in contractibus ſe indẽnẽ ſeruare. Dico ꝙ ille qui mutuo dat pecuniam ſuam, ſi ex illa mutuatione nullum patitur dãnũ, ſatis præſeruatur indẽnis, ſi pecuniã ſuã in æquali proportione & numero recipit. Nam vltra accipere nõ debet, aliter ſine aliquo ſuo dãno aggrauaret proximũ vltra ſortẽ recipiendo. Ad ſcdm cũ dicitur ꝙ dans volũtarie dat, nullus. n. ad hoc eũ cogit, ſed ſua volũtate accipit pecuniã & reddit vltra ſortẽ, ergo trãsfertur dñiũ. Dicimus ꝙ qui fœneratur pecuniam ab aliquo nõ mere & volũtarie accipit, ſed neceſſitate coactus, aliter ſi ſine vlla neceſſitate acciperet pecuniã, nõ poſſet eſſe ſine pctõ, & vt plurimum, mortali, & cum aliqualis coactio & ignorantia excludãt voluntarium ſimplr. Seqtur ꝙ ibi non transfertur dominium. Nam ad merã & liberalẽ donationẽ voluntas nullo modo coacta reqritur, ſicut eſt in ꝓpoſito, ergo non volũtarie donat neq; liberaliter, & per conſequens dominiũ non transfertur. SALO. Clarius ſi fieri poteſt benigne pater. D A. Fiat quod petis, pro

Digitized by Google

Ad iuſtã donationẽ tria requirũtur.

huius intelligentia eſt aduertẽdum ꝙ ad iuſtã & merã donationẽ tria requirunt, vt iuſte dñium trãsferri poſſit, quorũ vno deficiente donatio eſt iniuſta, & per cõſequens non trãsfertur dñium, videlicet, volũtas mere liberalis ex parte donãtis. Et voluntas recipiendi ex parte alterius. Et ꝙ non ꝓhibeãtur aliqua lege, neque dependeat vterqꝫ à voluntate alicuius ſuperioris cui ſubſunt, in dando vel recipiendo, ſed in noſtro caſu et à te poſito deficit prima particula, quia ille qui accipit non mere voluntarie donat vltra ſortẽ, ſed potius neceſſitate quadã coactus credens ſe obligatũ eſſe, & ex cõſequenti mera nõ eſt & liberalis donatio, ſic igit̃ nõ trãsfertur dñiũ. Ad tertium, cum dicitur æquũ eſſe & iuſtum, creditoris dãnum ſibi recõpẽſari à receptore mutui ꝑꝑ vſum pecuniæ ſibi detractũ qui potuiſſet eſſe lucroſus &c. & ꝓpterea debet diſcrete recõpenſari. Dicimus ꝙ ſi præſtitor aut creditor erat prius ex præſtita pecunia mercaturus, aut lucrum ex ea ſoluẽdo vel emendo acqſiturus, aut dãnum aliquod imminens ſaluaturus, et cum hoc pietate & inſtantia & ꝓcibus non cupiditate ductus tradidit pecuniã ſuam ſub tali cõditione, ut mutuũ recipiens teneatur ſibi ad intereſſe præfati lucri & dãni, tunc licite accipitur & recipit ultra ſortẽ, ſed prædictis conditionibus excluſis, ſi quando aliqd mutuatur, tunc non poteſt dici ꝙ ꝓſtitor ex ratione mutui ſe dãnificet in aliquo ꝓualẽti ſimplici & abſoluto precio pecuniæ mutuatæ, & ex hoc non poteſt amplius accipere, credo ſic patere ad ſecũdum & primum quicquid reſponderi poteſt.

Q. ſi licet accipere ultra ſortem.

De cõtractu uẽditionis quo ad eius iuſtitiã. Cap. 14.

Digitized by Google

SALO. Soluta vſurariorum cauillatione & verſutia, eorūq́ꝫ ſophiſtica argumētādi via, ad ceteros cōtractus venire deſyderamus. DAV. Poſtq̄ꝫ de contractu mutuationis eſt dictum, & ſatis bene dictum opinor, quando tuæ ſapientiæ fuit cōprobatum quo ad iuſtitiam illius, ſiue iniuſtitiam, dicendū videtur de contractu venditionis in quo nulli poſſit fieri iniuſtitia, & quæ ſunt in eo ſeruanda. Et propterea ponimus talem concluſionem. Domini rerum iuſte eas vendunt. Si ſine fraude ſeruent equalitatem valoris in venditis ſecundum rectam rationem. In hac diffinitione præintelliguntur conditiones ſuperius aſſignatæ, videlicet voluntas vendendi ex parte vendētis, & voluntas recipiendi ex parte ementis, & ꝙ volūtates eorum non ſint impeditæ ab aliqua lege, ſeu voluntate ſuperioris à qua dependeat illorum voluntas in vendendo, quia aliter cōtractus eſſet iniuſtus & nullus. Et præter has conditiones ponuntur aliæ ſpeciales, ad hoc vt ſit iuſtus venditionis contractus. Primo ꝙ ſit ſine fraude per quod excluditur fraus in ſubſtantia, quantitate, & qualitate. Vt ſi vendas modium frumenti Ioanni, ad hoc ꝙ ſit licitus & iuſtus contractus opus eſt ut in re vendita ſit obſeruata iuſtitia, non ſit fraus aliqua in ſubſtantia, ut ſi pro puro frumento uendas. Non ſit permiſtum aliquo ordeo uel re altera, uel quod uenditur ſub ratiōe frumēti non ſit aliqd aliud. Secundo ſi uenditur modius, nō ſit modio minus, aut iuſta menſura. Tertio ſi uenditur pro frumento perfecto, nō ſit corruptum, pariter de oibus alijs intelligas

Ad cōtractū uēditionis ut iuſte fiat qd requirit.

Contract' debet eſſe ſine fraude i ſubſta quātitate & q̄litate ad hoc ut ſit iuſtus.

Digitized by Google

quæ uenduntur. Secundo, ponitur in ea diffinitiõe ꝙ æqualitas ualoris eſt ſeruanda. Nãq; uelle uillius emere & carius uendere profecto uitiũ eſt, & hoc intelligo de re uili & cara quantum ad uſum humanũ, & iõ dicitur in definitione ſecundum rectam rationem, attẽdentẽ.ſ. naturam rei, in cõparatione ad uſum humanũ pp quem fit iſta uenditio. Debet in iſto contractu ſeruari æqualitas ualoris ſcdm rectam rationem, illa aũt æqualitas non conſiſtit in indiuiſibili, nam pẽſatio ualoris rerum uſualiũ non poteſt fieri à nobis niſi p coniecturam ſiue probabilem opinionẽ, & hoc nõ punctualiter ſed ſub quadã latitudine æqualitatis. Vnde paruus exceſſus æqualitatem illam non corrũpit, uerbi cauſa, petia hui⁹ pãni æſtimatur à mercatore expto ducatis decẽ, ab alio undecim, & ab alio duodecim, ita ꝙ ultimum præciũ eſt ducatoꝶ.12. & primũ decẽ, tunc dñs illius põt uẽdere illum pãnum ſalua cõſcientia uſq; ad ultimũ præcium.ſ. ducatoꝶ.12. quod ſi excesſerit latitudinem illã cõtractus ille iniuſtus eſt, & tenetur ad reſtõnẽ. Si igitur ad iuſtam uenditionẽ requiritur, illam eſſe ſine fraude in ſubſtantia, quantitate, & qualitate, & ut obſeruetur æqualitas ualoris ſecũdum rectam rationẽ. Sequitur ex iſta concluſione, ꝙ q uendit aquam pro uino.ſ. miſto, uel unam rem pro alia, cõmittit iniuſtitiam & tenetur ad reſtitutionem, qm̃ facit fraudem in ſubſtantia rei uenditæ, & decipit & dãnificat proximũ ſuum, & ſic deuorat ac diſſipat ſubſtãtiam aliorum contra domini uoluntatem. Nõ poterit igitur habitare in monte ſancto dñi neq; in tabernaculo illius eſſe. Secũdo ſequit, quicunq; frumentum, uinum,

Equalitas iuſti pcii in quo conſiſtit.

Primum correlarium.

Secundũ correlarium.

uinum, oleum, & his ſimilia uendunt & non ſeruāt debitam menſuram ſecundum conſuetudinem ciuitatū & locorum, ſiue conſiſtat in numero, ſiue in pondere, aut in mēſura, quoquo modo vocetur aut appelletur, talis contractus eſt iniuſtus, & tenetur venditor ad reſtitutionem. Non. n. ſeruat iuſtitiam in quantitate mēſuræ, & per conſequens damnificat proximū, & alterius rem accipit & diſſipat ſubſtantiam aliorum & cōſumit. Tertio ſequitur quicunq; vendit frumētum corruptum, vinum, vel oleum, aut aliquid vt bonū, quod eſt à bonitate remotum, talis cōtractus eſt iniuſtus, & vendens, ad reſtitutionem tenetur. Nam nō ſeruat rei venditæ qualitatē, & ꝑ conſeq̄ns proximū dānificat.

Tertium correlarium.

## An contractus iniuſtus ſit nullus in oī foro. Cap. 15.

SALO. Nunq̄d eodē modo dicēdum eſt de omni iudicio, ꝙ ita ſtricte cōtractus ſcinditur & eſt nullus, ſicut dixiſti, vellē ſcire in quo foro iſta locum hn̄t, in foro fori, aut ī foro poli. DAV. Quæ diximus & dicenda occurrent intelligant in foro poli, ſiue in foro cōſcientiæ. Nam in foro fori & litigioſo foro et cōtētioſo aliter eſſet dicēdum. Quia lex poſitiua ciuilis reſcindit cōtractum, ubi contrahens decipitur ultra dimidium iuſti præcij, & non aliter. Sed in lege canonica ſiue in foro cōſcientiæ cōdemnatur q̄libet excedens latitudinem iuſti precij, & ad illam reſtituendam tenetur, niſi contrahentes in illo contractu intendant ſibi inuicem dimittere quod latitudinem il-

Nota hāc differentiā inter ius canonicū & ciuile.

ſam exceſſit. Et ſi hoc fuerit mere liberalis dōatio nō eſſet obligatus ad reſtitutionem, tamē cōiter oīs vltra cōem exiſtimationem vel decipitur vel neceſſitatē ducitur, & per conſequens non excuſatur quin ad reſtitutionem teneatur. Et ratio eſt qm̄ qui occaſionem dāni dat, damnum dediſſe videtur, ſed defraudans illum in ſubſtantia, qui q̄dem putat emēdo accipere aliam ſubſtantiam, vel quantitatem aut qualitatem, qui putat accipere aliam quantitatem & qualitatem, dat occaſionem damni, quia ille non emeret niſi crederet aliā ſubſtantiam, quantitatem, vel qualitatem recipere, & p̄ cōſequens dānū videtur dediſſe. Sic igitur patet de contractu venditionis.

## Venalia taxatam habent æſtimationē. Cap. 16.

Nota hanc inſtantiā q̄a frequēter adducitur.

SALO. Miror aliquantulū quod dixeris. Nam vbiq; dicunt & affirmant, venalia non habere certam & præciſam æſtimationē (vt dixiſti ſcd̄m cōem exiſtimationem,) immo dicūt leges affirmare & velle ꝙ tanti res valeat quanti uendi poteſt, & per conſequens aſſerunt vnicuiq; licere rem ſuam vendere quocunq; precio poteſt. DAV. Illa legalis ſentētia res tanti valet quanti vendi poteſt, debet ſana mente intelligi, non ſic ex abrupto iudicari, & q̄uis in hoc multa eſſent dicenda, tria tn̄ in propoſito ſunt attendēda, vt illa regula iuris ſiue lex ſit vera. Primū, ꝙ non ſit aliqua neceſſitas ex parte vendentis, neq; ementis. Secundum, ꝙ non ſit ignorantia ex parte aliqua ſiue de-

Qn̄o itelligitur illa lex res tn̄ ualet quāti uendi pt̄.

Digitized by Google

ceptio. Tertium, quod non ſit corruptela ementium. Et ideo ſi aliquis vendit rem aliquam, & emens neceſſitatur illam emere, quoniam aliter non poteſt facere, emens vero ſcit illam tantum non valere, talis rem ſuam fraudulenter vendit, & tenetur ad reſtitutionem, ſimiliter ſi vendens intendit vendere rem ſuam, quia neceſſitate coactus aliter viuere non poteſt, vel quia in carcere uel alibi cogitur, ut neceſſario ueniat ad ſuæ rei uenditionē minoris quam ualeat. Emens tenetur ad reſtitutionē. Pari ratione, ſi emens uel vendens eſt ignorans, & vendit rem ſuam minus, iuſto, & emens cognoſcit id fieri ex ignorantia, tenetur ad reſtitutionem & è contra Simili modo, ſi fuerit corruptela, puta quia mercatores cōueniūt malitioſe & callide vt nullus emat niſi vnus ex omnibus, vt res ſuo modo emant & precio, tenentur ad reſtitutionē. Ad hoc igitur vt regula iuris vera ſit tanti res ualet quanti uendi poteſt, his tribus additis eſt limitanda, quibus concurrentibus tenet, at una iſtarū particularum deficiente nulla eſt, nec tenet, nec ualet, & per illam cōmittitur iniuſtitia & fraus, ut ſatis plene diximus. Et hæc de contractu uenditionis ſufficiant.

## De cōtractus emptionis iuſtitia ſiue iniuſtitia. Ca. 17.

GALO. Quid ſit emptionis cōtractus quo ad circūſtantias eius, iuſtitiam ſiue iniuſtitiā, et quid male ſentientes de illa lege, & quō eſt limitāda, bene percepimus nūc de reliquis aliquid audire deſyderamus? DAVID. De cōtractu emptionis ponitur



Digitized by Google

Ad cõtractũ emptiõis qd requiratur.

eadem concluſio vt emptor iuſte emat ſine fraude & ſeruet æqualitatem valoris in rebus emptis ſcd̃m re-ctam rationem, et ita obſeruetur iuſtitia in ſubſtantia, quantitate, & qualitate, & ſeruent ementes æqualitatẽ iuſti præcij in emendo ita ꝙ nõ diſcedant à latitudine infima iuſti precij ſcd̃m cõmunem æſtimationẽ, aliter tenẽtur ad reſtitutionẽ. Ex iſta concluſione reſoluto-rie ꝓcedentes, adducemus multa correlaria. Primum

Primũ correlarium.

quicũq; emit vnam rem pro alia, & ſic decipit vendi-torẽ in ſubſtantia, qualitate, & quãtitate, tenetur ad re-ſtitutionẽ illius, ergo quicũq; vendit vinũ, vel frumen-tum, & his ſimilia, vt corruptũ & tñ in veritate nõ eſt corruptum, & oẽs cognoſcunt non eſſe corruptionẽ in illo, ſed bonitatẽ cum ille ſit deceptus, qui accipit il-lud bonum pro corrupto, ſiue ſit deceptio in ſubſtan-tia, ſiue in qualitate, aut in quantitate, & in mẽſura, ac-cipiens vel emens tenetur ad reſtõnem, & contractus eſt iniuſtus & ſimilia correlaria ſequũtur quæ fuerunt in vẽditionis contractu. Secũdo ſequitur, ꝙ quicunq;

Secundũ correlarium.

emit aliqd minoris q̃ȝ cõis æſtimatio tenet, ille contra-ctus iniuſtus eſt, & ad reſtitutionẽ tenetur ad ſummã vſq;, & quantitatẽ iuſti precij, aliter in conſcientia nõ põt abſolui, vndecũq; neceſſitetur vendẽs, & ſi emens emit rem illam & deficiat à medietate iuſti precij, con-tractus reſcindit̃ & eſt nullus, etiam in foro contẽtio-ſo vt diximus. Tamẽ eſt aduertendũ, ꝙ licet permutã-tem & vendentẽ penſare dãnum ſuũ, non autẽ cõmo-dũ ipſius ementis, hoc dico etiã cũ illo cum quo per-mutat, & in caſibus vendẽdo & permutando. Sic in-telligo ſi qs indigeat re ſua, & ꝓpter magnã inſtantiã

Nota qñ reſcĩdit̃ cõtract⁹.

Nota qñ licet carius uendere tuta conſcientia.

Digitized by Google

inducatur ab alio vt vendat,vel permutet pro re alia,
cum poſſet ſe pſeruare indemnem , & ex venditione
vel ꝑmutatione multũ dãnificatur poteſt carius ven-
dere q̃ȝ alius , ſi ſine tali dãno venderet,vel ꝑmutaret.
Sed ſi emens magnum cõmodum conſequatur ex re
ſibi vendita,vel ꝑmutata, non poteſt carius vendi vel
ꝑmutari. Nam ꝓpter maius cõmodum qd̕ conſequi-
tur,nec res mea in ſe,pcioſior eſt,nec mihi melior, &
ideo non debet illi maius præmium apponere, ſecus
autem eſt qñ dãnificor,quia tunc eſt mihi precioſior,
licet in ſe non ſit. Cum iſtis cõtractibus cõueniũt mu-
tua accõmodatio,conductio,locatio, & conſimiliter
quãtum ad poſitas cõditiones,eſt ſeruanda iuſtitia, &
cõſyderãdo ibi ad vſum ſicut hic ad dñiũ. Et ſic patet
qd̕ dicendũ videbatur de contractibus emptionis, vẽ-
ditionis,& ꝑmutationis, & per cõſequens de contra-
ctibus illis corrñdẽtibus,vbi trãſfert vſus,retẽto dñio.

## De iuſtitia ſiue iniuſtitia contractus q̃ fit ad tp̃s. C.18.

CALO. Optime & diſtincte quidẽ ac-
cepimus,de cõtractu vẽditionis,& em-
ptionis,& mutuationis, deq; illoꝝ q̃d-
ditate,iuſtitia,& iniuſtitia,& de contra-
ctibus illis rñdentibus,in quibus trans-
fertur vſus retento dñio,quid dicendũ videtur? aut qd
ſentis de his qui vẽdunt rem ſuam,& non ſtatim reci-
piũt rei venditæ precium, & ſimiliter mutuãtes,ſed tẽ-
pus expectant,quid iuris de his cõtractibus qui quoti
die fiunt in frequentiſſimo vſu? DA. Dicimus q̃ præ-

Digitized by Google

Quid requiritur ad hoc ut contract⁹ ſit iuſtus qñ res uēdit̃ ad tps.

Prima regula q̃ requiritur in tali cōtractu.

Primũ correlarium.

ter illas conditiones quæ in reliqs contractibus requiruntur.ſ.ꝙ ſint ſine fraude &c. debent ſeruare æqualitatē valoris ſcđm rectã rõnem,& adhuc duæ aliæ cōditiones accedunt,vt talis contractus non ſit iniuſtus, neq; vſurarius.Prima vt vendentes non vendant tps, tempus enim nõ eſt ſuum.Secũda vt vēdēs non ponat ſe in tuto vt in pluribus, velut ſemper delucrãdo, & illum cum quo cõmutat vel vendit in dãno.Ex prima particula, ſcilicet ꝙ vendentes vel commutantes tempus non vendant,multa ſequuntur correlaria.Primo quicũq; uendunt rem ſuam ad tempus, uel ut dicitur ad credentiam,plus iuſto precio, ratione dilationis temporis,talis contractus iniuſtus eſt & vſurarius, iniuſtus,quia non ſeruatur æqualitas ualoris,uſurarius quia ibi eſt mutuum palliatum,uerbi cauſa hodie uendas modiũ frumenti tribus carlenis,& rõne dilationis ſex menſiũ,cõtrahis cũ Ioanne in quinq; vel ſex carlenis,contractus eſt vitioſus,nõ.n.ſeruatur æqualitas valoris rei venditæ quæ requiritur, vt cõtractus ſit iuſtus emptionis aut venditionis.Secundo dico ꝙ talis cōtractus eſt vſurarius.Nam ibi intercedit mutuũ interpretatum,ſunt etenim duo contractus venditionis, & mutui venditionis quidem,quia res vēditur & emptori ſtatim datur.Mutui vero,qm̃ ipſe emptor tenet̃ ſtatim dare precium rei emptæ & expectatur per mēſem vel annum, & idem eſt ſicut ſi venditor mutuaret precium rei emptæ pro quo mutuo non valet niſi decē, & rõne expectationis aſſequetur duodecim. Et ꝑpea vſura eſt,qm̃ rõne mutui recipiat vltra ſortem, & ideo tenetur ad reſtitutionem,tum propter iniuſtitiam,tum

etiam pp vſurã. Et ex hoc ſequũtur quaſi infinita cor- Correlarium ſecundũ con- tinens multa.
relaria, videlicet quicunq; vendit oleum, vinum, frumẽ
tũ, vel aliquid aliud ſiue ſit genus, ſiue ſpecies, ſiue con
ſiſtat in numero, aut pondere, vel menſura, quæ genus
vocant, ſiue non menſurantur vt ſunt animalia & poſ
ſeſſiones, q ſpẽs vocantur, & hoc ad tempus plus debi
to precio rõne dilationis, omnes hi tenentur & qcũq;
fuerit ille tenetur ad reſtitutionẽ, tum quia non ſeruat
æqualitatem iuſti precij, tum qa eſt mutuũ interpetra-
tum ſiue palliatum, & ex officina vſuraria. Horũ pri-
matũ tenent mercatores, nõ fideles, aut boni, ſed ĩfide-
les & mali q pertunt negociationem aut mercaturã
omnem, exercentes contractus quos qdem vocãt, ſto
cos, alij biſtratos, alij retrangulos, alij acciuamentos,
& cõmittit hic contractus, qñ res vltra preciũ iuſtum
vẽdit propter dilationem temporis. Deinde vero cũ
emptor egeat pecunia & non re vendita, reuẽdit rem
illam minoris q̃ valeat & ab eodem mercatore iterũ
emitur, & ſic duplici gladio configit pauperẽ, primo
venditionis, altero uel ſecundo emptionis. Secũda re- Secũda regula q reqritur.
gula ſiue conditio hui⁹ contractus, ad hoc ut ſit iuſtus
eſt, ut uendens ſiue cõmutans non ponat ſe in tuto de
lucrando ut in pluribus, uel ut ſemper, quia ut ſic con-
tractus eſt iniuſtus & uitioſus. Pro intelligentia huius, Nota hãc re- gulã & argu- mentũ qa ad multa ualet.
ut contractus manifeſtentur iuſti ne ſint an iniuſti, uel
uſurarij, ponitur talis regula & argumentũ à ſufficien-
ti diuiſione. Accipiatur feſtũ azimorũ in noſtra lege et
ſabbatum ſabbatorum, uel feſtũ natiuitatis Chriſti in-
ter chriſtianos, & feſtum Ioãnis baptiſtæ, & primũ fe-
ſtũ, ſcilicet natiuitatis uocetur. a. & ſcdm feſtum, ſcilꝫ

Digitized by Google

eſt Ioãnis uocetur.b. Tunc Ioannes cõmutat & dat rem ſuam Petro in.a.& eũ expectat uſq; ad.b. aut ergo Ioãnes erat uenditurus, aut nõ in feſto.b.ſi erat eã uenditurus, aut determinat precium qđ tunc ualet, & expectat uſq; ad maium menſem ſolutionem illam,& tunc miſericordiam illi facit. Nam ſupplet indigentiã proximi anteq; teneatur illam ſupplere, aut determinat precium plus iuſto in feſto natiuitatis,& ſic ẽ uſura,ut aperte declarant ſacri canones. Si Ioannes non erat uenditurus,ſed uſq; ad mẽſem maium ſeruaturus, qñ uideretur ſibi q; talis res eſſet plus ualitura,ut poſſit lucrari & ꝑpter inſtantiam reqrentis uẽdit illã. Tunc aut ponit precium determinatũ, aut nõ, ſi ponit ꝑciũ determinatũ, aut illud precium eſt tale quod ſecũdum rectum iudicium poteſt parum plus uel minus ualere, puta ſi eſt oleum & ſumma illius ſit in precio quinque aureorũ & dimidij,aut quiq; & ſex carlenorũ aut quattuor,tunc talis contractus non erit uſurarius, neq; iniuſtus,ut ſacri canones determinãt, & ratio eſt, qa dubium eſt ſit ne paulo plus aut minus ualiturum, & ſic cum uterq; ſit in lucro & damno in æquali gradu nõ cõmittitur fraus,ſi uero ponit ſe in tuto, id eſt q; ponit tale precium, quod ſcđm cõem exiſtimationem non poteſt plus ualere,ſed bene ualde minus,talis contractus eſt uſurarius. Nã ponit ſe in tuto de lucro,et illum cui uendit aut cum quo commutat in dãno, & ſic eſt cõtra ſecundam regulam,& in hoc concordant communiter ſacri doctores. Si uero non ponit preciũ, & erat rem illam ſeruaturus,ſed uult quantũ ualebit in tali tẽpore,ſcilicet.a. aut tunc ſcđm cõem exiſtimationem

Bñ nota hũc ꝑceſſum.

nem minus valebit q̃ȝ valet, q̃n illi aſſignatur, & ſic miſericordiam facit illi, puta ſi eſt frumentum & dat illud in natiuitate dn̄i, & illius ſolutionem expectat in menſe iulio quantum tunc valebit, in eo menſe cõiter frumentũ vilius venditur, talis contractus non erit vſurarius. Aut vult precium determinari pro tp̄e indeterminato, hoc eſt vt ſoluat ſibi quantum valebit in toto tẽpore vſqȝ ad talem diem q̃n carius venditur. Talis cõtractus eſt vſurarius quia ponit ſe in tuto de lucro, vt in pluribus & illum cum quo contrahit in damno. Et tunc habet illud pro ſe quod euenit vt in pluribus, & cõtra ſe illud quod euenit vt in paucioribus, & ſic ad reſtitutionem tenetur. Aduerte ꝙ cum oleum frumentum & vinum & his ſimilia decreſcant, illud quod decreſcit non poterit ſine vſura vendere. Similiter ſi neceſſarium pro eius conſeruatiõe vſqȝ ad illud tempus haberet aliquas expenſas faciendas, puta puluerizationis, aut locatiõis valorum, domoꝝ, & ſimiliũ, ſi ipſam non detraheret, eſſet vſura. Quam ob rem qui curam animaꝝ habent, enarrata ponderent et bene cogitẽt ne ſimul cum ipſis ruãt. Et ideo ſacri canones aſſerũt. Conſulte homines facerent, ſi à tali cõtractu ceſſarẽt cum hominũ cogitationes oĩpotenti Deo occultari nequeant. Et ratio q͞a magis ſunt contenti id expedire q̃ȝ periculo ſuo vſqȝ ad tempus illud ſeruare. Et vt plurimũ ſunt incerti ſi vſqȝ ad illud tp̄s erant ſeruaturi, cum videamus ꝑꝑ emergentia ſæpius ꝓpoſitum mutari. Et magis incertum eſt, q̃n non ponitur precium tunc, ſed vult quantum valebit in principio maij, vel in fine, aut in aliquo die feriato, cum certum ſit ꝙ totũ



Digitized by Google

vendere non potuiſſet in eo die tali precio, maxime ſi habeat quantitatem, & cõiter mutatur precium. Si ãt dicat vt ſoluat quantum valebit in madio ſic debet attendi precium cõe, nõ infimũ, neq; maximũ. Silr ſi qs vendit rem ſuam pro precio occurrenti, & ſi plus valet vſq; ad illud tp̃s ſolutionis & illud voluerit, ſi autẽ minus non, talis cõtractus eſt vſurarius, vt ſuperius dictum eſt. Cõſimiliter patet de iniuſtitijs in cõmutationibus, vbi fit tp̄is dilatio in recipiendo, eſt.n. iniuſtitia vendere tẽpus, uel ponere ſe in certo de lucrando uel ut ſimpliciter aut in pluribus. Conſimiliter in negotiatiua eſt iniuſtitia, ſi officiat rei publicæ actus eius, uel ſi ĩmoderate recipit à re publica ultra induſtriam, diligentiam, & ſolicitudinem ſuam, & pericula. Præter iniuſtitias iſtas particulares in cõtractibus iſtis uel commutatiõibus, eſt una generalis qñ aliquis uſurpat aliena dño ſimpliciter inuito. Et hoc tam dño proximo, q̃; remoto, niſi in caſibus præſcriptionis, & uſucaptionis, in iſtis aũt non eſt tranſlatio dominij ſcilicet in furto & rapina. Licet ſit uiolenta occupatio rei cuius eſt dominium, & iſta iniuſtitia eſt manifeſtior quacunq; alia, ubi propter ſolam defectuoſam conditionem eſt iniuſtitia in tranſlatione uel mutuatione ut in caſibus ſupradictis. Iã credo ſatis patere ex dictis largiꝰ enarratis, qũo committitur fraus atq; iniuſtitia in huiuſmodi contractibus, nec non qui uſurarij ſunt, & q ab uſura recedunt, & q̃; uarij ſint & diuerſi in numero uſurarij contractus, & iniuſti, breuitatis cauſa pertranſibimꝰ præſertim cũ ex iuſtitia iſtoꝝ cõtractuũ appareat iniuſtitia oppoſitoꝝ qm̃ rectum iudex ſui eſt & obliqui.

Digitized by Google

## In quibus caſibus licet ultra ſortem accipere. Cap. 19.

SALO. Ex multis audiuimus ī huiuſmodi contractibus ultra ſortem licere aliqd accipere, cum de iniuſtitia & iuſtitia cuiuſlibet cõtractus apertiſſime oſtenderis, admodũ deſyderamꝰ ſcire ſi in aliquo caſu liceat ultra ſortem aliquid accipere, ne ſit contra mãdatum dñi dei noſtri? DAV. In multis caſibus licet recipere aliquid ultra ſortem, ſed qm̃ ſatis ampla eſt hec materia, pro nũc duo caſus in genere excipiuntur, in qbus licet accipere aliqd ultra ſortem. Q̄nq; licet recipere ultra ſortem ex pacto. Q̄nq; licet recipere non ex pacto. Primũ poteſt eſſe tripliciter, aut rõne pœnæ cõuentionalis, dum tñ non fiat in vſurarum fraudem, verbi cauſa ego ĩdigeo pecunia mea ad mercandum, cõcedo tñ tibi ad certum diem adijciens conditionalem pœnam, nã niſi eodem die ſoluas, quia multum dãnificabor, ſolues poſtea tantum vltra, hæc pœna adiecta licita eſt, qm̃ licet me indẽnem ſeruare, ſic præmonendo illum cum quo contrahit. Signum aũt id nõ eſſe in fraudẽ vſurarum manifeſtum eſt illud, qñ mercator magis vellet pecuniã ſibi ſolui die præfixo, q̃ʒ in craſtĩo cum pœna ſibi adiecta, & per oppoſitũ eſt in fraudem qñ vult diem ꝓtrãſiri potius q̃ʒ pecuniam illo die perſolui. Secundum rõne intereſſe, debitor.n. ex cuius non ſolutione notabiliter dãnificatur, tenetur de iuſtitia ſatisfacere creditori de intereſſe, & licet creditor nõ poſſet habere actionẽ contra eum in foro exteriori, quia non ſunt pa-

In quibus caſibus licet ultra ſortem recipere.

Licet recipere ultra ſortẽ rõne intereſſe.

cta neq; iuramenta,tñ in foro conſcientiæ debitor te-
netur ſatisfacere vltra ſortem de intereſſe. Tertia con
ditio eſt,qñ illud capitale & illud ſuperfluum ponunt
ſub incerto,hæc ſacri canones manifeſte determinant
& ideo ſilentio prætermittenda iudico. Sine pacto et
licet,ſolus.n.animus ſine verbali pacto vel ſigno æq-
ualenti oſtendenti debitori,ꝙ mutuans non mutuaret
ſine ſpe lucri non facit illum recipientem vltra ſortem
ſine pacto habere alienum,nec teneri ad reſtitutionẽ.
Et hoc dummodo recipiens non recipiat illud vltra
ſortem rõne mutui,nec ille donat ex tali obligatione
credens ſe eſſe obligatum,ſed mere libere & ex amo-
re aliter teneretur ad reſtõnem. Ex hoc poſſunt ſequi
multa correlaria,multiq; caſus vt tibi patet,quæ breui
tatis cauſa pertrãſimus,ſatis.n.vt reor de hac materia
diximus. Et bene notandũ eſt,ꝙ cum pecunia habeat
aliquem vſum ex natura propria,vt puta ad videndũ,
ad ornandum,& ad oſtẽdendam potentiã ſuam tãq̃
diuitem,& ad illum finem poteſt locari pecunia,ſicut
æquus vel aliquid aliud,& pro vſu iſto retento domi-
nio recipere aliquid,& tunc ex toto eſt contractus lo
cationis,non aũt mutuatio ſeu mutui datio. Et ſic pa-
tet in quibus licet recipere aliquid vltra ſortẽ ſine vſu
ra. Tamen ſi fuerit animus mutuandi & tali modo lu-
crandi,ita ꝙ aliter nõ mutuaret,dato ꝙ ex tali mutuo
nihil lucri proueniat,tñ vſurarius eſt apud Deum, &
peccat mortaliter,licet nõ teneatur ad reſtitutionem,
qm̃ non habet alienũ ſed voluntas pro facto reputat
apud Deum,& peccatum formaliter & defectiue cõ
ſiſtit in voluntate. Sic igitur qui voluerit montem ſan

ctum habitare,pecuniam ſuam non det ad vſurã,neqꝫ proximum cupiat damnificare.

## De iuſtitia & iniuſtitia contractus ſocietatis.Cap.20.

SALO. Ad plenũ dicta videntͬ de cõtractibus donationis qui fit per actũ ſimplr liberalẽ emptionis, vẽditionis,qui fiunt per actum ſcd̃m quid liberalẽ,quoad eoꝝ iuſtitiam & iniuſtitiã,& de cõtractibus correſpondẽtibus in q̃bus trãsfertͬ vſus retento dominio, cum æqualiter currant,& de his in quibus transfertur dñium quocũqꝫ noĩe,de q̃bus ad plenum ꝓcepimus. Cum ſint pleriqꝫ qui pallio & ſocietatis noĩe multos cõtractus vſurarios valde palliate cõficiũt,vt vix eoꝝ aſtutia cognoſci poſſit,ꝓpterea de his nõnulla diſcutienda & declaranda occurrũt,benigne vt ſoles & audias & ſoluas.Primũ quid ſit iſta ſocietas ſiue contractus ſociationis.Scd̃m circa quæ poteſt fieri talis cõtractus.Tertiũ quot modis fieri poteſt iſtius ſociationis cõtractus,quibus habitis, facilius apparebit de iuſtitia & iniuſtitia & fraude quorũlibet cõtractuũ ſimilium. DAV. Per quã libenter fiat,& primo dicimus ꝗ cõtractus ſocietatis ſiue ſocietas eſt quedam finitas ſiue fraternitas, ſed pro huius ſolutionis declaratione duo ſunt aduertẽda,quæ req̃runtur ad rectitudinẽ huius ſiue de eſſentia huius cõtractus duo ſunt. Primum ꝗ ars & negotiatio circa quã fit ſocietas ſit licita & honeſta. Secũdum ꝗ æquitas ſiue æqualitas obſeruetͬ

Quid eſt contractus ſocietatis.

Quæ req̃runtur ad cõtractũ ſocietatis

oĩbus. Alias ſi iſta æquitas & æq̃litas tam in lucro q̃ȝ in dãno non obſeruetur nõ poteſt eſſe iuſta ſocietas. Et ideo ſicut inter fratres debet ſeruari æqualitas, ſic inter ſocios, ꝓpterea impium eſt inter eos cõmitti vſurã ſiue iniuſtitiã quod quidẽ qñ fit inter ſocios non ſeruatur æq̃litas, & iccirco notãdũ eſt ꝙ inter ſocios debet eſſe æq̃litas ꝓportionis. i. quãtitatis, non aũt ſemꝑ æq̃litas quãtitatis, ideſt ꝙ in lucro & dãno q̃libet habeat partẽ rñdẽtem ei quod in ſocietate poſuit, & ſi de hoc nihil aliud exp̃ſſum eſt quaſi hoc tacite inter eos actũ ſit, vt qui plus æris uel ꝑiculi ponit, aut ſuſtinet, plus etiam ſperet emolumenti.

## An ĩ cõtractu ſocietatis liceat recipe ultra ſortẽ. C. 21.

Quare in ſocietate licet recipe ultra ſortẽ non aũt in mutuo.

CALO. Quare licet vltra ſortem in cõtractu ſocietatis recipere & non in cõtractu mutuationis? DAV. Q̃m ĩ mutuo transfert dñium mutuatæ pecuniæ in accipiẽdo. Non aũt in ſocietate, ſed remanet dñium & periculũ apud dãtem. Et ideo ſi in ſocietate recipit aliq̃d vltra ſortẽ iuſte recipit, quia ex pecunia ſua recipit quæ in ſocietate in periculo ſuo manet. Non aũt ſic eſt de pecunia mutuata, cũ trãſeat in dominiũ alterius, & in illius periculo maneat, nam velle recipere aliq̃d ex pecunia mutuata, eſt recipere aliquid ex pecunia aliena, nõ aũt ſua, & hoc quantum ad primũ, in quo quærebatur quid ſit ſocietas aut contractus ſociationis. Quantũ ad ſcd̃m cum quærit circa quæ, poteſt fieri talis cõtractus ſociationis dicitur,

Circa q̃ pt fieri ſocietas.

ꝙ talis ſocietas poteſt eſſe circa tria. Primo circa oĩa

bona. Secūdo circa negotationē. Tertio circa vnā rem. Aduertēdum tñ eſt, ꝙ ſocietas nō poteſt fieri circa rem flagitioſam, & inhoneſtam, verbi gratia, quidā ponit pecuniam in manu mercatoris ſeu artificis, & mercator ponit operā ſiue induſtriā ſuam aut exercitium circa talē pecuniā, vel aliqs pōit pecuniā & operā, & alter operā ſolum, vel pecuniā ſolum, aut ambo pecuniā & operā vt ex tali negotiatione & arte habeāt lucrum, dico ꝙ ĩ oībus his cōtractib⁹ iuſte societas fieri pōt, tam de iure ciuili, q̃ȝ canōico, ſi ea q̄ ſunt de eſſentia & natura huius cōtractus obſeruētur vt diximus. SALO. His diſtincte intellectis, adhuc occurrunt nonnulla nobis dicenda. Primo nunqd rōne pacti licitū erit & iuſtū vt aliqs habeat de lucro & nihil de dāno, vel magis de lucro q̃ȝ id quod ponitur in ſocietate? DAV. Dico ꝙ nullo modo licet, quia ſocietas eſt quedam fraternitas & tale pactum eſt cōtra naturam, & ideo tenetur ad reſtōnem, & ad id in quo ꝓximū fraudauit ex pacto. SALO. An ille qui ponit operam tm̄, liceat facere pactum ꝙ. ſ. tantū vult & habere debeat certū pro opera ſua, & de dāno nihil vult ſentire an non? DAV. Talis cōtractus licitus eſt, quia non eſt cōtractus ſocietatis ſed locationis operꝝ ſuorum, & verū, niſi damnū contingeret ex dolo ſuo vel culpa, quia ſic non liceret. SALO. Ioannes tradidit centū ducatos Petro in ſocietatē, cū pacto ꝙ ſuū capitale vult eſſe ſaluū, de dāno nihil, ſed de lucro vult ſentire ad libitum ſocij ſui, quantum voluerit dare, nūquid iſte cōtractus ſit licitus? DAV. Breuiter dico ꝙ eſt ſimpl̃r vſurarius, et nullo modo licet, et quicqd ac-

An liceat in contractu ſocietatis eſſe in tuto.

An ꝓ opibus liceat in ſocietate aliqd recipere.

An in ſocietate liceat capitale eſſe saluū

cipit vltra ſorté tenetur reſtituere, vel in ſortē compu tare. Et rō quia idem eſt ac ſi mutuaret illa centum, & pro tali mutuo vltra ſortem aliqd habeat, licet illud plus ponat in poteſtate illius, qđ vſura eſt manifeſta. Et in hoc aduerte ꝙ ſi accipiens pecuniam in ſocieta tē nollet ſe piculo capitalis exponere, & quæreret ali= quem qui eum in tuto poneret, poſſet ille pro tali aſ= ſecuratione aliqd recipere ſine vſura, & maxime requi ſitus. Et idem dicerem de eo qui dat pecuniā in ſocie= tatem, ꝙ requiſitus à ſocio vt ſuſciperet in ſe periculū aſſecurando, qđ vltra ſocietaté poteſt accipere aliqd ex cauſa aſſecurationis, etiam ſi in ſocietate & nego= ciatione nihil lucraretur, & maxīe cū rogatur & à ſo= cio inducitur. Et ratio qm̄ licet pecunia illa ſtet in pe riculo illius ponentis in ſocietate, tñ illud periculum precio redimit, quod licet. Tñ duo principaliter req= rūtur ad hoc vt talis contractus nō ſit fraudulentus & vitioſus. Primū, ꝙ ſocius accipiēs mere voluntarie & libere velit & quærat hoc facere. Secundū ꝙ tantū plus poſſet veriſimiliter lucrari de tali ſocietate, vltra partē ſuam, quantū eſt illud quod pro tali aſſecuratio ne ſolueret cuicūq; cōiter, clarius & tutius eſſet ſi tātū acciperet pro aſſecuratione ab ipſo ſocio determina te, quātū acciperet quilibet alius qui eum aſſecuraret.

Pro aſſecuratiōe liceat accipe ultra ſortem.

Et in diuidendo lucrum prius ſolueret conuentū pro aſſecuratione, & quod ſupereſſet de lucro contigen= te ſibi, illud retineret. SALO. An ſi vidua vel pupil= lus det centum mercatori, cū pacto ꝙ ſaluum ſit ca= pitale, cum intentione tñ retinendi in ſe periculū ca= pitalis, ſed ſolum paciſcitur ne à mercatore decipiat, & vt

An ſola intentio recipiendi in ſe periculū excuſet.

Digitized by Google

& vt nõ pereat capitale ipſi mercatori, ſi ſine ſua culpa piret liceat ſiue licite poſſit facere, an non? DAV. Licet in hoc contractu non ſit vſura, ſed vera ſocietas, tñ videtur peccare mortaliter, ꝓpter mendacium ꝑnitioſum qꝑ dixit in ſui infamiã. Et ideo tenetur notam facere voluntatẽ ſuam, tum ratione ſuæ infamiæ, tum etiam ne forte morte præuenta hæredes vellent contractum in ſuo robore permanere. Non tamẽ tenetur reſtituere lucrum qđ inde habuit. Nam iſte contractus vt diximus, eſt vera ſocietas. SALO. Ioãnes dãns cẽtũ aureos mercatori, vt medietas ſit in periculo mercatoris, altera medietas in periculo ipſius tradentis, & tandẽ vterq; lucrant & perdunt, an ſit contractus vſurarius? DAV. Nulli dubium eſt eſſe vſurariũ cõtractum, qm̃ idem eſt ac ſi Ioãnes mutuo dediſſet Petro mercatori. 50. rõne talis mutuationis, mercator Petrus nullum habet ſalarium de induſtria & opera ſua pro reliqua medietate, & ideo idẽ eſt ac ſi diceret mutuo tibi quinquaginta nummos, & pꝑ tale mutuũ deduc mihi quinquagĩta alios aureos ſine aliquo ſtipendio, cum tñ talibus pro ſtipẽdio quartã partem ſoleat aſſignari, abſque hoc ꝙ in capitalis perditione abſq; culpa ſua facta nihil perdant, propterea talis cõtractus eſt vſurarius. SALO. Franciſcus ponit in ſocietate operã tñ, & petrus trigintã aureos ad tertiam partẽ lucri & dãni, hoc eſt ſi lucrati fuerint in ſocietate Frãciſcus lucrabitur tertiã. Si autẽ tota mercatura periret Frãciſcus tenetur Petro perſoluere viginti aureos, nam vult ꝙ illi viginti ſint ſalui, an talis contractus ſit vſurarius? DAV. Diximus ꝙ cũ ſocietas ſit aſ-

An liceat medietatẽ capitalis eẽ in tuto.

An aliquo modo in ſocietate capitale pcſſit eẽ in tuto.



Digitized by Google

ſinitas ſiue fraternitas, ſi vero debet obſeruari æquitas ſiue æqualitas, ita ꝙ vterqꝫ æqualiter ſtare debet in lucro et dãno, aliter nõ poterit eſſe iuſta ſocietas, ſi non ſunt æquales in lucro & dãno, hoc aũt non obſeruat in ꝓpoſito. Nam ſi mercator Frãciſcus recipiens pecuniã & ponẽs operã amitteret mercaturã, & ſic amitteret viginti aureos, & laborẽ ac induſtriã, & viciſſim Petrus nõ amiteret niſi decẽ aureos, qa non laborẽ & induſtriã, iſti nõ ſunt æquales in lucro & dãno, & per cõſequẽs nõ eſt iuſta ſocietas, ſed cõtractus vſurarius, palliatus, ꝓpter mutuũ quod interuenit in ſocietate, SAL. Licet ne facere tale pactum in ſocietate, verbi gratia, Ioãnes dat Petro centũ in ſocietate, tali pacto, vt ipſe habeat duas partes lucri & vnã dãni, vel duas dãni & vnam lucri an non? DAV. Breuiter dicimus, oẽ pactũ quod nõ facit deteriorem partẽ alterius arbitrio boni viri ita ꝙ qui plus poſuit plus habeat, licitum eſt, alias nõ eſt licitum, qa tunc nõ eſſent æquales ad vtrũqꝫ. SALO. Quidã ſub noĩe ſocietatis faciũt contractũ cõmiſſionis, vt quedam viduæ cõmittentes pecuniã ſuaꝝ dotium mercatoribus vel artificibus ad illoꝝ diſcretionẽ, quid cenſes de tali contractu, iuſtus eſt an non? DAV. Talis contractus poteſt eſſe vſurarius aliqñ, & aliqñ non, pro quo intelligendo aduertendũ eſt, ꝙ cõmiſſio pecuniæ duobus modis fieri poteſt, vno modo cum trãſlatione dñij in toto vel in parte, puta ſi fiat tranſlatio pecuniæ aut rei cõmiſſæ in dominiũ illius cui cõmittitur, & tunc pro pecunia ſic cõmiſſa quicquã ſperare non licet, ſicut alicui non licet de re aliena ſperare, qa mutuum eſt, & per conſequẽs

An liceat fieri pactũ de aſſecuratione.

An ꝓ cõmiſſa pecunia liceat aliqd recipere.

aliud accipe non licet. Scđo modo talis commiſſio fieri poteſt ſine trãſlatione dominij.ſ.qñ tota res commiſſa manet in dñio domini cõmittentis,& hoc modo ipſe committens poteſt ſperare mutuũ ſicut de re ſua,qa pecunia illa vel alia res commiſſa eſt,ſicut cõmittitur aliqd ſeruo vel miniſtro q negotiat̃ de rebus dñi ad illius voluntatẽ,& per cõſequens qđ accreſcit ſorti ſicut res ꝓpria iuſto titulo poſſidetur. S A L O. Quare licet nunc in pecunia ſic cõmiſſa accipere aliquid vltra ſortem & nõ in pecunia mutuata,hæc.n.videtur æqualiter currere prima facie. DAV. Magna eſt diſſimilitudo iſtoꝝ duoꝝ contractuũ. Nam in mutuo pecunia eſt in periculo accipiẽtis,cum ibi dñium transferatur,non autẽ ſic in contractu cõmiſſionis,qñ remanet in dñio & periculo tradentis,& ideo licet aliquid ſperare tãq̃ de re ſua, quod nõ eſt in mutuo vbi eſt aliena,& hoc eſt intelligendũ qñ tota pecunia eſt cõmiſſa & non eſt aliqua pars, quia tunc põt eſſe uſura ꝓpter mutuũ intercedens. SALO. Hæc reſponſio nobis eſt dubia & incerta,qm̃ de aliarũ rerũ cõmiſſione quæ fructũ pariunt,vt vineæ,& ager,poſſit aliquid ſperari,tamẽ in cõmiſſione pecuniæ quæ de ſe nullum parit fructũ non videt̃ aliqd poſſe ſperari,nec ſperatũ ſi accipit̃ iuſto titulo poſſe detineri,nam gratis nõ datur, nec labori proprio reddit̃, nec ꝓpter aliquã rem ꝓpriã recõpenſatur,et ideo videtur ſimpliciter iniuſte poſſideri. DAV. Nõ immerito circa hoc dubitatum eſt,videtur enim habere non parum apparentiæ dubitatum hoc,tamen ſic reſpondent ad illud, dicentes talem contractum eſſe licitũ, & ad argumentum dicũt,

Quar̃ magis in ſocietate q̃ in mutuo liceat aliqd recipere.

Obiectio.

ꝙ pecunia non parit pecuniam, neq; fructū imediate, ſed ex hoc quod qs emendo vel vendendo negotia-tur, & ideo talis excreſcentia lucri magis eſt de rebus, quæ per cōmiſſam pecuniam cōmutatione iuſta ſunt acquiſitæ. SALO. Videtur argumētum adhuc perſiſtere, licet enim pecunia de ſe nō eſt fructifera, ſed tantum lucrum prouenit ex induſtria mercatoris ſiue negotiatoris, ergo ſequitur ꝙ accipiens lucrum ex illa, accipit laborem & induſtriam alterius. DAV. Licet inſtantia videatur ſatis apparens, tamē de facili ſoluitur, ſi fundamentum huius contractus conſyderetur, ideo enim in contractu cōmiſſionis licet accipere aliquid vltra ſortē, quia in pecunia cōmiſſa dominiū nō transfertur, ſed manet, beneq; ſeruatur apud cōmittentem. Similiter & periculum, & qa per illam pecuniā quæ in periculo cōmittentis permanet aliquid lucro apponitur, ideo poteſt aliquid ſperare, & vltra ſortē ſine vſura, tanq̃ de re ſua, q permanet in periculo ſuo, & ſic patet reſpōſio ad inſtantiam. Si aūt in cōtractu tali miſceatur mutuum palliatum & ratione mutui in eo fiat potior cōditio mutuantis q̃ mutuarij, aut mutuum recipientis, ſemper pro tanto eſt ibi vſura, pro quanto ad rationem mutui veri vel interpretati fit potior conditio mutuantis q̃ mutuū recipientis. Et hæc eſt generalis regula, non ſolum in contractibus ſocietatis, ſed etiam in alijs contractibus, per quam regulam multi contractus poterunt diſcerni & diſſolui caſus vſurarij.

Obiectio.

Quot modis fieri poteſt contractus ſocietatis, C. xx.

Digitized by Google

SALO. Satis diffuſe itelleximus de pri-
mo & ſecūdo quæſito, quid ſit ſocietas
ſiue contractus ſocietatis, & circa quæ
contingit, dic de vltimo quot modis
fieri poteſt talis contractus, vt hec ma-
teria nulli ſit dubia? DA. Præter ea q̄ diximus hucuſq;
adhuc dicimus ꝙ talis contractus ſocietatis poteſt fie
ri circa animalia ſex modis. Primo, qn̄ animalia expſ-
ſe traduntur gratia ſocietatis contrahende, vel qn̄ li-
cet expreſſe non dicatur gratia ſocietatis dari, tn̄ taci-
te dantur ſocietatis cā, & hoc modo aliqn̄ contrahit
in animalibus groſſioribus, aliqn̄ vero in minutis. Pri
mo dicam, quot modis aīalia groſſiora dantur gratia
ſocietatis expreſſe vel tacite. SALO. Dicas quid in-
telligitur per animalia groſſiora, nā termini non ſunt
oībus cognti quos recitas. DAV. Dicam, animalia *Quæ dicūtur aīalia groſſiora.*
groſſiora dicuntur, quoꝝ fructus vlr non aſcendit ad
valorem matris in anno, vt ſunt iumenta, boues, & ſi-
milia, iſta igitur animalia aliqn̄ dantur æſtimata, aliqn̄
inæſtimata, aliqn̄ cum terra, aliqn̄ ſine terra. Quando
dantur æſtimata & ſine terra, tūc periculum caſus for
tuiti eſt cōe inter ſocios, & ſic pro parte dominiū ma
net apud tradentem. Et tacite ꝑ alia parte rōne cōio-
nis in illum cui cōicantur, & ſine traditione trāſfertur.
Et idem eſt ac ſi ille mutuaſſet precium medietatis ſo-
cio, & ipſe poſuiſſet aliam medietatem, & cōiter ab ip
ſis duobus eſſent empta, & ſic in ſocietatem poſita, &
ideo quilibet in periculo tenetur pro dimidio, niſi cul
pa vel dolo alterius eueniret, quia tunc ſolus culpabi-
lis eſſet. Aut periculum caſu fortuito & ſic erit cōe, aut

Digitized by Google

peremptio ſiue pditio venit ex natura rei. Et licet aliq dicant ꝙ periculum in caſu ex natura rei ſit ſolum ipſius dãtis animalia, tñ melius videtur quod ſit cõe. Nã ſicut vtilia naturalia & incrementa ſunt cõia, ſic ẽt & pericula naturalia debent eſſe cõia. Et ideo ſi pactum eſſet ꝙ periculum capitale nõ eſſet cõe, non erit licitꝰ in foro conſcientiæ, niſi in aliquo alio ille ſubleuetur, quoniam ſi altera pars in aliquo aggrauatur, contractus erit iniuſtus, & ideo arbitrio boni viri debet hoc iudicari, vt æqualitas obſeruetur, ex quo aduertẽdum eſt, quia cum animalia ſint cõia, & ſint æquales in periculo, cum ille puta ruſticus q recipit animalia ponat vltra medietatem capitalis, opera ſua, fructus non debent diuidi per medietatem, quia tunc ruſticus aggrauaretur, cum vltra capitale ponat operas ſuas, & contractus eſſet vſurarius ratione mutui interpretati, quia plus aggrauaretur. Qñ autem dantur inæſtimata & ſine terra, & tunc ſi nullum pactum ſit de capitali, aut fructibus, vel tempore, ſic debet fieri & obſeruari, ille qui accipit iumentum vel vaccam debet quinq; annos tenere, & oẽs pulli aut vituli ſiue filij ipſarum debẽt eſſe cões, & quicquid pulli acqſierint tpe triturationis, iumentũ vero vel vacca debet eẽ illius q eum poſuit in fine ſocietatis, niſi ille q dedit ad ſocietatem tertiam partem dederit ſocio. Nam ſi dedit tertiam partẽ, vacca vel iumẽtum in fine debet eſſe cõe, ita tñ ꝙ in conſcientia æqlitas obſeruetur, ita ꝙ q plus ponit plus habeat. Notandum eſt tñ ꝙ qñ animal datur inæſtimatum, non poteſt pactum geri licite quod periculum ſit alterius ꝗ̃ eius qui ipſum dedit, qa cum dictũ aĩal in

Digitized by Google

fine ſocietatis, deat eſſe ipſius exponẽtis, ſi pactum pōneret qđ periculũ nõ pertineret ad ipſum ponẽte eſſet iniquũ, et ſi ipſe pdit aĩal et ſocius operas ſuas, vñ ſicut emolumentũ ſiue augmentum pertinet ad dantem, ſic & periculũ pertinere debet, ſi vero dãs in aliquo plus grauaretur in aliquo, puta q̃a recipiens nollet teneri ĩ fine de dãno ipſius animalis, quod euenit ex culpa ſua ſed ſolum in parte cum teneatur in totũ, ſic poſſet in alio alleuiari quo ad periculũ ipſius animalis. Ex quo ſequitur correlarium, ꝙ qui dat animalia cũ pacto ꝙ ex primis fructibus capitale ſuum detrahat illicite facit, & tenetur reſtituere quicquid accepit in grauamẽ alterius ſocij. Nã ſocium in hoc grauat, ꝙ operas & expenſas quas fecit, ſi ſtatim extracto valore capitalis periret, ipſum capitale amiteret, & ſic eſſet ĩ tuto & ſocius in periculo. SALO. Dato ꝙ capitale non perit ſed cum tempore multum lucratus eſt alter ſocius, ad quam reſtitutionem tenebitur prædictus? DAV. Quãtum boni viri arbitrio æſtimabitur periculum perditionis operarum & expenſarum, quas perdere poterat. Sed qñ animalia groſſioris generis dantur cũ terra, exempli cauſa cõico ſocio vnum par boum cũ certa terræ quãtitate, quam debeat arare, & tunc ſi inæſtimata tradidi totum piculum ad me pertinebit. Si vero æſtimata periculum erit cõe, niſi eſſet culpa ſiue dolus alterius, quia tunc ad illum tm̃ pertinebit. Silr fructus terræ erit cõis, qñ æſtimata ſunt tradita. Et ratio eſt, quia vnus ponit partem boum & terram, & alter partem boum quam videtur emiſſe rõne æſtimatiõis & operas, & æquitas ſiue iuſtitia expetit, vt æqualiter

Digitized by Google

partiantur fructus. Non autē erūt cōes fruct⁹ qn̄ animalia dant́ æſtimata, & ratio eſt, quia alter ponit operas tm̄, alter animalia & terram, niſi opera illius tantū æſtimarentur quantū animalia & terra, qa tunc eſſent cōia. Et propterea arbitrio boni viri iudicandū erit. De animalibus aūt minutis, vt ouibus, porcis, capris, & ſimilib⁹, huiuſmodi animalia in trienniū debent dari, & ſingulo quoq; anno debet dare ꝑ capra duodecim formaticos optimos, & ꝑ pecude ſex nō tm̄ groſſos, quantū facerent viginti pecudes, nec tam paruos quātū facit vna mungitura vnius pecudis, ſed mediocres arbitrio boni viri, in fine vero capra vel ouis data erit ipſius tradentis ante omnia, niſi ille qui accepit ſoluiſſet tertiam partem prætij ipſius, qa ſic erit cōis, hedi vero & agni & lana erunt cōes. In porcis vero anni anno ſunt percipiendi porcelli, niſi ille qui accepit voluerit tenere vſq; ad tres annos, & in fine triēnij omnia debēt per dimidiū partiri, & etiam porcelli de porcellis nati, ſi tamen conſuetudo vel pactum aliud eſſet, vel æſtimata data eſſent, dicas vt diximus de aīalibus groſſioribus, vt omnino ſeruet́ æqualitas & iniuſtitia nulla fiat alteri ab altero. SALO. Satis diffuſe audiuimus, velis dicere aliqd obſecro de ſecundo modo cōtrahendi ſocietatem in huiuſmodi animalibus. DAV. contrahitur ſocietas ſecundo modo, ſic, dant́ animalia ſed non cōicantur, nec dn̄ium illoꝝ trāsfert́ ſed cuſtodiæ ſolum alterius committuntur, aliquo dato vel accepto precio, & tunc proprie eſt contractus locationis & conductionis. Si vero non interuenit p̄cium, ſed tradens dicta animalia recipit aliquid puta

pro

pro bobus vt arent, & pro pecudibus vt ſtercorent. Aut recipit ille cui traduntur pro mercede custodiæ aliquid, vel opera animalium vt ſtercoratio pro mercede cōpenſetur, qui oēs tres modi cōſyderari poſſūt vt in ſimili, vt in ſeruo ſic erit contractus innominatꝰ, & regulabitur ſcd̄m contractū locationis cui magis aſſimilatur. Cuius natura eſt, vt fructus & periculum ꝑtineat ad dominū rei locatæ & hoc de ſecūdo modo. De tertio modo ſic intelligendum eſt, dantur animalia & in totum transferuntur in accipientem, cum pacto ꝙ teneat ea ad meliorandum, & ſic meliorata cōmunicentur & ſic dicitur contractus innominatus, & ſi vendantur precium debet eſſe cōe, ſimiliter & fructꝰ & periculum ſicut vtilitas. Aduerte ꝙ hic contractus magis aſſimilatur contractui ſocietatis q̄ꝫ locationis, & ideo poſſunt intelligi in hoc ea quæ ſuperius diximus in primo caſu, qn̄ dantur inæſtimata vel æſtimata. Si vero melioramentum non ſequatur, credo ꝙ integra ad dominum tradentem ſunt reſtituenda, quaſi cā data & cauſa non ſecuta. Quarto modo dantur animalia, aliqn̄ æſtimata talr̄. ꝙ cōmodum & incōmodū ſint recipientis, & ſic reſultat contractus emptionis & venditionis, ideo ſi aliquid reciperet vltra precium rōne temporis eſſet vſura, niſi emptor animalium perceptis fructibus moram traheret in ſoluendo preciū, qa tunc pro intereſſe poſſet petere partem fructuū. Quinto modo dantur animalia vt cooperiantur ſiue vt cooperiant, puta taurus vel vacca & huiuſmodi, & contractus eſt innominatus, & ideo ad arbitrium boni viri reducetur, ne cū aliena iactura aliquis lucretur & di

tetur. Sexto & vltimo datur animalia, nec apparet an cauſa ſocietatis, an quõ mortuis principalibus, & tunc ſecundum conſuetudinem, aut vt conſuetum eſt talia dari, ſic exiſtimabitur vel ſi de conſuetudine nõ appareat, præſumetur contractus innominatus. Et ſic cenſebitur contractus ſocietatis: & per oĩa fiat de fructib9 & reliquis, ſicut ius ſocietatis exigit vel ſaltẽ receptori animalium fiat debita compenſatio ſecundum exigẽtiam ſumptuũ & laboris ſui, & hoc ratione mandati, ex quo per impoſitionẽ dñi paſcẽda ſuſcepit, ex prædictis igitur fili mi benedicte iã ſatis claret, quõ ſocietas ſit licita vel illicita, & quid dicendum de multis caſibus qui cum fere infiniti ſint, oẽs inſimul cõplecti nõ poſſunt. Aduerte tñ, ꝙ aliquando in ſocietate interuenit ratio mutui interpretati, puta qñ dantur æſtimata animalia, vel exigitur quod ſint ad periculum accipiẽtis contra naturam ſocietatis, & tunc ſi grauatur in aliquo accipiens propter hoc erit vſura. Siľr aliqñ cum ſocietate concurrit contractus locationis, & ꝑpea æqtas attendatur, & quod conuenit talis cõtractus vt ſic ſciat quilibet diſcernere quãdo æqtas eſt, aut iniquitas. SALO. Omnibus nobis hæc nota ſunt, amota difficultatis nebula, quõ ſubſtãtia pauperũ deuoratur per vſurariam prauitatem, nec non per iniuſtã vſurpationem & violentam, & quõ quilibet cõtractus poſſit iuſte vel iniuſte ꝑtractari & fieri, & per cõſequẽs à monte ſancto proſcribi qui talia facinora cõtra legem & magis voluntatem dei facere audẽt, diabolica perſuaſione decepti. Verumtñ ſunt qui manifeſte audent aſſerere hoc ſimpľr licere, nec contra legem Dei eſſe, nec

Digitized by Google

contra eius voluntatem,immo non verentur nec eru‐beſcunt dicere,legem diuinã & humanã hoc permit‐tere,ꝙ homines abhorrenti nomine vocãt fœnus & vſuram,& ſic argumentantur.Primo arguunt ꝙ non ſit pctm̃ fœnerari,& à lege diuina permitti.Certum ẽ ꝙ lex dñi eſt immaculata conuertens animas, quia ꝓ‐hibet omne pctm̃.Sed ſic eſt ꝙ in lege hebraica con‐ceditur aliqua vſura, patet deuterono.23.c.vbi dicitur non fœneraberis fratri tuo,ſed alieno,ꝙ ſi eſſet natura liter iniuſtum nulli fieri deberet, immo quod magis ẽ in præmium ꝓmittit̃ pro lege ſeruata,vt dicitur deute rono.28. c. Benedicet Deus cũctis operibus manuũ tuarum & fœneraberis gẽtibus multis, & ipſe à nullo fœnus accipies.Ergo ſequitur ad iſtorũ ſñiam ꝙ vſu‐ra non eſt cõtra legem diuinã hebraicam. Arguunt & ſecundo illud quod vergit in vtilitatẽ vtriuſq; par‐tis,ſcilicet mutuantis & mutuũ accipientis non eſt cõ‐tra charitatem,nec contra legem naturæ,ſed mutuum datum ad uſuram aliquando eſt ſic,ergo non debet eſ‐ſe contra legem naturæ.Et per conſequens licite fieri poteſt. Tertio arguunt.Nam ea rõne qua licet locare æquum vel domũ & vltra rem locatam licet accipere aliquid aliud pro locatione,ſic videt̃ licere locare fru mentum & pecuniam & aliquod precium vltra acci‐pere.Quarto quilibet poteſt accipere & licite rẽ quã dominus eius voluntarie tradit,ſed ille cui fit mutuũ, voluntarie tradit vſuram ſibi mutuanti,& trãſit domi‐nium eius in mutuantem.Ergo ille vſurarius licite po teſt recipere & tenere rem ſibi per vſurã traditam. Ar guunt & quito licet fœnerari rõne intereſſe,qm̃ æquũ

Quare nõ li‐ceat fœnerari cũ à lege diui ua ꝑmittatur.

Cum uergat in utilitatem utriuſq; quar non liceat fœ nerari.

Si licet loca‐re domum & aliqd recipere quare nõ pe‐cuniam.

Cũ dñs uolũ tarie dat qua‐re nõ liceat re‐cipere.

Cũ licitum ſit dãnum recõ penſare quar



Digitized by Google

*non licet reci pere ultra ſortem.*

eſt & iuſtum dãnum recompenſari illi qui patitur, ab
eo qui accepit mutuum, nam licet vnicuiq; ſe indem-
nem ſeruare, maxime ſi ab illo cui mutuũ datur preci-
bus inducatur. Sed mutuans præter ſubſtãtiam rei mu
tuatæ ſcilicet pecuniæ, ſubtrahit ſibi aliquẽ vſum pe-
cuniæ, qui eſſet vel ſaltem eſſe poſſet lucroſus, ergo vl
tra ſubſtantiam pecuniæ mutuatæ velle aliquo modo
recompenſari non eſt vſura.

## Cum permittatur à iure poſitiuo imperiali, quare nõ licet fœnerari. Cap. 23.

SExto & vltimo arguunt licitũ eſſe
fœnerari, nam ꝑmittitur à iure po
ſitiuo impiali, qui poteſt condere
leges, patet qa per leges ciuiles in
rebus humanis determinatur iuſti
tia, ſed ſcd̃m eas licet vſuram acci
pere, probãt hanc minorẽ per. l. eos. C. de vſuris. vbi
ꝑmittuntur vſuræ centeſimæ & quadrageſimæ. Cente
ſima aũt vſura eſt ſcd̃m glo. c. quoniam. xlvij. di. quæ
ſorti eqparatur in anno. Similiter patet vſuras eſſe ꝑ-
miſſas. per. l. vt patet in eoꝝ codicibus, ergo licite qs
poteſt illam accipere & habere, licitũq; eſt vſuram fa-
cere, tum qa non eſt cõtra legẽ moſaicam vt dixim⁹,
imo Deus vult eos præmiare. Tum quia non eſt con
tra legẽ naturæ, imo eſt vtile vtrique. Tũ quia licet ſe
ſeruari indẽnem in contractibus ſecundũ omnem le-
gem. Tum quia accipiens ad vſuram voluntarie dat
pecuniã ſuam mutuanti vltra ſortem, & trãsfertur do-

*Nota q̃d ſunt uſuræ centeſimæ.*

Digitized by Google

minium & recipiens efficitur verus dñs. Tum qa ſicut in cæteris locatis rebus licet aliqd pro locatione accipere, ſic licet mutuãti pro re mutuata ergo &c. DA. Magna eſt peruerſoꝝ cæcitas, qua ducũtur acutis argumentis vt valeant peccatũ excuſare. Iccirco ne cõcludere videantur, ſoluam & deſtruã. Deinceps oſtendam, q̃ꝫ ſit prohibitũ tale peccatũ arctiſſime, quibuſqꝫ legibus ordinatur, & ſtrictiſſime præcipitur & mandatur nullo modo licitum eſſe fœnerari, neqꝫ ſubſtãtias pauperum diſſipari & primo. Ad primũ cum dicit̃ in noſtra lege hebraica concedi aliquã vſuram vt patet per textũ Deutero. xxiij. c. Vbi dicitur non fœneraberis fratri tuo, ſed alieno, ex quo videtur iuſtum eſſe & ſcd̃m legem. Rñdeo ex quo in ſacra ſcriptura in hoc paſſu videt̃ & eſt contradictio immediate, debemus multum ponderare præfata verba. Nam hic ſpũs ſanctus per os meum expreſſe dixit ꝙ ille intrabit in mõtem ſanctum dñi qui pecuniam ſuam nõ dedit ad vſuram. Et per conſequẽs vſura hic prohibetur abſolute, & alibi in ſacra ſcriptura, vnde ĩ alio pſalmo ſpiritus ſanctus ait. Præcipita inquit dñe & diuide linguas eorũ, qm̃ vidi iniquitatem. Et ſubiũgit. Et non defecit de plateis eius vſura & dolus, ſi ergo ex vna parte præcipitur licitũ eẽ fœnerari, & ex altera parte ordinat̃ oppoſitũ, & non poteſt ſolui ſcriptura, oportet ſane igit̃ intelligere. Dico ergo ꝙ illa verba quæ addũtur non fœneraberis fratri tuo. ſ. ſed alieno, hoc quod dicitur. Sed alieno non eſſe de textu. Sed erat quædam antiquorũ hebræorũ gloſa qui à ſenſu cõtrario arguebãt dicentes deus p̃cepit nos non fœnerari fratri noſtro,

Cõfutatio aduerſariorũ de uſura.

Bñ nota qũo intelligitur dictũ ſacræ ſcripturæ.

Digitized by Google

ergo à contrario ſenſu debemus fœnerari alieno, & ꝑ tẽporis longitudinẽ & ſucceſſionem illa gloſula quæ erat in margine fuit introducta pro textu. Et ꝓpterea hoc in loco inuenitur cõtradictio in ſacra ſcriptura, ſed argumentũ à contrario ſenſu valet, qñ in ſacra ſcriptura non inuenitur oppoſitũ, ſicut eſt in propoſito, quia fœnerari nemini licet vt ſupra patet. Et hoc idẽ videtur eſſe de dilectione & odio. ſ. de dilectione amicorũ & odio inimicorũ. Nam videtur gloſa antiquorũ. Vñ arguebãt Deus præcipit nobis amicos diligere, ergo debemus inimicos odiſſe, ita ꝙ hæc cõſequẽtia non ſunt ſacræ ſcripturæ verba, ſed noſtroꝝ antiquorũ doctorũ gloſa antiqua. Et ꝓpterea dicunt chriſtiani Chriſtũ in euangelijs ſuis dixiſſe. Audiſtis quia dictũ eſt antiquis, ideſt ab antiqs, diliges amicũ tuum, & odio habebis inimicũ tuum, ego aũt dico vobis diligite inimicos veſtros &c. Dixit quia dictũ eſt ab antiquis ad innuẽdum illa verba non eſſe ſacræ ſcripturæ ſed doctoꝝ, ſic eſt in propoſito. Aliqui dicunt Deũ hoc feciſſe ad maius malum euitãdum, ſicut fecit de libello repudij, ne illas interficerent, ſic Deus videns iudæoꝝ auaritiã pronam ad fœnerandũ, permiſit ipſos fœnerari alijs gentibus, vt nõ fœnerarentur fratribus ſuis, quod maius malum fuiſſet. Tamen prima reſponſio magis ad propoſitum facit, & ſic patet vſuram nũquã à lege moſaica permiſſam ſed magis ꝓhibitam. Ad ſecundã rationẽ, cum dicit non eſſe contra legẽ naturalẽ, neq; cõtra charitatẽ, qm̃ multoties vergit in vtilitatem vtriuſq;. Dico ꝙ licet cõparatiue accipere ad vſurã ſit minus malum, quia in aliquo caſu minus

Digitized by Google

amittitur, vel etiam aliquid lucratur per pecuniã vſurariam, tamẽ ſimpl'r ſemper eſt malum, qm̃ ſemper eſt contra iuſtitiam, accipiẽdo per vſuram induſtriam & ſanguinẽ innocentis, & ideo ſimpliciter eſt cõtra charitatem & iuſtitiã. Cum teneatur mutuare gratis & ex charitate per legem naturæ, & tñ illud non facit. Ad tertium cum dicitur, ꝙ ſicut licet locare domum, poſſeſſiones, & ſimilia, & vltra rem locatam accipere aliquid, ſic locare vinum, vel frumentum, vel pecuniam, & vltra mutuatam pecuniã aliq̃d accipere. Dicimus non eſſe ſimile, qm̃ in re locata ſunt duo. ſ. vſus rei & cõſumptio, ſicut patet in vectura & locatione dom⁹, alius eſt vſus domus, & aliud cõſumptio eius, & ꝑpea poteſt vſus vendi retento dominio, in re autẽ mutuata nõ differt vſus illius à cõſumptione eius, ſicut patet de frumento, nõ poteſt in vſu haberi niſi conſumatur, nam hic eſt vſus eius conſumptio & etiã ibi in re mutuata transfertur dñium, & ꝑpea vſus non põt vendi ſeparatim à conſumptione illius, ut ſatis dictum eſt de uſura, igitur nõ quadrat ſimilitudo de re locata & mutuata, & ꝑpea male dicitur. Ad quartũ, ubi dictum eſt quẽlibet poſſe accipere rem quam dñs eius dedit uolũtarie. Sed q accepit pecuniam uoluntarie tradit uſuram mutuanti ergo &c. Ad hoc dicimus illũ qui accepit pecuniam nõ uoluntarie & ſimpliciter donare mutuãti ultra ſortẽ, qm̃ ad hoc ꝙ donatio ſit mere liberalis, inter cætera requiritur ꝙ ſit mere uolũtarie, & nullo modo coacta, neq; ille ſit ductus ignorantia, aliter dñium non poſſet iuſte transferri, ſic eſt in propoſito qm̃ accipiens vltra ſortem non mere voluntarie

donat mutuāti vltra ſortem, ſed potius neceſſitate du
ctus propter hoc .n. ut plurimū ad uſurā accipiūt, alr
non eſſet ſine peccato mortali, & ex quo nō eſt mera
libera & ſimplex donatio, ſequitur ꝙ non poteſt do-
minium iuſte trāsferri, ut eſt dictū, & ꝑ conſequēs iniu
ſte detinet alienum, et tenetur ad reſtitutionē ut patet.
Ad quintū, ubi dicitur iuſtum & æquum eſſe dānū qd
quis patitur ꝓpter mutuū recōpenſari ſibi à mutui rece
ptore, qa licet unicuiqꝫ ſe ſeruare indēnem in cōtracti
bus ſuis, ſed ſic eſt ꝙ mutuans præter ſubſtantiam pe-
cuniæ mutuatæ ſibi ſubtrahit aliquem uſum pecuniæ
mutuatę ergo &c. Rñdemus, ꝙ ſi ille erat ex pecunia
mutuata aliqđ lucrum ſoluendo uel emendo acqſitu-
rus aut dānum aliquod imminens licite ſaluaturus, &
ſola pietate precibus ductus tradidit ſuā pecuniam ꝙ
mutuū recipiens ſub tali cōditione teneatur ei ad in-
tereſſe præfati dāni, & lucri, & tunc licite accipitur &
exigitur ultra pecuniā mutuatam, ſed qñ excluſis præ-
narratis conditionibꝰ aliqd mutuatur, tūc non poteſt
dici ꝙ mutuans ex rōne mutui, ſe damnificet in aliquo
præualenti ſimplici & abſoluto precio mutuatæ pe-
cuniæ. SALO. Clariorem reddas ſententiam tuam ſi
fieri poteſt. DA. Libentiſſime, & breuiter collige ſic,
licet recipere aliqd ultra ſortem ratione intereſſe, uel
lucri ceſſantis, ſicut eſt in propoſito, ſi ille qui mutuat
realiter & in ueritate patitur aliqđītereſſe, ſiue ceſſat
ab aliquo lucro quod de proximo erat facturus, & ra
tione amoris id tibi præſtat manifeſtans tibi ſuum dā-
num, & ſub illa conditione mutuat. Semper licet reci
pere ultra ſortem, ſ. ratiōe intereſſe ſiue lucri ceſſantis,
ſiue

ſiue dãni emergẽtis, aliter minime licet. Ad ſextam & vltimam rationẽ cum dicit licere fœnerari, quia p̄ leges ciuiles iuſtitiã determinantes, licet aliq̃d accipere vltra ſortem per vſurã vt probatum fuit. R̃ndent aliq̃ non eſſe mirãdum ſi leges imp̃iales vſuras nõ prohibent, ſicut lex canonica & diuina, qm̃ finis iuris ciuilis eſt conſeruare pacificũ cõuictum ciuium & totius rei publicæ, & ideo ad ipſum p̃tinet prohibere & illa vitia tantum punire, quibus pax publica perturbatur, & ſimiliter vitioſos, vt ſunt fures latrones & homicidæ. Cum igitur non ſit vſura in numero illorũ vitiorũ quæ perturbant ciuilem pacẽ, cum ad illam ſoluẽdam cõcurrat voluntas ſoluentis, licet conditionata, ideo nõ curat vſuras prohibere, neq; vſurarios punire.

Quare leges ciuiles non p̃hibent uſurã expreſſe.

## Quibus legibus prohibetur vſura. Cap. 24.

SEd qm̃ iuris canonici & diuini finis eſt animas ad Deum ordinare; vt ſcilicet æternam gloriã cõſequant̃, ideo prohibetur ab iſtis duobus iuribus, conceſſit ergo ius ciuile vſuras non q̃ſi exiſtimãs eas eſſe ſcd̃m iuſtitiam, ſed ne multorũ vtilitates impedirentur, videns.n. q̃ aliqui indigeant pecunijs & per vſuras iuuantur, ideo permittebat illas pro meliori cõuenientia & tẽporali fœlicitate ſuorum ſubditorum, quã ius ciuile principaliter intendit. Dicimus itaq; cũ finis legis ciuilis non ſit circa curandas aĩas, p̃pterea aliquam habẽt excuſationẽ illarum legũ conditores, tñ in oĩbus & per oĩa ſubijci debẽt legi & voluntati

Lex diuina & canonica expreſſe uſurã p̃hibent.

diuinæ, ſi qs vero fili temerarie & fraudulēter aut ma-
litioſe vellet aſſerere fœnerari nō eſſe pctm̄. Dicimus
& declaramus aduerſus eos eſſe procedendum veluti
contra manifeſtos hæreticos, & illas non poſſe uoca
ri leges rectas ſed iniuſtiſſimas. Nam oīs lex humana
pro tanto eſt recta, pro quanto eſt diuinæ uoluntati
cōformis. Et legi diuinæ, à qua omnis rectitudo legis
depēdet, & per cōſequens leges uocari non poſſunt.
Cum nullus inferior poſſit legi ſui ſupioris diſpēſare.
Patet igitur ꝙ licet ꝑꝑ aliquem finē imperiales leges
uſuras nō prohibent, qm̄ finis earum nō eſt circa ani-
mas gubernandas, tamen leges diuina & canonica,
qbus incūbit hoc, uolunt & ordinant. Nunc remanet
probandum uſuram eſſe peccatū mortale & prohibi
tam lege multiplici. Et ꝙ omnes q audent oppoſitū
aſſerere tanq̄ hæretici ſunt puniēdi; Dico igitur uſu-
ram prohibitā eſſe per legem moſaicā. Et hoc habe-
tur Exod. 12. Si pecuniā mutuo dederis populo meo
paupi q habitat tecū, non urgebis eum quaſi exactor,
nec uſuris opprimes. Nō urgebis eum quaſi exactor
ſ. repetens debitum cum auſteritate nimia, quādiu ipo
tens eſt ad ſoluendū. Nec uſuris opprimes, quia uſura
morſus uocatur. Nam ſicut ſerpens mordens in ſilen-
tio non ſentitur in principio, ſed poſtea aſcendit ad
magnam ſummā, ita ꝙ uenenum illud per totum cor
pus diffunditur, & ſic apparet effectꝰ illius praui mor
ſus. Sic uſuræ malum nō ſentitur in principio, ſed po
ſtea aſcendit ad magnam quantitatē, et diſſipat & de-
uorat totam ſubſtantiā hoīs. Præterea Leuitici. 25. c.
habetur. Si attenuatus fuerit frater tuus & ſuſceperis

Nota q̄n lex humana dicitur recta.

Lex moſaica uſuram ꝓhibet.

Vſura morſus uocatur.

Digitized by Google

eum quaſi aduenam & peregrinum & uixerit tecum, nec accipias uſuras ab eo,nec amplius quam dediſti. Et infra pecuniam tuam nõ dabis ad uſuram. Et item Deuter.23.c.Non fœneraberis fratri tuo ad vſurã pecuniam,nec fruges,nec aliquã rem , ſed abſq; vſura id quo ĩdiget cõmodabis,vt benedicat te dñs deus tuus in omni opere tuo. Patet ergo fili benedicte ꝙ vſura ꝓhibetur per legẽ noſtram moſaicã. Secũdo dicitur illam prohiberi per legẽ prophetaꝝ.Et ꝓpterea ſpiritus ſanctus per os meũ exclamauit.Cum ĩ noſtra oratione à deo meo quæſiuiſſem. Dñe quis habitabit in tabernaculo tuo?aut quis requieſcet in monte ſancto tuo?Rñdit deus in ſacra ſua reuelatione,dicens. Qui pecuniã ſuam nõ dedit ad vſuram. Et in alio pſalmo ait.Præcipita dñe & diuide linguas eorũ,qm̃ vidi iniquitatẽ,& infra,& non defecit de plateis eius vſura & dolus.Et Ezechias.18.c.ait. Si qs genuerit filium latronẽ,homicidam,adulterũ,idololatrã,vel ad vſuram dantẽ.Nũquid viuet?Non viuet cum vniuerſa deteſtãda hæc fecerit, morte morietur. Patet ergo ꝙ ꝓphetarũ lege prohibetur.Tertio dico vſuram non tãtum noſtra lege prohiberi moſaica.ſ.et prophetarum,ſed ẽt prohibetur aptiſſime inter chriſtianos lege euangelica,& non tãtum ꝓhibetur lucrum vſurarium,ſed etiã ſpes lucri. Vnde Lucæ.6.cap.apud eos ſcribitur. Vbi Meſſias ait.Si mutuũ dederis is à quibus ſperatis recipere,quæ gratia eſt vobis?Nam & peccatores peccatoribus fœnerantur,vt recipiant æqualia, verũtamen mutuum date,nihil inde ſperantes , & erit merces veſtra multa,& eritis filij altiſſimi. Patet ergo ꝙ expreſ

Vſura prohibetur ꝑ legẽ ꝓphetarum.

Vſura ꝓhibetur lege euangelica.

ſe prohibetur, non tantum lucrum vſurarium, ſed etiã ſpes lucri, vt diximus. Quarto dico ꝙ vſura prohibetur expreſſe inter chriſtianos, non tantum per legem euangelicam vt dixi, ſed etiã expreſſiſſime prohibetur per legem eccleſiaſticam. Longum eſſet recitare & exprimere quot concilia, quot decreta & ordinationes factæ ſint in eccleſia Dei inter chriſtianos de euitatione vſuræ, de quibus aliquid dicã. Vnde alexãder tertius in concilio lateranenſi, vt habetur in cap. qa in omnibus de vſuris ait, Quia in oĩbus fere locis, ita crimen vſurariũ inualuit (vt multis alijs negotijs prætermiſſis) quaſi licite vſuras exerceant, & qualiter vtriuſq; teſtamenti pagina condẽnetur nequaq̃ attẽdat, ideo conſtituimus vt vſurarij manifeſti nec ad cõionem admittantur altaris, nec chriſtianã ſi in hoc pctõ deceſſerint accipiant ſepulturam, ſed nec oblationes eorum quiſq̃ accipiat, qui aũt acceperit, aut chriſtianæ tradiderit ſepulturæ, & quod acceperint reddere compellat, & donec ad arbitriũ epi ſui ſatisfaciat ab officij ſui maneat executione ſuſpenſus. Præterea Clemens quintus in concilio viennenſi ad maiorem vſurarũ deteſtationem ſuperaddit in clemẽtinis ex graui de vſuris dicens. Ex graui in nos inſinuatione peruenit, vt quorũdam cõitatum locorum in offenſam Dei & ꝓximi ac contra iura diuina pariter & humana vſurariam quodãmodo approbantes prauitatem, per ſtatuta ſua quãdoq; iuramento firmata vſuras exigi ac ſolui, nondũ concedunt, ſed ad ſoluendũ eos compellunt, ac iuxta ipſoꝝ continentiã ſtatutorũ graues imponendo vſuras repetentibus onera alijſq; vtẽdo ſuper ijs diuerſis

Vſura prohibetur expreſſe per legem canonicam.

Digitized by Google

coloribus & fraudibus exquiſitis repetitionem impediunt earundem. Nos aũt pernicioſis his auſib⁹ obuiare volentes, ſacro approbante concilio ſtatuimus, vt quicunq; cõitatum ipſarũ poteſtates, capitanei, rectores, conſules, iudices, conſiliarij, & alij quiuis officiales ſtatuta eiuſmodi de cætero facere ſcribere, vel dictare, aut q̃ ſoluantur vſuræ, vel ſolutæ cum repetũtur, non reſtituantur plene ac libere ſcienter iudicare præſumpſerint ſnĩam excõicationis incurrant, niſi ſtatuta huiuſmodi hactenus edita de libris cõitatum ipſarũ ſi ſuper hoc ptãtem habuerint infra tres menſes deleuerit eandem ſnĩam excõicationis incurrant, aut ſi ipſa ſtatuta ſiue conſuetudines effectum eorum habẽtes quoquõ obſeruare præſumpſerint. Cœterum quia fœneratores ſic utplurimum contractus vſurarios occulte inuadũt & doloſe, q̃ vix cõuinci poſſunt de vſuraria prauitate, ad exhibendũ cum vſuris agitur vſurarũ codices rationum cenſura ipſos decreuimus æccleſiaſtica compellendos. Sane ſi quis in illum errorẽ inciderit vt pertinaciter affirmare præſumat exercere vſuras non eſſe peccatum, determinamus eum velut hæreticũ puniendũ, locorum nihilominus ordinarijs & hæreticæ prauitatis inquiſitoribus diſtrictius iniungentes ut cõtra eos de errore hmõi diffamatos uel ſuſpectos de hæreſi procedere non omittãt, hæc in dicta clemẽtina ex graui. SAL. Memini pater obſeruande audiuiſſe inter chriſtianos & ſæpius non nullis ab ipſorũ ſummo pontifice eſſe conceſſum, & maxime pupillis & orphanis ſine aliquo reſpectu licere, & multoties bullas & ſcripta ſuper hoc oſtendere conãtur ad eo-

Digitized by Google

rum excuſationem, & dicant ipſum ſummũ pontificẽ poſſe hoc facere, quid tibi ſuper hoc uidet̃ dicẽdum. DAV. Mentiuntur expreſiſſime, eſtq; omnino ĩpoſſibile ꝙ Papa uel aliq̃ alia creatura cuiuſcunq; ſit conditionis & ſtatus poſſit ſuper hoc diſpenſare. Cum ſit de iure diuino expreſſe in utroq; teſtamento .ſ. ueteri & nouo, ut diximus. Immo altius dicam, ꝙ poſito ꝙ eſſet de iure poſitiuo non fœnerari, tamẽ adhuc Papa abſolute non poſſet hoc concedere, quia cum ſit per plenum concilium ordinatum, non licere aliquo modo fœnerari, & ſit ſimpliciter prohibitum, & conciliũ ſit ſupra pontificem, ſequitur ꝙ nullo modo põt diſpẽſare oppoſitum. Quod aũt per concilium ſit ordinatum & ſimpliciter prohibitum vſuraria prauitas. Audi alexandrum Papã tertiũ in concilio lateranẽſi (vt habetur in concilio) quod incipit ſuper eodem. Cum vſurarum crimen vtriuſq; teſtamenti pagina deteſtet̃ ſuper hoc diſpenſationem aliquam fieri poſſe non videmus, quia cum ſcriptura ſacra ꝓhibeat pro alterius vita mentiri, multo magis prohibendus eſt quis, vt ẽt pro redimenda vita captiui vſurarũ crimine minime inuoluatur. Patet ergo ꝙ Papa non poteſt ſuper hoc aliquam diſpenſationem facere, vt iſti affirmãt, immo ipſo facto ſunt excõicati, & à Deo maledicti, & ſic patet ꝙ lege eccleſiaſtica prohibetur. Quinto dico ꝙ vſuraria prauitas non tantum improbatur & prohibetur per legem moſaicam, & propheticam inter nos, non tñ per legem euangelicam & canonicam, inter christianos, ſed ẽt per legem theologicã .ſ. ipſoꝝ doctorum chriſtianoꝝ expreſiſſime & apertiſſime pro-

Vſura prohibetur p legẽ theologicã.

hibetur. Audi quid Ambroſius eorũ doctor antiquus in libro de bono mortis dicat. Si quis vſuram accipit rapinam cõmittit, vita nõ viuet. Et Hieronymus ſup Ezechielẽ. Putant quidam vſuras tantum eſſe in pecunia, ꝙ prouidens diuina ſcriptura omnis rei auferet ſuper abundãtiam, vt plus non recipias q̃ꝫ dediſti. Et Auguſtinus ſuper ps. 36. & habetur in cap. Si fœnera ueris ea. cã. &. q. Si fœneraueris hoiem. i. ſi mutuo dederis pecuniam tuam à quo plus q̃ꝫ dediſti expectes, non pecuniam ſolum, ſed aliquid plus q̃ꝫ dediſti ſiue illud triticum ſit, ſiue vinũ, ſiue oleũ, ſiue quodlibet aliud ſi plusq̃ꝫ dediſti expectes accipere fœnerator es, & in hoc improbandus & non laudandus, & breuiter omnis ſcola theologorum hoc proclamat & reprobat, patet ergo. Sexto dico ꝙ vſuraria prauitas non tm̃ ꝓhibetur per legem moſaicã noſtrã, et propheticã, non tm̃ per legem euangelicam, et canonicam, & theologicam, ſed et ph̃oꝝ qui naturalem rationẽ ſequendo vſuram tanq̃ꝫ malum contra naturam ſiue ordinẽ naturæ damnauerunt. Vnde Ariſt. primo politicoꝝ ait, ꝙ vſura eſt acquiſitio maxima pecuniarũ præter naturam, immo contra naturã. Quia parere non artificialibus ſed naturalibus propriũ eſt, immo contra naturã artificialium eſt creſcere in ſeipſis, cum generare poſſint minime, vnde ſcanna & arcæ quãtecũq; ſimul exiſtant, nunq̃ꝫ ſeipſas multiplicant, quia ſunt artificialia, & ſic eſt cõtra naturam eorum multiplicare et creſcere, res vero naturales ſi manent ſimul generant, & pariunt, & multiplicant, vt patet in auibus, & ſimilibus. Cum igitur pecunia ſit quid artificiale, ideo velle ꝙ ſe

Vſura prohibetur per doctrinam philoſophorũ.

Digitized by Google

ipſam multiplicet,eſt contra eius naturam.Et ideo cõ cludit ſapiens ꝙ vſura eſt quid deteſtabile & cõtra naturam.Septimo & vltimo,crimẽ vſurariũ non tm̃ deteſtatur & reprobatur per legem moſaicã, & propheticam.Non tantum per euangelicã & canonicã.Nõ tm̃ per legẽ theologicã,& ſapiẽtiũ,ſed ẽt ſi nulla eſſet lex ſcripta,lex naturalis hoc abominat̃ expſſe, qđ aũt hoc per legẽ naturæ prohibeatur,patet ergo expſſe. Primo certũ eſt benedicte fili ꝙ vendere illud qđ nõ eſt,vel idem bis, contra naturã & iuſtitiã eſt. Sed vſurarius hoc facit,ergo facit cõtra naturã,vnde quotiẽs cõſumptio rei & vſus eius idẽ ſunt, ita ꝙ ſeparari non poſſunt,ſi unum uenditur ſeparatum ab altero,idẽ bis vẽditur,vel vẽditur illud quod nõ eſt, verbi gratia frumentũ eſt huiuſmodi.Nam uſus frumenti eſt conſumptio eius, & cõſumptio eius eſt uſus frumenti. Simil̃r de oleo,uino,& pecunia.Si quis ergo uult frumenti uſum,& ſeorſum cõſumptionẽ,idem bis uẽditur,& uẽdit̃ illud quod nõ eſt,quia uendis uſum illius rei tanꝙ̃ ſi eſſet diſtinctus à cõſumptione. Et ſic patet quod eſt contra naturã uẽdere idem bis,uel uẽdere illud quod non eſt,vbi aũt hæc duo ſeparãtur,licet ſeorſum vẽdere. Secundo ꝑbatur.Certũ eſt ꝙ ſicut de legẽ naturæ & rõnis dictamẽ eſt ꝙ habeat lucrum de re ſua,ita eſt contra naturã & rationis dictamen lucrari de re non ſua.Vnde fructus vineæ tuæ et aĩalium tuoꝝ ad te ſpectãt,& nõ ad me,& econtra, ſed vſurarius vellet lucrari de re non ſua,ergo facit cõtra legem naturæ,& naturalem rectitudinem,quod aũt vſurarius uelit lucrari de re non ſua,ꝑbatur,tu exempli cã mutuas centũ ducatos,

Vſura prohibetur ꝑ legẽ naturæ.

eatos,& ille mercatur cum illis,& ſic lucratur alios cẽtum, q̃ro quid eſt illud unde uenit tale lucrũ? SALO. Videt mihi ꝙ ſunt duo, ſcilicet induſtria traficantis,& mercantis,& illi cẽtum aurei, q̄a īduſtria ſine pecunia nihil aut parũ multiplicaret, pecunia etiã ſine īduſtria alicuius illa nullũ confert lucrũ. DA. Optime rn̄diſti, ſed quæro à te induſtria qua illa cẽtum multiplicat in alia centum cuius eſt? SALO. Illius cui illa centum mutuaſti. Nãq; natura dedit ſibi hanc induſtriã & ſubtilitatem intellectus, vt ſciret bene traficare,& mercari & inueſtigare talem pecuniam in mercimonijs, ex q̄bus veriſimiliter poſſet extrahi lucrũ. DAV. Optime reſpondiſti. Si igitur non dediſti induſtriam illi ſed pecuniam tm̄, quia induſtriam (vt dixiſti) habuit à Deo. Ergo velle lucrũ ex propria induſtria & actibus illius cui mutuaſti contra naturam eſt, quia talis induſtria illi prodeſſe debet, cui Deus & natura illam conceſſit. SALO. Ille dicit ꝙ non quærit lucrum de induſtria illius ſed de pecunia quã mutuauit, quã dicit eſſe ſuã. DAV. Dico ꝙ falſum eſt, ꝙ illa pecunia ſit ſua. ſ. mutuãtis, q̄a ab illo inſtanti ſiue puncto quo mutuaſti eã ſiue mutuauit eam Petro, vſq; ad illud tẽpus quo mutuauit illi, illa centũ ſunt ipſius mutuũ accipiẽtis, & nõ mutuantis. Et ideo dicunt ſacræ leges. Mutuũ dicitur ex hoc ꝙ meum fit tuum per totum tempus. ſ. mutuationis. Ex ijs ergo ſequitur ꝙ ex quo induſtria & pecunia ſint accipientis mutuũ,& non mutuantis, oẽ lucrum ſicut & oẽ dãnum inde proueniens ad accipientem mutuũ ſpectat,& nõ ad mutuantẽ, ergo ſi mutuãs inde velit lucrari, vult de re non ſua, & ſic faciet cõtra



Digitized by Google

legem naturæ. Tertio probatur lege naturali. Quilibet obligatur indigenti proximo ſubuenire, & tanto magis illi prouidere tenetur quanto magis eſt in maiori neceſſitate, & ideo ſpiritus ſanctus per os meũ exclamat ĩ pſalmo, Tibi derelictus eſt pauper, orphano tu eris adiutor. Et ideo lex naturalis ſcripta eſt in cordibus noſtris à Deo glorioſo. ſ. Quæcunq; vultis vt faciant vobis hoĩes, & vos facite illis, hec eſt enim lex & prophetæ. Et per oppoſitũ q̃ non vultis vt faciant vobis homines, nolite facere illis. Et ideo graue peccatum eſt, ſi velit ei vendere quod ei obligatur liberaliter dare. Et quis eſt ille qui vendit proximo talem ſubuentionem q̃ debet eſſe liberalis, ò maledicte vſurarie tu es ille qui nec ſolum ſubuenis gratis proximo indigenti, quinimmo ipſum iá penuria & paupertate oppreſſum per vſuram grauiori pondere premis. Nunquid Deus parcet tibi in die vltionis & vendictæ? qui ſanguine & carne pauperum & innocétum nutriris? heu quia ſanguis eorum de manu veſtra exquiretur, et clamor eorum aſcendet corã eo, & diuinam vltionẽ euadere non poteris. Audite audite Eſaiam prophetã dicentem. Quieſcite agere peruerſe, diſcite benefacere, quærite iudicium, ſubuenite oppreſſo, defendite viduam, venite & arguite me, dicit dñs, ſi fuerĩt peccata veſtra vt coccinum, velut nix alba erũt, & ſi fuerint rubra uelut uermicul⁹, uelut lana alba erũt ſi volueritis et audieritis, bona terræ comedetis, quod ſi nolueritis & me ad iracundiam prouocaueritis gladius impiorum deuorabit vos.

Peccatum vſuræ eſt mortale an veniale? Cap. 25.

Digitized by Google

SALO. In præcedentibus rõcinijs, vidimus de quidditate cuiuſlibet cõtractus quantũ ad iuſtitiam & iniuſtitiã, & qũo vſurarij merito appellentur, & qui non ſunt dicendi vſurarij, & dictũ eſt de manifeſta prohibitione ipſius vſuræ ab oĩbus legibus dãnatæ & prohibitæ, deſyderarẽ ſcire vnde eſt ꝙ vbiqꝫ terrarum ſit hæc labes fœneratoꝝ, ut nullius cuiuſuis qualitatis erubeſcat in fœnore, nunqd ſit tale peccatũ leue an veniale? Et ꝑpter hoc fœnerari nõ ceſſant. Et ſi quid grauitatis inſit, oſtendas quæſo, ut manifeſtata illius grauitate deſinant hoĩes ac deſiſtant penitus à tali vitio & pctõ, & pollui & maculari. DAV. Vbiqꝫ terraꝝ, vt dicis, excreuit hoc facinus peruerſum & maxime inter cætera ſcelera obtinet principatum, nec leue eſt, ſed grauiſſimũ multa cõtinẽs in ſe vitia & mala infinita, vis ne cognoſcere an graue ſit peccatũ fœnoris, quid aſſeris peccatum blaſphemiæ, magnũ ſcelus eſt, an non? SALO. Certum eſt pater honorãde ꝙ inter cætera mala, pctm̃ blaſphemiæ eſt adeo graue & abominabile, ꝙ in ſignum doloris & diſplicentiæ blaſphemiæ ordinatum ſit in noſtra lege, vt audiẽtes veſtes deſuper ſcindere teneãtur. Et ille qui primo blaſphemiam Dei audiebat, primo lapidem iacere in blaſphemum tenebatur, & ſic tali morte blaſphemus puniri debet, ecce q̃ꝫ grauis & abomĩabilis videť eſſe blaſphemia. DA. Nõ minus eſt peccatum & crimen vſuraꝝ. Nam vſurarij dicentes & affirmantes nõ poſſe viuere ſiue ꝑmanere ſine vſura, & multi alij etiã non fœnerantes qui ꝑpter idem vocant vſurarios in ciuita

Peccatũ uſuræ non ẽ minus pctm̃ q̃ blaſphemia.



Digitized by Google

te & permittunt eos exercere vſuras crudeles blaſphe matores Dei ſunt, quia dicunt Deum eſſe iniquum & crudelē, ex quo præcipit non fœnerari, tam in noſtra lege hebraica, q̃ etiā inter chriſtianos in lege euange lica, hoc aūt eſt valde abſurdum & maxime inconue niēs, quia attribuitur Deo crudelitas & impietas, quæ nullo pacto conueniunt ei, & p cōſequens vſurarius blaſphemat Deū. Secūdo blaſphematur eccleſia ſan cta eius, quæ tam acerbiſſime crimen vſurariū perſeq- tur, ac impugnat, atq; aſſerētes vſuras non eſſe pecca tum tanq̃ hæreticos puniēdos eſſe, vt ſupra dixi. Ter tio blaſphemātur oēs ſancti doctores, qui tam in no ſtra lege q̃ inter chriſtianos vſuram dānant, & mēda ces exiſtimantur. Secūdo dico benedicte fili graue eē peccatū uſuræ, nōne uidetur graue eē pctm̃ furti alie na diſſipare & deſtruere? SAL. Graue certe & admo dū, unde deus æternus exp̃ſſe p̃cipit nō furari dicens. Non furtū facies, nec mirum cū nutriant carne & ſan guine pupillorū, orphanorū, & uiduarū, & clamores eorū & lachrymæ aſcendūt in conſpectū dei. DAV. Aliquo tñ reſpectu maius uidetur peccatū uſuræ q̃ la trocinij. SALO. Mirum videtur q peccatum vſuræ quouis modo maius ſit latrocinio. Nam latrones in latibulis habitant, & hominibus inſidiātur, ſine aliquo reſpectu pios & impios, iuſtos & iniuſtos, non tātum expoliant, & bona ipſorū deſtruunt, ſed ēt propria vi ta priuant, et cum tanto ſcandalo alioꝝ tale maleficiū exercent, qūo ergo ſunt peioris cōditionis vſurarij, q̃ fures & latrones. DAV. Dico q peioris ſunt condi tionis triplici reſpectu. Primo rōne familiaritatis, Nā

Vſurari' blaſphemat eccleſiā ſanctam.

Vſurari' blaſphemat omnes ſanctos.

Pctm̃ uſuræ non ē minus q̃ furtum.

Vſurarij ſunt peioris conditionis q̃ fures & latrones.

Digitized by Google

raptores & fures dici poſſunt latrones ſiluestres, ipſi vero vſurarij latrones domeſtici. Hoc patet qa latro audito clamore ipſum manifeſtāte fugit, hic vero centies ſi ad latronē clametur tanq̄ȝ latro domeſticus nō fugit. Et ideo periculoſior q̄ȝ latro ſilueſter, cum nulla ſit ad nocendū efficacior peſtis q̄ȝ familiaris inimicus. Secūdo dico ꝙ ſunt peioris conditionis q̄ȝ latrones rōne ſagacitatis, qa vſurarius cū maiori malitia rem alienam vſurpat q̄ȝ fur & latro, eo ꝙ cōpellet voluntatē eius qui mutuū à ſe accipit ad conſentiendum in talē rapinam, & ꝑpterea ſimulat proximo ſuo iniuſtitiam non facere. Tertio dico ꝙ ſunt peioris cōditionis q̄ȝ ſunt latrones & fures rōne ſecuritatis, qa vſurarius aliena vſurpat ſine timore perſecutionis. Tū quia detinēt ſine timore repetitionis, quia ſi publicus eſt & habet libertatē & ſecuritatem, hoc agere non timet, ſi autem non vſurarius publicus ſed occultus cum tāta malitia cælat ꝙ in eis uſuræ labes apparere non pōt, fures aūt ac latrones hunc duplicē timorem habent. Ecce qa ſunt peioris cōditionis. Et cū dicitur ꝙ fures & latrones non tm̄ diſſipant ſubſtantiā iuſtoꝝ, & iniuſtorum, pauperū, &c. ſed ēt eos ꝑpria vita priuant. Dico ꝙ multo peiores ſunt vſurarij, q non tm̄ diſſipant ſubſtantiam pauperū, & nocentū, & innocentum, ſed ēt animas multoꝝ ad tartara reducunt. Et cum tanto ſcandalo pupilloꝝ, tantum pctm̄ ſine verecundia et timore exercēt. Tertio dico ꝙ valde magnum eſt peccatum vſuræ. Vis ne qdē videre? nōne videtur eſſe magnum pctm̄, quod dicitur hypocriſis. SAL. Videtur magnum pctm̄, qa interius malus eſt, & vult bon⁹ re-

te & permittunt eos exer
matores Dei ſunt, quia d
crudelē, ex quo præcipit
lege hebraica, q̃ꝫ etiā inte
lica, hoc aūt eſt valde ab
niēs, quia attribuitur De
nullo pacto conueniun
blaſphemat Deū. Secū
cta eius, quæ tam acerbi
tur, ac impugnat, atqꝫ a
tum tanq̃ꝫ hæreticos p
tio blaſphemātur oēs
ſtra lege q̃ꝫ inter chriſ
ces exiſtimantur. Sec
peccatū uſuræ, nōne
na diſſipare & deſtr
dū, unde deus æter
Non furtū facies,
guine pupillorū
eorū & lachry
Aliquo tñ reſp
trocinij. SA
quouis mo

Vſurari' blaſphemat eccleſiā ſanctam.

Vſurari' blaſphemat omnes ſanctos.

Pctm̃ uſuræ non ē minus q̃ furtum.

de mutuo, vt pro pignore poſ-
ſcit,quo mutuo facto paulatim
cere. Cumq; tm̄ creuit quod cer
e redimere pignus,accepta occa
ela, de quadam iniuſtitia ſimula-
tur poſſeſſionē,vel domū,et quaſi
n ſuū illis priuat,quod eſt maxīæ
tatis,quia ſicut magis tenemur ꝓ
ibus,q̃; alienis, ita eſt maius pctm̄
Quinto dico ꝙ graue & magnū
Nonne eſt magnum peccatum p-
atis. SALO. Maximum videtur ꝑ
ato,eſt adeo magnū malū quod di-
itum ſanctum,qui non pōt remitti in
in futuro,& eſt finalis īpœnitētia. Et
ali obligatione moritur determinate
s,non ſic aūt eſt de alijs peccatis. DA.
t talis cōditionis,qa licet homo in alijs
tur,tamen in illis ſemper non perſeuerat
enim guloſus ſemper actu comedit, nec
ſemper luxuriatur,& iracundus ſemper ira
interpellatim actus illos exercent, vſura
rrodit,& conſumit pauperū oſſa die no
,& in ferijs,vigilando,& dormiendo, ſꝑ
nunq̃; deſiſtit. Et iō morbo regio aſſimilari p
ꝑ conſumit,ita vſura in qualibet hora ī quolibet
cto ac momento pauperū ſubām deuorat ac con
nit. Cum aūt vſuræ recordatur vſurarius,non dolet
itet,nec proponit eam dimittere,& ſic ſemp
erſeuerare intēdit,quia quoties homo recor

Vſura uidetur eſſe pctm̄ in ſpiritū ſanctum.

Digitized by Google

Pctm̃ uſuræ non ē minus ꝗ̄ hypocriſis.

putari & teneri, & ſic mundum decipit, & ſeipſum dā nat ſub colore & pallio honeſtatis, & mentitur. DA. Vſurarij ſic faciūt ad literā, q̄a ſub ſpe pietatis & ſubſi dij charitatiui defraudant, & decipiunt ꝓximos paula tim, & in principio q̄ſi īſenſibiliter ſerpunt & ſerpēdo q̄ſi īſenſibilr̄ totam ſubām ꝓximoꝝ abſq; ulla pietate deſtruunt, & cōſumunt. Et iō ī multis ꝑtibus uſurarius uocaṫ pi⁹, cū ſit īpius et crudelis. Qua rōne hic īpius pōt pietatē ꝑtendere? q̄n pauperē mutuo indigentē iu uat pauperiorē fieri, & illa modica ſubā quæ nō ſuf ficit ei quadam crudeli pietate priuari? O ſcæua pie tas, ò crudeliſſima fera, qua audacia, qua temeritate, q̄ frōte, dicis te ex pietate moueri, aut ī hoc agere opus pium, & ideo merito magnum ē pctm̃ ipſoꝝ. Quan to dico magnum eſſe pctm̃ uſuræ, nonne uideṫ tibi, ꝙ ſit magnum pctm̃ eſſe proditorem ſeu traditorē. SA LO. Magnum certe uidetur. Nam licet hoīes mun dani multas iniurias patienter ſufferant, tamen hoc peccatum adeo ē abominabile apud eos quod ferre nullo modo ualent. DAVID. Scias ꝙ uſurarius eſt peſſimus proditor. Nam ſicut traditor comedit & bi bit, & oſtendit ſe diligere, quē vult tradere, vt fuit Iu das, ſic vſurarius bibendo, & comedendo cum paupe re & indigente quibus mutuat interim intendit rape re & ſubām ipſoꝝ diſſipare, & non tm̃ vſurarij alienos dānificāt, ſed ēt ſunt tantæ impietatis & crudelitatis, ꝙ conſanguineos ſuos (vt experientia patet) deſtruūt & conſumunt, vnde multoties vidēs vſurarius germanū ſuum, aut alium attinentem ſibi pulchram habere do mū, vel poſſeſſionem concupiſcentia oculoꝝ tractus

Vſurarius eſt peſſimus ꝓdi tor.

illi ſubuenire nititur, de mutuo, vt pro pignore poſſit habere qđ concupiſcit, quo mutuo facto paulatim permittit vſuram creſcere. Cumq̃ tm̃ creuit quod cernit fratrem non poſſe redimere pignus, accepta occaſione & occulta cautela, de quadam iniuſtitia ſimulata iniuridice ingreditur poſſeſſionē, vel domū, et quaſi inaduertētem fratrem ſuū illis priuat, quod eſt maxīæ impietatis & crudelitatis, quia ſicut magis tenemur ꝓpinquis, cæteris paribus, q̃ alienis, ita eſt maius pctm̃ oppoſitum facere. Quinto dico ꝙ graue & magnū eſt peccatū vſuræ. Nonne eſt magnum peccatum perſeuerantia in peccatis. SALO. Maximum videtur perſeuerantia in peccato, eſt adeo magnū malū quod dicitur pctm̃ in ſpiritum ſanctum, qui non pōt remitti in hoc ſæculo neq; in futuro, & eſt finalis īpœnitētia. Et ſic qcunq; cum tali obligatione moritur determinate iudicať dānatus, non ſic aūt eſt de alijs peccatis. DA. Pctm̃ vſuræ eſt talis cōditionis, qa licet homo in alijs peccatis labatur, tamen in illis ſemper non perſeuerat vt patet. Nō enim guloſus ſemper actu comedit, nec luxurioſus ſemper luxuriatur, & iracundus ſemper iraſcitur, ſed interpellatim actus illos exercent, vſura aūt ſemꝑ corrodit, & conſumit pauperū oſſa die noctuq; in feſtis, & in ferijs, vigilando, & dormiendo, ſꝑ operať, & nunq̃ deſiſtit. Et iō morbo regio aſſimilari pt̄, q ſemꝑ conſumit, ita vſura in qualibet hora ī quolibet puncto ac momento pauperū ſubāam deuorat ac conſumit. Cum aūt vſuræ recordatur vſurarius, non dolet non pœnitet, nec proponit eam dimittere, & ſic ſemꝑ in pctō perſeuerare intēdit, quia quoties homo recor

Vſura uidetur eſſe pctm̃ in ſpiritū ſanctum.

datur de aliquo peccato mortali,ac de cõmiſſo peccato,neutiq; dolet de nouo toties mortaliter peccat. Dico graue & magnum eẽ pctm̃ vſuræ, nõne tibi videtur magnum pctm̃,pctm̃ homicidij?SALO. Magnum ẽ qdem peccatum homicidij, adeo q̃ ſanguis effuſus innocens aſcendat in cõſpectũ dei,& Deus noſter conqueritur. Dicẽs de Chaym qui Abel fratrem ſuum innocentem occidit,vbi eſt Abel frater tuus?Ecce vox ſanguinis fratris tui clamat ad me de terra, & certe ſi quis vult ſaluus fieri,uitam pro uita reddere debet. DAV.Q̃d ẽ maius malum,& pctm̃, homicidiũ corporale,an ſpirituale?SALO.Nulli dubium,q̃ q̃nto anima dignior & nobilior eſt corpore, tanto magis homicidium ſpirituale eſt deterius & maius homicidio corporali.DA. Maledicti uſurarij diuerſis cauſis & rationibus atq; modis innumerabiles animas illaqueant,& ſpiritualiter moriunt̃. Et quod peius eſt, Pauciſſimi hoc aduertunt de quibus aliquos dicam q̃ ſpiritualiter moriuntur.Et primo,ut ſunt notarij, qui ſcienter de uſuris contractus cõficiunt,teſtes, & ſenſales in talibus mediatores,ſocij uſurarioꝝ,& factores illoꝝ,ſerui & procuratores ad uſuram inducentes,aduocati patrocinantes,p̃bentes talibus libertatem fœnerãdi,ut ſunt ptãtes,capitanei,rectores,conſules, iudices, conſiliarij in fauorẽ uſurarioꝝ ſtatuta conſtituẽtes,ſilr oẽs prædicti ſtatuta in fauorẽ uſurarioꝝ facta ſuſtinentes,uel obſeruantes,ſeu ẽt non delentes, pupilloꝝ tutores,& curatores, dum pro eis contractus uſurarios conficiunt,uel confectos executione requirendo fœnus proficiunt,his quoq; connumerari poſſunt uiduæ

Vſura ſpũaliter multos occidit.

matres,

matres, ad hoc ipm cooperantes, rectores hoſpitaliũ, domorũ gubernatores, hæredes eorũ, teſtaméti iniqui executores, principes, atq; dñi, & dñæ iudæorum vel chriſtianorũ fœnera ſuſtinentes filij, filiæ, ſerui, conſanguinei, affines, & amici, & breuiter qcũq; in culpa ſeu in vſura participãtes, ſimiliter prælati atq; curati, qui vſq; ad mortẽ vſurarios & quoſcũq; ſupradictos abſoluẽtes ſeu (vt verius dicam) decipiẽtes, vſurarios manifeſtos ſepelientes, vel ſepelire fingẽtes, eleemoſinas iniuſtas de fœnore recipiẽtes, & de multis alijs, hi oẽs digni ſunt morte, qa non ſolum qui faciunt, ſed ẽt qui cõſentiunt facientibus, principales aũt qui illaqueant ex vſura ſunt iniuſti hæredes vſurarij, quia trãſit vſura ad ſucceſſores, ſicut lepra græci transfuſa eſt in poſteros, alia peccata non accedũt niſi ad actores eorum, vnuſquiſq; enim in iniqtate ſua morietur, filius nõ portabit iniquitatẽ patris, nec iræ, nec inuidiæ, ſed vſura et rapina trãſeunt ad heredes qm̃ quilibet, qui habet aliquid alicuius, quod fuit male acquiſitum, ſiue per rapinã, ſiue per vſurã, tenetur ad ſatisfaciendũ de recepto, ita ꝙ quilibet obligatur de progenie in progeniem, vſquequo facta fuerit debita ſatisfactio, quouſq; durãt bona ipſorũ, quia vlterius nõ tenerẽtur. SALO. Si filij & heredes fuerint innocentes, & neſciant hæreditatem eẽ per vſurã acqſitam, ſed ſunt poſſeſſores bonæ fidei, nũquid tenerẽtur ad reſtõnem & ſint in malo ſtatu. DAV. Dico ꝙ ſi filij vel filiæ & hæredes neſciant, & talis neſcientia ſiue ignorantia eſt ignorantia affectata vel craſſa, quia poſſent ſcire ſi vellent, & tñ non curant, talis ignorantia eos nõ excuſat, quia ſic igno-



Digitized by Google

Notabile memoria dignũ

rarius ignorabitur. Vnde legitur de quodam patre vſurario qui dũ ad mortem perueniſſet, pater ſpiritualis hortabat vt vſuras reſtitueret. Vnus filioꝝ hortabatur patrẽ vt faceret. Alter vero nolebat. Deniq; mortuus eſt pater, nulla facta ſatisfactiõe vt filios diuites dimitteret, filius alter facta reſtõne ex ijs q̃ ſibi cõtingerant ex hereditate, effectus eſt religioſus, euenit vt die quadam cũ oraret uidit terrã apertã & in profundo ignẽ maximũ, & inter cæteros vidit in abiſſo patrem ſuum & fratrẽ ſuper quẽ pater maledicebat frequẽter dicẽs, Maledictus ſis fili, qm̃ ꝓpter te & vt te diuitem dimittere ad has pœnas ſum deductus ĩtolerabiles & æternas quas vides viciſſim, filius rñdebat, ĩmo tu dignus es maledictione. Et ſis ſemp maledictus, qui mihi mala acq̃ſita reliquiſti. Ego cauiſſem, ab ijs vitijs remot⁹, nec luerem pœnas æternas, & in hoc lacu miſeriæ nõ eſſem poſitus, in hac altercatiõe poſiti viſi ſunt ab eo qui gratias agens deo, aliena bona reſtituit. Exiſtima igitur an ſit pctm̃ vſuræ magnum? Nõne crimen infamiæ et ſcelus videtur tibi illud magnũ? Dum noĩs deprauatio hoĩem aggreditur. SAL. Magnũ equidẽ. Nam ſicut exhauſto ſanguine moritur homo corporaliter, ſic ſublata fama moritur homo ciuiliter in mũdo et potior eſſet illi mors q̃ vita. DA. Et ſic magnũ eſt vſuræ pctm̃ & malum, ꝓpter vſuram enim homo adeo infamis efficitur, vt nullus magis habeatur infamis q̃ vſurarius. Nullus enim niſi effrons & inuerecũdus audet eam exercere, & hi ſunt de qb⁹ dixiſti Prouerbioꝝ. 2. c. Qui relinquũt iter rectum & ambulant per uias tenebroſas, qui lætãtur cum male fecerint, &

Digitized by Google

exultant in rebus peſſimis, quorũ uiæ peruerſæ, & infa-
mes progreſſus eorũ, tanta eſt infamis uſurarij uita, ut
uix unus in magna ciuitate olim reperiretur, cuius bo-
na poſt hoĩs famam diuulgatã, non hoĩs ſed diaboli
bona dicebant, & dum illius bona oſtenderentur ſub
noĩe diaboli appellabãtur, vt ecce domus, ecce ager
diaboli. Nemo ex illius domo ſuſcipiebat ignem, ne-
mo in eccleſiã ſumpſiſſet. Nullus pacis oſculũ dediſ-
ſet, expaueſcebant, & inuicẽ vt hoſtem oſtendebant,
ſed tẽporibus iſtis, ò amentia deplorãda, & ſtoliditas,
& inſipientia magna, vſurarij ab oĩbus honorantur,
oẽs fere illis aſſurgũt, in officijs præponũtur, cateruæ
magna ſociãtur, copulãtur in cõiugio vel cũ nobili-
bus & primatibus, & quod execrabilius eſt, non reſti-
tuentes, ſed reſtituere ſimulantes in cimiterijs & cõſe-
cratis templis cum ſolẽnioribus exequijs q̃ꝫ cæteri tu-
mulãtur, q̃m hoc ſcelus vbiqꝫ iam aſſumpſit faciẽ pie-
tatis & honeſtatis, fugiat ergo quilibet ab horrenda
vſurariorũ cõſuetudine, nec cum illis comedendũ eſt,
nec bibẽdum, nec ſocietas aliqua eſt habẽda, itaqꝫ bñ
ſpiritus ſanctus, per os meum in pſalmo. Supbo ocu
lo & inſatiabili corde, cum hoc nõ edebam, maius. n.
periculũ eſt cum ijs cõſuetudinem habere q̃ꝫ cum ra-
pacibus furibus, cum fornicatoribus, aut idolis ſeruiẽ-
tibus, & cum leproſis. Octauo. Abhorrens. & euitan-
dum eſt pctm̃ vſuræ, nõne mirabile tibi videtur homi
nem eſſe certum de ſua dãnatione, etiam cum vixerit?
SALO. Mirum videtur. Nullus enim niſi miraculo
ſe põt eſſe certus de ſua ſalute pariter & de dãnatiõe,
q̃m neſcit vtrum amore an odio ſit dignus. DA. Ex

Ex tribus cõſtat certa uſurariorũ dãnatio.

tribus ſane teſtimonijs conſtat certa vſurariorum dã-natio, & in ore duorũ trium'ue ſtat omne uerbum. Primum teſtimoniũ ſunt euãgelia inter chriſtianos, vnde Lucæ ſexto capite dicit, ea menſura qua menſi fueritis, remetietur vobis. Sed vſurarius cũ non det aliquid niſi recipiat amplius ergo non dabitur paradiſus ab illo iuſto iudice, qui talem legem conſtituit, niſi detur aliquid amplius & melius eo, ſed quia hic nũquã poterit obſeruare fœnerando, neceſſario ſequitur ꝙ nunquã poterit acquirere vitam æternam, et certus poteſt eſſe de ſua dãnatione. Secũdum teſtimonium ſunt autentica inſtrumẽta. Nullum crimen eſt, quod tam patenter & aperte deſerat ſiue relinquat literas æternæ mortis, ſicut facit vſura. Nam in quolibet contractu & particula librorum in quibus cõtractus vſurarij cõſcribuntur, particulare vſurarius priuilegium habet, quod obligat eum ad ſupplicia ſempiterna. Ex quo patet ꝙ tot habet priuilegia quot contractus habet ipſe vſurarius, & propterea ſatis eſt certus de ſua dãnatione. Tamen ſi vult reſtituere, iam delebuntur inſtrumenta æternæ dãnationis, nec habent locum in iudicio Dei, nec in iudicio humano, dum ſunt caſſata, ſiue ſciſſa, & fracta. Tertiũ teſtimoniũ ſunt iudicia manifeſta, & inter alia vnũ potiſſimũ, quãdo in vſurarij contractu fit fœnerator ſocius diaboli. Nam ſicut mercator qñ facit forum cũ venditore arras ſoluit emptor & inter ſoluendum ſuperuenit alter interponẽs vnum denarium & dicit. Particeps huius mercaturæ eſſe volo & prior annuit. Tunc facti ſunt & in lucro & in damno ſocij, ſic euenit vſurario & diabolo. Nã

inter lucra vſurarij apponit diabolus aliquid ipie ac-
quiſitū & dicit ſe ſocium & participem eſſe illius mer
caturæ, hoc exēplū ponit Gregorius ſanctus in Dia-
logo ſuo. Sic dicens. Quidā homo prædiues magnā
habebat pecuniæ ſummā acqſitam, iuxta quam poſuit
duos denarios quos fœnore adeptus erat, totamq; il-
lam pecuniā collocauit in arca. Cunq; altera die ape-
riret eā reperit diabolum in arca ſuper denarios ſedē-
tem, & prohibētem oīno ne tangeret illos, niſi cū con-
ſenſu ſuo, eo q̄ ſocij ſimul eſſent in pecunia illa. Ex q-
bus patet vſurarios dānandos, ſunt. n. in hac vita ſocij
peccatorum, & in illa ſocij tormentoꝝ. Ex hac cōtra-
cta ſocietate fœnerator cum diabolo cōfœderatur, q
quodāmodo ſilitudinē eius habet in hac vita. Nam
ſicut diabolus pctī nūmū libenter ſub ſpe mutuat pec-
catori, & nunq̄ per pœnitentiam ſibi vellet reſtitui, vt
demum corpus & aīam illius lucrari poſſit. Sic vſura-
rius datū mutuum ſibi reſtitui nollet, vt totam ſubam
pauperis poſſit deuorare. Et ideo Iob propheta bene
dixit. Iuxta multitudinem adinuentionū ſuarum ſic ſu-
ſtinebit, qm̄ confringens nudauit pauperis domū ra-
puit & non ædificauit eam, nec eſt ſaturatus vēter eius,
& cum habuerit quod cupierat non poſſidebit, quia,
ſcilicet perdet in hac vita vel ſaltem illud in morte re-
liquet. Nono & vltimo, nōne tibi magnum & horri-
bile malum videtur? quum qs morte horribili finit vitā
ſuā? cum maxio tremore & ſtrepitu & mirabilibus de-
moniōꝝ viſionibus apparētium? SALO. Magnum
quippe malum & ſupplicium videtur, qm̄ licet homo
in vita ſua fuerit maximus peccator, ſæpius tn̄ in mor

Quare vſurario tot mirabilia & horribilia ſigna apparēt in morte.

Digitized by Google

te inuenit pœnitētiæ locum & gratiam apud Deum, tñ ſi in fine mortis horribilem facit finem, quãuis multa præceſſerint bona nihil ei prodeſſe videntur, ſi per ſolum pctm̃ cõmiſſum in fine vitæ ſuæ ſufficit illi vt dãnetur. Sed quare magis pp pctm̃ vſuræ hoïes finiant vitam ſuam, ſic horribiliter vt tot mirabilia & horrenda appareant in morte vſurariorũ. DAV. Multiplici reſpectu accidere põt, tñ breui ſic habeto. Primo ratione derelictionis. Ad hoc enim ꝙ aliquis bene moriatur oportet habere adiutorium à Deo & ſanctis, et vt adiuuet à Deo & ſanctis oportet iuſta operari ad honorem ipſorũ, ſed infœlix vſurarius nõ ceſſat lucrari in quocunq; die ſancto, uel Dei, uel ſanctorum, nulla habita ratiõe, uel feſti paſcatis, uel Dominici, uel ueneris ſancti, vel ſolemnitatis beatæ uirginis Mariæ, & apoſtolorũ, uirginum, confeſſorũ, martyrum, angelorũ & oīum ſanctorũ, propterea ab oībus iſtis derelinqtur in morte ſicut in uita nihil fecit ad illorum honorem, ſic ĩ morte ab ijs derelictus nihil fit ad auxilium ipſius ſicq; derelinquit, hinc Micheas propheta. 3. c. Abſcõdet Deus faciem ſuam ab eis in tempore illo. ſ. extremo, ſicut nequiter egerunt, derelicti nequiter finierunt. Secundo euenit rõne deſperationis, qm̃ peccator ïfœlix a deo & cœleſti curia derelictus facile in barathrũ deſperationis præcipitatur à demonibus, quod qdem libertate conceſſa opere cõpleat, oſtendentes eis multitudiné peccatorũ ipſorum & oblitam eſſe illius miſericordiam Dei. Vnde Iob. 7. Obliuiſcatur illius miſericordia. Et iterũ alibi dicitur. Auferetur ab eo omnis ſpes fiduciæ. ſ. veniæ gratiæ et gloriæ. Et ipſe ſic deſpe

Digitized by Google

ratus ait illud Iob. Deſperaui nequaq̃ vltra iam viuã, ſcilicet nec ĩ uita corporali nec ſpirituali. Tertio hoc poteſt vſurarijs euenire ratione perſecutionis. Nã cũ vſurarius (vt iam patuit) non ſolum offenderit Deũ ſicut & alij peccatoris, ſed vendiderit tp̃s qđ eſt omnibus creaturis cõe, & ex hoc offenderit creaturas oẽs, audita dãnationis ſnĩa à dño contra eum prolata, clamabit modo inaudito & mirabili, ad eius dãnationẽ confirmandã. Clamabunt oẽs beati, cõtra eum aduocantes infernum. Clamabunt cœli cum luminaribus ſuis quodãmodo voce ſua excitantes ignem. Clamabunt planetæ inuocantes profundum inferni. Clamabunt elementa contra eum & minabuntur tormenta. Domus in qua iacet infirmus, lapides, & ligna, & parietes inſimul aduocantes vindictã. Et ideo Abachuc propheta dixit. Lapis de pariete clamabit, & lignum quod eſt inter iuncturas rñdebit, fiat, fiat, vt in omnib⁹ verificetur qđ tu ſanctiſſimo ſpũ illuſtratus dixiſti. Pugnabit ꝓ eis orbis terraꝝ, cõtra inſenſatos, & accipiet armaturã zelus illius, & armabit creaturã ad ultionẽ inimicoꝝ, vt iuſtitia dei manifeſtet̃ in pctõribus puniẽdis, miſericordia vero in iuſtis benigniſſime ꝓmiandis.

## Vndecima Pars continẽs qũo & qualiter munera contra innocentes accipiuntur.

יְהוָה מִי יָגוּר בְּאָהֳלֶךָ מִי יִשְׁכֹּן בְּהַר קָדְשֶׁךָ׃ הוֹלֵךְ תָּמִים וּפֹעֵל
צֶדֶק׃ וְדֹבֵר אֱמֶת בִּלְבָבוֹ לֹא רָגַל עַל לְשֹׁנוֹ׃ לֹא עָשָׂה לְרֵעֵהוּ
רָעָה וְחֶרְפָּה לֹא נָשָׂא עַל קְרֹבוֹ׃ נִבְזֶה בְּעֵינָיו נִמְאָס וְאֶת יִרְאֵי
יְהוָה יְכַבֵּד נִשְׁבַּע לְהָרַע וְלֹא יָמִר׃ כַּסְפּוֹ לֹא נָתַן בְּנֶשֶׁךְ וְשֹׁחַד
עַל נָקִי לֹא לָקָח עֹשֵׂה אֵלֶּה לֹא יִמּוֹט לְעוֹלָם׃ Hoc eſt

DOmine qs habitabit in tabernaculo
tuo? aut qs reqeſcit in mōte ſctō tuo?
Qui ingredit̃ ſine macula, pcti origi
nalis, peccati mortalis actualis, pec-
cati venialis. Domine qs habitabit?
Qui operatur iuſtitiā, & diuinam, & naturalem, & hu
manā, ille in mōte ſancto hītabit. Dn̄e qs habitabit?
Qui loquitur veritatem in corde ſuo, non malè aut
temerariæ iudicans de proximo ſuo in anima ſua.
Domine quis habitabit?
Qui nō egit dolū in lingua ſua, ꝓximi nomē & illius
famā nō detrahēs, aut denigrans. Dn̄e qs habitabit?
Qui nō fecit ꝓxio ſuo malū, q nec animi, nec corpis,
nec fortūæ bōa, nec ſpūalia læſerit. Dn̄e qs hītabit?
Qui opprobriū nō accepit aduerſus proximos ſuos.
Qui libenter cōtumelias & iniurias, contra ꝓximos
illatas, ne audire qdē voluit. Dn̄e qs habitabit?
Qui ex humilitate pp me, vilis reputat̃ in oculis ſuis,
& abominatur ſeipſum, oblectatiōes ſenſus ſpernēs
oēs, & cuncta huius mūdi bona, & ſeipſum propter
me odio habens, & timentes dominum glorificat &
honorat. Dn̄e quis habitabit?
Qui iurat proximo ſuo & non decipit. Qui iura-
mento aut iureiurando aliquid proximo permittit,
non decepturus. Dn̄e quis habitabit?
Qui pecuniam ſuam non dedit ad vſuram, proximi
ſui ſubſtantiā non detrahēs & illius ſanguinem ad
inſtar lupi exhauriens. Domine quis habitabit? aut
quis requieſcit in monte ſancto tuo?
Qui munera ſuper innocentem non accepit ille, fili
benedicte,

benedicte,ille, fili dilecte,ille,amator totius ſapientiæ requieſcet in tabernaculo dei,hoc eſt militanti eccleſia per gratiam,& in monte ſancto dei,in illa triũphãti aula per infinitam gloriam,ille fruetur ineffabili lætitia & gaudijs cœlorum innumeris.Sic clauditur ſuperna altiſſimæ maieſtatis reuelatio.Sic ſuperna altiſſimi & æterni dei reſpõſio iuſtiſſima.Sic totius colloquij,& ratiocinij noſtri diligens examinatio.Qui munera ſup innocentem non accepit,hoc eſt contra innocentem non accepit.Contra innocentes,vt Notarij.Contra innocẽtes,vt Procuratores.Contra innocentes,vt Aduocati.Contra innocentes,vt Iuriſconſulti iniuſte conſulentes,illi vero iniuſte procurantes & ſcribentes,contra innocentes,vt Iudices iniuſte ſententiam ꝓferentes.Contra innocentes,vt Dñi,Principes,& alij quouis noĩe appellitẽtur qui munera ſuſcipientes,perſcribunt,peruertunt,ꝑturbant,& exilio dare non deſiſtunt,& demũ ad interitum innocentes ꝑducũt.Quõ igitur tabernaculum Dei altiſſimi ingredi aut cernere poterunt.

## De laude præſidentium & dominoꝝ. Cap.1.

SALO.Rectæ & iuſtæ ſunt viæ Dñi, & quid mirũ? ſi ab eo q̃ ſumma eſt iuſtitia procedunt,rectæ & iuſtæ ſunt à te nobis expoſitæ & tanta equidẽ rectitudine & dulciter recitatæ, quantã nos ipſi expetere non exiſtimabamus. Nouimus his tuis mellifluis & reſponſis,& verbis,quõ poſſet quiuis

ad ſupernã aulã euolare, quibus euitatis ſceleribus ſanctum montem valeat habitare, ſi his (quæ dicam) paruulis dubitationibus reſpondere non grauaberis. Nã iam diu te ſumus remorati. Nũc vt finem ipſum te authore attingere valeamus, ſi precibus noſtris adhuc relictus eſt locus, benigne illa ſoluere non dedigneris. Mirum nobis fuit verbũ, & pars illa verbi ac ſniæ tuæ qua notarios & alios magiſtratus accuſabas, iccirco audire deſyderamus qũo quos dixeris, Notarij, Procuratores, Aduocati, Iudices, Iuriſperiti, Duces, & Principes, & alij, contra innocentes munera accipiant cũ à deo ſint à quo oĩs poteſtas in cœlo & ĩ terris. Et ab hominibus data ſit facultas & poteſtas pp bonũ cõe ordinata & traddita. Propterea non potui non ſatis mirari cũ illa audiui, & ſi ordine procedã ab notariorum officijs, videnẗ laude digni, & ipſi & ipſorum dignitates. Etenim ſi notarij non eſſent, oĩs periret veritas, in ijs quæ inter homines contrahunẗ, & in eoꝝ cõmercijs, tum quia oĩs cauſarũ ordo in iudicijs periret. Quanta ſit illorum dignitas & laudabile officium iã late patet, quãdo non ſolum apud minores magiſtratus valet, verũ ẽt apud Principes, Reges, & eminentiſſima tribunalia, Regibusq; oĩbus & principibus ſunt gratiſſimi. Quoꝝ manibus confecta inſtrumenta ad perpetuam hoĩum memoriã protendũtur. Qũo igiẗ non intrabunt in regna cœlorum? ſi præmio digni videantur? DAV. Prudentiſſime quidẽ & ſapienter ad hæc dicenda ductus fuiſti, nã quæ dixeris cõmendãda videntur, & longe plura ad illorum cõmendãda opera adduci poſſent. Sed vt arbitror adhuc mea dicta

Notariorum laus.

Digitized by Google

non percepiſti, aut percipere noluiſti. Nō etenim abnegamus illorū officium laude dignū, nā & laude & præmio & honore dignū eſſe qs non videt? qn̄ ab eis in plena veritate, & fide, & integritate, exercetur vt diuina iuſtitia patit, & ad cōem oīum vtilitatē, ſic enim à deo ſunt ordinati, & à principibus confirmati. Sed dictum extitit illos à vita æterna abhorrere, q munera ſuper innocentes iniuſte acceperunt.

## Quomodo & quot modis notarij contra innocentes munera accipiunt. Cap. 2.

GALO. Qũo & fieri poteſt, & quibus rationibus poſſunt notarij ſuper innocentes munera accipe, hæc nobis ſunt penitus incognita, libeat (vt cauti⁹ poſſit qlibet hmōi laqueos euitare) & dicere & manifeſtare, non ſunt mala cōticenda q̄ ſunt euitari digna ne lateat (vt dicitur) anguis in herba. D A. Et dicam, vt nulla de bonis fiat mētio q laude ſunt digni & honore, de peruerſis non notarijs ſed notatis apud regna inferorū, de iniuſta notantibus, quoꝝ nō eſt ſcriptura, ſed deſtructura rerū, qui ne longius vagari videar, inſtrumenta falſa conficiunt moti, odio, amore, vel potius præmio, & muneribus, quibus peruertit hodie mundus totus.

## Quomodo & quot modis notarij falſa inſtrumenta conficiunt. Cap. 3.

CALO. Dicas benigne pater, quō iſtrumenta falſa cōfici ab eis poſſunt? DA. Multis equidem modis falſa fabricāt inſtrumenta, clauſulas contra partis intentionem addentes. Subſtam cōtractꝰ mutantes Aliquas particulas abſtergentes & penitus amouentes, teſtes nō neceſſarios addentes, & neceſſarios amouentes. Addunt præterea. Annos, dies, inditiones falſas, quibus inſtrumenta redduntur ſuſpecta, & lites oriuntur īmortales, prothocolla nō retinēt, & aduerſæ parti ſæpius concedunt, vſurarios cōtractus & pleraſq; falſas ſcripturas ſollicite ſcribentes, inſtrumenta cælant, & teſtamēta aut falſis ſignata ſigillis recondunt, iniuſtas & inhoneſtas, taxatiōes extorquēt, dilatatiōes aut temporū dilationes ſcribunt, vt ꝓceſſū adaugeant & creſcāt, & vt paucis multa complectar, cupidus notarius rempubicā offendit, Deū contēnit cui iureiurando ſe aſtrinxit, iudicē mentiendo decipit, partes lædit, demum locuſtis notarij ſimiles eſſe videntur peſtiferis animalibus. Quæ & mordendo nocent, & nocendo conſumunt quæcunq; occurrunt. Niſi ergo abundauerit veſtra iuſtitia plusq̄ȝ ſcribarū & pharisæorum, non intrabitis in regna cœlorum. Et propterea dicit dominus. Et munera ſuper innocentem non accepit. Audiſtis igit' quomodo notarij munera capiunt contra innocentes.

De fraudibus notarioꝝ, & decæptionibus multis.

## Aduocati omni laude videntur digni. Cap. 4.

Digitized by Google

SALO. Bene audiuimus vias, modoſq́; quibus peruerſi ſoleant notarij cum ipſorum dānatione gaudere, & merito dicunt munera ſup innocentes accipe, & exilium vitæ æternæ obtinere. Quid ſentis de aduocatis, cur & ipſi nō intrabūt? cum illorum officiū & dignitas tantæ ſit hoībus vtilitatis ac neceſſitatis, vt merito videant inter multas dignitates principatū obtinere & cōſeq? Quis eteni illorum poſſet neceſſitatē exprimere & vtilitatē? nemo certe, Aduocatorum pñtia & dignitas, lites inter hoīes diſſoluit et dirimit. Amicitiā ſeruat. Rēpublicam auget, ex quo fit vt non ſecus humano generi prouidere videant q̄ ab armis et p̄lijs ſi parentes & patriam liberarēt, hinc factum eſt, vt quidam dicat. Non ſunt aduocati minima laude digni, qui quod iuſtū, quod bonum, quod æquum eſt hominibus pſuadent, & per eos reddunt inſontes, & defendūtur, oppreſſi releuantur, & demum iuſtitia ipſa periret niſi eſſet qui iuſtitiā allegaret. Ex qbus ſeqtur illos dei habitaculo dignos. Quō audiuimus oppoſitum?

De aduocatorū laudibus.

DAV. Eſt opus verba noſtra prius bene intelligere, deinceps dubitare, ne vel ego vel tu videaris aut iudicemur errare. Nouos ſane modos à ſupioribus obſeruare videris, q in tot acutiſſimis obiectionibus à puncto dubitationis non recedebas, nunc in abiectiſſimis rebus patrē tuū nō audis. SALO. Illa ad ſapientiam faciebant, hæc ad ſtultitiā & inſipientiam, ex qua vſq; adeo abhorreo, vt vix inſipientiæ & ſtultitiæ modos valeam apprehēdere, & terminos, itaq; dicas nec te i-

Digitized by Google

pediat dubitatio noſtra. DAV. Dico ꝙ negare non decet aduocatos & eoꝝ officia & operā ſemꝑ neceſſariā & ſūmo opere oportunā, eos & officia honore digna & præmio, qui pleni ſunt ſcientia et veritatis lumine, quo valēt dñi voluntatē adimplere, & ſic ſalui eſſe, ſed hos dicimus integros & ad humani generis vtilitatem à dño deo hominibus datos, qui nō minus ſunt humano generi neceſſarij, q̄ʒ qui parentes & patriā armis tueantur & defendant, vt bene in obiectione tua & ſatis eſt dictum, verūtamē ſermo nobis exhibitus eſt de prauis, peruerſis, peſſimiſq; aduocatis, qui munera ſuper innocentes accipiunt, qui non intrabūt aulam domini noſtri.

## Quid faciunt aduocati in patrocinijs. Cap. 5.

De aduocatorū cauillationibus.

CALO. Quid ergo facientes aduocati in ſuis patrocinijs, ſe reddūt prauos? DA. Quis illoꝝ fallacias, deceptiōes, fraudes, poſſet enumerare? vt ex multis & fere infinitis pauca colligam. Non poſſunt aduocati vni ꝓdeſſe niſi alteꝝ lædant, q̄ dum ſuis mendacijs ditari cupiunt vix præuaricationis pericula fugere poſſunt, cōtrouerſias, rationeſq; cauſaꝝ contra ipſa iura vertunt, & vt aduerſarios coerceant, ad illudēdos iudices exq̄ſitis exemplis multiplices intellectus & cauilloſas à legibus ipſis eliciunt cōiecturas, vēdunt linguas ſuas, q̄ ſpiritus ſancti dona exiſtūt, cauſas multiplices gignunt, litigia ſuſcitant, cōtrouerſias fouent & mouent, iurgia ſeminant, innocētes de-

Digitized by Google

cipiunt, diuites ad pauperiē deducunt, cognoſcentes cuius iura exiſtunt, litem in oppoſitum & cauſas ſuſcipiunt, & rei iniuſtæ victoriā promittūt obtinere, q̄nq; vtriuſq; partis patroni fiunt & cōſulunt, alteram decipiendo, alterā expilando partē, calūniam cōmentantes verſutam, & illi verbis ſignis & argumentis fauentes, quæ iura ſunt partis alterius non ſine ſumptu magno differunt. Quid plura dicā? leges & iura peruertunt, & reginā pecuniam venerātur. Et ſic munera cōtra īnocētes patrocinando excipiunt. An putas poſſe in tabernaculo Dei habitare, qui tabernaculum in regno plutonis compoſuere.

## Conſules videntur laude digni. Cap. 6.

SALO. Et aduocati, & procuratores q̄ munera ſup̄ innocentes acceperunt minime regna cœlorū attingere poterūt, vt bene per enumerāda ſcelera illorum tua nobis aperuit doctrina. Dic quæſo cur nō cōſules? ſiue iuriſcōſulti habitabunt regna dei? cum eorū munera ſint tantæ neceſſitatis quantam ipſe tua prudētia ſoles bene dijudicare. Proſunt iſti priuatis, proſunt rei publicæ quā pacatam reddunt & quietam, cui & cōſilio ſolent ꝓuidere, ne armis, ne multorum cædibus perturbetur, & ad ſolitudinē veniat qui videtur plus agere, q̄ qui corpora, hoſtium telis, pro ipſa republica exponunt, ſimiles enim ſunt nauiū gubernatoribus, qui plus agunt & longe plura faciunt naues dirigendo, q̄ cæteri aut nauigādo aut pugnā-

Digitized by Google

do, hinc ſpiritus ſanctus per os meum dixit. Et erit ſa
lus vbi multa conſilia, igitur nõ ſolum præmio tẽpo-
rali, ſed cœleſti & æterno ſunt digni. DAV. Et eſt vt
dicis benedicte fili, dignitas iſta honore & præmio ſi-
mul cũ laude digna, qñ in hominibus honore dignis
& laude et præmio eſt repoſita, qui nec munera ſuper
innocentes accipiunt, ſed ſermo noſter habitus eſt de
ijs quorum nomina ſolum remanſere & à factis iuſtis
conſilijsq; honeſtis & ſanctis abhorrent, qui munera
falſe & iniuſte cõſulendo nõ tantũ accipiunt, ſed quo
quo modo vl accipere vel extorquere poſſint aſſidue
ſtudent, & cogitãt, hi quõ vitam æternam intrabunt.

## Quare cõſiliarij potiꝰ demereri q̃ mereri dicant. c. 7.

SALO. Quo cõſiliarij qui à conſulen-
do dicti ſunt, & non niſi ꝓuocati ac ro-
gati ad conſilia exhibenda educũtur, q
in dandis illis, mereri potius q̃ demere
ri exiſtimãtur. DAV. Et hi quoq; amo
re, vel odio obcæcati, precibus vel premio corrupti,
cõtra innocẽtes non cõſulunt, ſed cõſumunt, non re-
gunt, ſed premunt, non defendunt, ſed offendunt, non
protegunt, ſed detegunt. Et hi cõſules dicuntur & cõ
ſiliarij non reipublicæ conſulentes & oppſſis, ſed ſibi
ipſis appellantur etenim noie conſulis, ſed à re & effe
ctu ſunt mirum immodũ alieni, pauperũ domos euer
tũt ſuas conſtruũt, miſeroꝝ agros & prædia ſubaſtãt,
& vt vilius emãt falſa cõſilia cõtra inocentes proferre
non erubeſcunt, hi regna cœlorum nunq; videbunt.

De fraudibus conſiliarioꝝ.

De iudicum

## De iudicum laudibus & dignitate. Cap.8.

De laudibus iudicum.

SALO. Si de conſulibus & iure cõſultis deq; cõſiliarijs hæc videant̃ dici poſſe, qd de iudicib⁹ ſentis? de q̄bus ſermo ē habit⁹ quosq; à tabernaculo ſctō tuis verbis excluſiſti, videt̃ nobis oppoſitũ, qd.n. p̄clarius qd dignius inter mortales excogitari poſſit, q̄ vnum reperiri, q in republica cõi ſeruiet vtilitati, q cõia ꝓ ſuis & ſua ꝓ cõibus habeat, q velit & ſciat totius ciuitatis ꝑſonã gerere, dignitatẽ & decus ſuſtinere, leges obſeruare, iura tueri & exeq, & poſtrẽo cuncta q̄ ad rẽpublicã ꝑtinẽt fidei ſuæ cõmiſſa recordari, queẽadmodũ tu q̄nq; dixiſti. Beati q iudiciũ faciũt & iuſtitiã in oĩ tp̄e. Et ꝑ os meũ locut⁹ eſt ſpũs ſanctus dicẽs. Qui cuſtodit iudiciũ & iuſtitiã ipſe exaltabitur, qd ergo dicẽdũ exiſtimas nonne ſunt digni illo habitaculo de quo toties habitus eſt ſermo? DAV. Optĩe deduxiſti & magna laus eſt abſq; dubio, magnaq; neceſſitas iudicum recta iudicantiũ, q & intrabunt vitã æternã & poſſidebunt, ſed q iudicia ꝑuertunt iniuſte iudicãtes nõne munera accipiunt ſuꝑ innocentes.

## De iudicum cauillationibus. Cap.9.

De fraudulentiis & decæptionibus iudicum.

SALO. Quõo munera contra innocentes accipiunt. DAV. Hæc ſunt vſq; adeo nota, vt verbis noſtris non egeant, q̄n accæpta pecunia contra innocẽtes iuſtitiam ꝓferunt, nonne munera ſuper



Digitized by Google

innocentes accipiunt? Cum ſniam proferre nolunt & ſic innocentes calūniantur, vt aliqd lucelli appareat? nōne munera ſup innocentes accipiunt, cū fallo leges & iura interpretantur, p̄mio aut p̄cibus ducti, & apertā domū muneribus & man⁹ habeant? nōne munera ſup innocentes accipiunt? cū domū muneribus apertā & litibus, et ſilētio vacuā, q̄rimonijs vero plenā & iurgijs refertā habeant? nōne munera ſup innocentes accipiūt? Et demū vt te nō multis morer & ad huius materiæ finē p̄uenire valeam⁹, oēs Barōes, Comites, Duces, Principes, Reges, Imp̄atores, Et omnis poteſtas tam ſpiritualis q̄ȝ temporalis pauperes, innocentes, viduas, orphanos, & pupillos, varijs multisqȝ modis opprimētes. Nōne munera ſup innocentes accipiūt? qui qdē vel muneribus, vel odio, vel amore, vel p̄cib⁹ decepti & obcecati iuſtitiā percalcātes denegāt, calūniātes p̄ſcribunt, et dantes exilio illoꝝ ipſoꝝ bona, & īnocentiū auidiſſime cōgregant, & accipiūt, & oneribus & iniuſtis aſſidue collectis aggrauantes illoꝝ ſanguinē ſine pietate bibūt? qd mali pōt dici, qd imaginari & fieri deniqȝ qđ ab eis nō imaginetur, dicať, & fiat cōtra innocētes? quoꝝ vox, ploratus, & lachryme, & quoꝝ ſanguis vſqȝ ad altiſſimi æterni & ſup̄ni Dei viui & veri cōſpectū & aures aſcēderunt, & ad deū ſemper proclamant. Et p̄pea deus æternus dilecte fili & benedicte, per os tuū iſtos accuſat, rep̄hendit, & increpat ſimulqȝ de ijs cōqueritur dicens. Vocaui vos & renuiſtis, extēdi manū meā, et non erat qui aſpiceret, deſpexiſtis oē cōſiliū meū, & increpationes meas negle xiſtis, ego quoqȝ in interitu veſtro ridebo, & ſubſana

bo, cũ vobis id qđ timebatis aduenerit. Cũ irruerit re- pẽtina calamitas & interitus, quaſi tẽpeſtas ingruerit, qñ venerit ſuper vos tribulatio & anguſtia, tunc inuocabunt me, & non exaudiam, mane cõſurgent & non inuenient me, eo ꝙ exoſam habuerũt diſciplinã meã, & timorẽ dñi non ſuſceperint, neq; acqeuerint cõſilio meo, & detraxerint vniuerſæ correptioni meæ, comedent igit͛ fructus viæ ſuæ, ſuiſq; cõſilijs ſaturabũtur, & iterũ per os Eſaiæ. Cũ extẽderitis manus veſtras, auertam oculos meos à vobis & cũ multiplicaueritis orationes non exaudiã, manus enim veſtræ ſanguine plenæ ſunt. Lauamini, mundi eſtote, auferte malas cogitationes, veſtras ab oculis meis, qeſcite agere ꝑuerſe, diſcite bene facere, quærite iudiciũ, ſubuenite oppreſſo, iudicate pupillo, defendite viduã, & venite et arguite me, dicit dñs, ſi fuerint peccata veſtra vt coccinum, quaſi nix dealbabunt͛, et ſi fuerint rubra quaſi vermiculus, velut lana alba erunt, qđ ſi volueritis & audieritis me bona terræ comedetis, quod ſi nolueritis, et me ad iracundiã ꝓuocaueritis, gladius ĩpioꝝ deuorabit vos, qa os dñi locutũ eſt, qũo facta eſt meretrix ciuitas fidelis plena iudicij, iuſtitia habitauit in ea, nunc autẽ homicidæ, argentum tuum verſum eſt in ſcoriã, vinũ tuũ miſtum eſt aqua, principes tui ĩfideles ſocij furum, oẽs diligunt munera, ſequuntur retributiones, pupillo nõ dijudicãt, & cauſa viduæ nõ ingreditur ad illos, ꝓpter hoc ait dñs exercituũ, fortis iſrael, heu cõſolabor ſuꝑ hoſtibus meis & vindicabor de inimicis meis, & conuertã manum meã ad te, & excoquã ad purum ſcoriã tuã, & auferam oẽ ſtãnum tuum, & reſtituam iudices



Digitized by Google

tuos,vt fuerũt prius, & cõſiliarios tuos ſicut antiq̃tus,
poſt hæc vocaberis ciuitas iuſti,vrbs fidelis. SALO.
Age benigne pater,& nobis ſemꝑ obſeruãde,ſi amo
re quo in filiũ duceris, voluiſti duce ſummo deo toti⁹
boni datore,& me & ſocium meũ cõſolari,tuis dulciſ
ſimis verbis,clariſſimis diſtinctionib⁹,et aptiſſimis de-
finitionib⁹,& diuĩa reuelatione ſatis & abundãter ple
nis,& vndeq̃q; ſatisfaciẽtib⁹ nobis cõcluſionibus,ve-
lis benigne ad extremum q̃ñ ꝑuenim⁹, hæc ꝓphetaꝝ
verba,quæ ꝑ illoꝝ ora dñs eſt locutus,ad mei ſocij cõ
ſolandũ animũ interpretari & exponere,vt ex oĩ par-
te,vndiq; & vndeq̃q; quietus valeat recedere,& nomẽ
altiſſimi ſemꝑ cõmendare,ego vero q̃ntas gratias tibi
agere deberẽ,p̃ter quas nunc ago,& vbiq; agere ſpe-
ro,nec verbis nec quibuſcũq; facilioribus modis con
ſeq̃ poſſe fateor & ſemper fatebor,non ſi linguæ cen-
tum,non ora ſi centũ & ferrea vox. DA. Nunq̃ de-
fatigatur parentis chari animus,neq; claudere põt pie
tatis & amoris viſcera filio,in ijs præſertim q̃ & pro-
ximi vtilitatẽ,& dei optimi maximiq; attingunt dec⁹
& honorem,& fiat quod petis & ad apicem noſtri ra
tiocinij deducamur,quo q̃s viam modũq; facilem &
p̃miſſum lumen habere poſſit ad montẽ ſanctum dñi
& tabernaculum Dei.Dicunt igitur hæc verba, dicit
& deus æternus & in ijs conqueritur. Vocaui vos,per
Patriarchas,ꝑ Prophetas,apoſtolos, & euangeliſtas,
ꝑ tot prædicatoꝝ voces & renuiſtis cõtẽnentes eoꝝ
monitiones. Extendi manus meas fame,peſte,ſterilita
te,flagellando vos q̃ oẽs viuæ voces fuerunt meæ. Et
non fuit qui aſpiceret. Pauci.n.aduertere & cõſydera-

Digitized by Google

re voluerunt. Deſpexiſtis oē cōſilium meum in bonis agendis illa renuentes. Et increpationes meas, de malis operatis & factis, & neglexiſtis pœnitētiā non agētes. Ego quoq; in interitu veſtro ridebo & ſubſannabo hoc eſt deſpectibiles faciam vos & deriſibiles. Cū vobis id quod timebatis aduenerit, amittentibus bōa temporalia, & huius vitæ delectabilia. Cum irruerit repētina calamitas, quæ ſubito ſuperueniet delectationi temporali, & interitus id eſt mors repentina, q̄ euitari non poterit, quaſi tempeſtas maris horribilis, quādo veniet ſuper vos tribulatio, id eſt in corpore maxima, & anguſtia, ſiue in mente, ſiue in anima, tunc vocabunt me pœna aperiente oculos, quos culpa tenebat clauſos. Et non exaudiam, quia tranſiit tempus miſerendi, vel quia non merebuntur exaudiri propter eorum obſtinationem. Namq; erit timor ſeruilis & non filialis. Eo ꝙ exoſam habuerunt diſciplinam meam, et timorem dñi non ſuſceperint, qui facit declinare à peccato. nec acquieuerint conſilio meo, bonis inſpirationibus obediendo. Et detraxerint vniuerſæ correptioni meæ, dicentes illam eſſe iniuſtā, & me eſſe perſonarū acceptatorē. Comedent fructus viæ ſuæ, id eſt ſecundum opera ſua male punientur. Suiſq; conſilijs ſaturabuntur, quia diſplicebūt eis ſed nimis tarde. Cum extenderitis manus veſtras ad me deprecādū. Auertam oculos meos à vobis, abnegans vos exaudire. Et cū multiplicaueritis oratiōes veſtras nō exaudiā, manus enim veſtræ. i. opa veſtra ſanguine plene ſunt. i. peccatis enormibus. Lauamini per veram pœnitentiam, mūdi eſtote à recidiuatione, auferte mala cogitatio-



Digitized by Google

num veſtrarum ab oculis meis, ideſt odia occulta. Quieſcite agere peruerſa declinando à malo & deſiſtendo. Diſcite benefacere, bonum operando. Quærite iudicium, hoc eſt executiōem debitæ iuſtitiæ. Subuenite oppreſſo, eum releuando. Iudicate pupillo, id eſt pro pupillo in cauſa ſua iuſta. Defendite viduam, contra eam calumniantem, & venite & arguite me, dicit Dominus, ideſt ſi ita feceritis poteritis conqueri, Si fuerint peccata veſtra vt coccinum velut nix dealbabuntur, & ſi fuerint rubra velut vermiculus, velut lana alba erunt, ideſt peccata quantuncunq; ſint grauia ex genere & habituata ex conſuetudine, diuina gratia purgabuntur. Si volueritis & audieritis me, præceptis meis obedientes, bona terræ comedetis, ideſt ſpiritualia & corporalia, quod ſi nolueritis & me ad iracundiam prouocaueritis, meis præceptis non obediētes, & malis operibus ad iracundiam prouocantes, gladius impiorum deuorabit vos, hoc eſt ab aduerſarijs veſtris puniemini in ſpiritualibus & temporalibus. Quomodo facta eſt meretrix ciuitas fidelis, per peccatum adulterij, plena diuitijs, iuſtitia habitauit in ea, nunc autem homicidæ. Argentum tuum, ideſt lingua ſacerdotum & doctorum verſa eſt in ſcoriam, ideſt à veritate in falſitatem. Vinum tuum, hoc eſt correptio populorũ per ſacerdotes & doctores, miſtum eſt aq̃, quia doctores ac prædicatores veluti culpabiles non audent corrigere alios ꝓpter eorum defectus. Principes tui infideles, in regimine populi, ſocij furum, ſuſtētantes eos in furando, eo ꝙ communicant furtum cũ eis. Omnes diligunt munera per auaritiam, ſequuntur

retributiones peruertentes iuſtitiam,& ideo ſubiungitur. Pupillo non dijudicant, pro eo ſententiã proferẽdo in cauſa iuſta,& cauſa viduæ non ingreditur ad illos,quia non vident lucrum temporale inde exoriri. Propter hoc ait dominus exercituum,hoc eſt angelorum,fortis iſrael.i.potẽs ad puniendum malos. Heu, pro malo populi mei,ego cõſolabor ſuper hoſtibus meis,& vindicabor de inimicis meis,& conuertã manum meam hoc eſt poteſtatem meam punientem ad te debite puniendum. Et excoquã ad purum ſcoriam tuam,ad modum auri fabri,qui per virtutẽ ignis qcquid impuritatis in auro eſt vel argento cõſumit. Sic per ignem tribulationis purgabo vos, & auferam à te omne ſtamnum tuum, & reſtituam iudices tuos vt fuerunt prius,& cõſiliarios tuos ſicut antiquitus, poſt hæc vocaberis ciuitas iuſti, Vrbs fidelis in cultu Dei tui. Et ideo non immerito ſapientia domini dei noſtri in ſanctiſſima reuelatione concludit & terminat. Qui facit hæc,hoc eſt qui ĩgreditur ſine macula peccati originalis, peccati actualis,mortalis, & peccati venialis,in hac percurſoria vita. Qui facit hæc, ſcilicet operatur iuſtitiam naturalem diuinam & humanam. Qui facit hæc, qui loquitur veritatem in corde ſuo,& male & temerarie nõ iudicat de proximo ſuo. Qui facit hæc,qui nõ egit dolum in lingua ſua proximi famam & bonum nomen non denigrando, aut detrahendo. Qui facit hæc, qui non fecit proximo ſuo malum, non quo ad corpus, non quo ad animam, non quo ad temporalia & ſpiritualia bona. Qui facit hæc,qui opprobrium non accepit aduer-

Digitized by Google

ſus proximos ſuos,ſcilicet qui libenter nõ audiuit cõ tumelias & iniurias contra ꝓximum ſuum. Qui facit hæc,qui ex humilitate vilis reputatur in oculis ſuis, & abominatur ſeipm̃,voluptates, ſenſualitatẽ,& cætera bona huius mũdi ſpernens, & ſibi denegans,atq; ſeipſum odio propter me habens. Qui facit hæc,hoc eſt timẽtes dñm glorificat ſiue honorat,ſeruos dei.ſ.propter deum timens & honorans. Qui facit hæc.ſ.ꝓximo ſuo iurat & non decipit periurando, & proximũ decipiendo,vel qui iurat facere male ſeipm̃ affligendo per pœnitentiam,& non pœnitet periurando, vt textus habet hebraicus. Qui facit hæc,qui pecuniam ſuã non dedit ad vſuram,proximi ſui & ſubſtantiã ipſius non detrahendo aut deuorando. Qui facit hæc, hoc eſt munera ſuper innocentẽ non accepit, aduerſus eum iniuſte ſcribens,indebite procurans, inſidioſe aduocans,inique cõſulens,peruerſe iudicans,tyrannice proſcribẽs,hæc omnia qui facit,hæc oĩa qui ſeruat & operatur,ait dñs deus noſter non cõmouebitur in æternum à ciuitate illa æterna,à libro vitæ,à præſcientia ſempiterna,à conſpectu altiſſimi & magni Dei,ab aula illa regia, ex monte illo ſancto & triumphanti gloria,quam Deus præparauit( vt ſcis benedicte fili) omnibus diligentibus ſe.

FINIS.

Ecce opus ꝑfectum, in expoſitione Pſalmi Dñe quis habitabit in tabernaculo tuo,Duce Deo optĩo maximoq;,Dicatũ Sereniſſimo Ferdinando Gonzaghæ.

Prícipi Melfictaio,ſuo ano benemerito. In quo mul ta ad mentem ꝓpriam ſunt memoriæ litterarū manda ta. Et ſi oē bonum eſt à patre luminū deſcendēs,ꝓpea cum hoīes & fallere & falli poſſint,ſoli tñ Deo nō cō tingat errare,in his q̄ benedicta fuerint, ſit ſolius Dei laus & gloria & ſuæ infallibilis veritatis,in his vero q̄ minus pfecte dicta fuerint noſtre impfectioni aſcriba tur,in oibus tñ ſacræ eccleſiæ pedibus humilr me ſub- mittens in qbus totius ſacræ ſcripturæ fundatur recti- tudo. Quā fundare & firmare dignatus Deus qui eſt prima & infallibilis veritas, cui ſit laus & honor per infinita ſæculorum ſæcula. Amen.

Correctiones nōnullarum dictionum,per inaduertē- tem impreſſorum feſtinationem impreſſarum.

A.fol.4.à fronte lin.26.cuicq̃;,pro cuicūq;. C.fol.11.à tergo lin.1.quāta res,pro quā tanta res. linea.9. vt vi- deat ſermo,pro vt redeat ſermo.lin.11.beatitudo,pro priuatio. D.fol.17.à frōte lin.10.fulmine,pro flumie. D.fol.20. à tergo linea.10. impietate,pro impietati. D.fol.21.à tergo lin.22. edēs lignū,pro edētes lignū. E.fol.28.à tergo lin.14.& ritus,pro ut ritus. F.fol.32. à tergo lin.23.trutinare,pro trutinari. H.fol.38.à fron te lin.17.repletus,pro repletur. O. fol.62. à tergo lin. 16.potuiſſe,pro potuiſſet. P.fol.67.à tergo lin.2. recu lis,pro recolis. P.fol.68.à tergo lin.penul.ꝓuidet,pro ꝓuidit. Q.fol.70.à tergo lin.13.ab ſybillinis,pro à ſy billinis. R.fol.75.à tergo lin.21.cognoſciturum, pro cogniturum. S.fol.80.à fronte lin. 22. concluſiones,

Digitized by Google

pro cõcluſionũ. T. fol. 81. à tergo linea. 16. me video, pro te video. T. fol. 82. à fronte lin. 19. reducantur pro reducunt. T. fo. 84. à fronte lin. 1. natutæ, pro naturæ. V. fol. 85. à fronte lin. 25. les, pro lex. Z. fol. 99. à tergo lin. 21. datracto, pro detractor. AA. fol. 102. à tergo linea. 9. gradientes, pro gradientia. lin. 19. ſentierit, pro ſenſerit. BB. fol. 107. à frõte lin. 14. nam inoportuna, pro nõ inoportuna. à tergo lin. 23. in iudicio ſanguinis, pro iudicio ſanguinis. CC. fol. 110. à frõte lin. 27. miſo, pro miſſo. DD. fol. 113. à tergo lin. 18. dimittentes, pro dimittens. DD. fol. 114. à tergo lin. 8. re publicis, pro rebus publicis. DD. fol. 115. à tergo li. 21. re publicis, pro rebus publicis. GG. fol. 125. à tergo lin. 10. poſſimus, pro poſſumus. linea. 23. poſtea, pro poſt ea. GG. fol. 126. à tergo lin. vltima apinam, pro rapinã. GG. fol. 128. à fronte lin. 18. conditione pro cõductione. HH. fol. 129. à fronte lin. 28. qualitatẽ, pro equalitatẽ. HH. fol. 131. à frõte lin. penul. ĩpedire, pro ĩpeditæ. II. fol. 136. à fronte lin. 10. reputari, pro reputare. KK. fol. 137. à tergo lin. 15. ſcammaim, pro ſcemaim. KK. fol. 139. à fronte lin. 4. cogitatieõs, pro cogitationes. à tergo linea. 19. repletus, pro repletur. LL. fol. 141. à fronte lin. 1. abſorbitur, pro abſorbetur. à tergo lin. 1. qua, pro quæ. MM. fol. 141. à frõte lin. 22. ve, pro vel. MM. fol. 145. à tergo linea. 24. amoris, pro honoris. MM. fol. 148. à tergo lin. 4. inueni, pro inueniri. lin. 10. audiant, pro audeant. NN. fol. 150. à fronte lin. 25. corda, pro cor. NN. fol. 152. à tergo lin. 15. conferre, pro cõferri. XX. fol. 181. à fronte lin. 5. qp, pro quod. lin. 21. quartã partem, pro quarta pars. XX. fol. 184. à

fronte lin.2.ponente,pro ponentem. ZZ. fol. 180.à tergo lin.26.is,pro ijs.ZZ.fol.190.à tergo linea.27. nōdum,pro nedum.lin.28.iuſta,pro iuxta.

REGISTRVM

A B C D E F G H I K L M N O P Q
R S T V X Y Z. AA BB CC
DD EE FF GG HH II KK
LL MM NN OO PP
QQ RR SS TT VV
XX YY ZZ.
AAA BBB CCC DDD.

Omnes ſunt duerni præter C D qui ſunt quaterni,& D D D qui eſt ternus.

Impreſſum Venetijs in Aedibus Aurelij Pincij Veneti. Anno Domini M D XXXV. Menſe Auguſti.

Digitized by Google

Digitized by Google